

SECUNDVS TOMVS

OPERV M VENERABI

lis Bedæ presbyteri, Philosophica, necnon eorundem  
in quæ ad artes excellentiores præcipuè faciunt,  
miras quasdam & subtiles explanationes continens:  
eorundem Index, uersa pagella apparet.

BASILEAE, M. D. LXIII.

163.31389

SECUNDVS TOMVS

OPERV M VENERABI

lis Bedæ presbyteri, Philosophica, necnon eorum quæ ad artes excellentiores præcipuè faciunt, miras quasdam & subtiles explanationes continens: eorundem Index, uersa pagella apparet.

BASILEAE, M. D. LXIII.

16301889

SECUNDI TOMI  
ELENCHVS.

De natura rerum, liber.	pagina 1
De temporum ratione, liber.	51
De sex ætatibus mundi, siue Chronicon, libellus.	174
De temporibus, liber.	205
Sententiæ ex Aristotele.	213
Sententiæ ex Cicerone.	259
Proverbiorum liber.	284
De substantijs.	302
Πρόσι διδάξω, siue elemētorum philosophiæ libri IIII.	311
De Paschæ celebratione, siue de æquinoctio uernali, liber.	343
De diuinatione mortis & uitæ, epistola.	348
De arca Noe.	350
De linguis gentium.	ibidem
Sibyllina oracula.	351

De rerum natura, liber. I  
VENERABILIS BEDAE  
presbyteri Anglofaxonis, de Re-  
rum natura, Liber.

PRAEFATIO.

Naturas rerum uarias labentis & æui,  
Perstrinxi titulis, tempora lata citis.  
Beda Dei famulus, tu fixa obsecro perennem,  
Qui legis astra, super mente tuere diem.

GLOSSAE SVPER PRAEFATIONEM BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Glossa Graeca interpretatione, linguae sortitur nomen. Hanc philosophi aduerbium dicunt, quæ uocem illam, de cuius proprietate requiritur, uno & singulari uerbo designat. Quid enim illud sit, in uno uerbo positum declarat: ut conticescere, est taceat, item, Latus haurit apertum. Haurit, percutit, item cum terminum dicimus finem, aut populus interpretatur esse uastatus: & omnino, cum unius uerbi rem uerbo uno manifestamus.

VERSUS BEDAE PRESBYTERI.

Nominatus uersus ab eo quod fluat, seseq; ipse circueat. Versus proprie dicitur à uertendo, quia cōuertit potest: id est, ut id quod habet in fine, habeat in medio, & e contra, ut est: Cornua uelatarum, uertimus antemnarum, cornua uelatarum. Vel ideo dicitur uersus, quia à fine manus scribentis, ad initium conuertitur. Arma uirumq; cano, Troia qui primus ab oris.

Naturas rerum uarias labentis & æui.] Quicquid est siue uisibile, siue inuisibile, sensibile seu intelligibile, creatum siue creatum, natura dicitur. Ergo generale nomen est natura, omnium rerum: & earum quæ sunt, & earum quæ non sunt, illa autem non esse dicuntur, quæ nec sentiri nec intelligi possunt: sed quod ita sunt, ut omnem cognitionem corporis & mentis transcendat. Duobus namq; modis natura dicitur. Deus itaque natura dicitur, quod cuncta nasci faciat. Omnis etiam creatura, natura uocatur, eo quod nascatur. Rerum: id est, causarum creatarum, uisibilem scilicet & inuisibilem. Varias: id est, diuersas & multiplices, ac dissimiles, ueluti in mundo habentur. Labentis: id est, decurrentis & deficientis. Aui: ἀἰών Græcè, Latine seculum. hinc, æuum dicitur seculum. Perstrinxi: id est, breuiter scripsi. Perstringere, proprie est, strictim narrando abbreviare. Titulus. Titulus autem dicitur à Titane, id est, sole: quia sicut sol sua presentia mundum illuminat, ita & titulus sequentem paginam illustrat. Nam si titulum frontis eraseris, muta pagina remanebit: ut ait quidam, Titulum frontis erade, ut muta sit pagina. Tempora lata: id est, ampla. Citis: id est, breuibus. Titulis, id est, præfatiunculis ita inchoantibus: De quadrifario Dei opere, &c. Beda: subauditur, Ego. Dei famulus: id est, seruus. Qui legis: scilicet meum librum. Per apostrophem alloquitur Lectorem. Obsecro: scilicet te o Lector. Tuere: id est, contemplare. Perennē diem: id est, perpetuam lucem, Deum uidelicet, qui est dies æternus ante omnem diem & omni sole lucidior. Mente, id est, intellectus ratione & discretionē. Fixa: scilicet illa mente. Super astra: id est, super caelos, ubi astra sunt: de quibus in hoc opusculo Deo auxiliante, disputabimus.

SCHOLIA SVPER PRAEFATIONEM BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Naturas rerum.] Distichon hoc in exemplari scripto & satis ueteri usq; ad tetra-stichon productum fuit, adiectis his duobus: Beda dei famulus, tu fixa obsecro perennem, Qui legis ista super mente tuere diem. Quæ ab alio quopiam adiectæ uidentur: fuit enim Beda uersificator tolerabilis, ut planum fecit in opere quod hexametris uersibus composuit de uita Guthberti.

De quadrifario Dei opere. Caput I.



OPERATIO diuina, quæ secula creauit & gubernat, quadriformi ratione distinguitur. Primò, quod hæc in uerbi Dei dispensatione non facta, sed æterna sunt: qui nos, Apostolo teste, ante tempora secularia prædestinauit in regnum. Secundò, quod in materia informi pariter elementa mundi facta sint, ubi qui uis uis in æternum, creauit omnia simul. Tertiò, quod eadem materies, secundum causas simul creatas, non iam simul, sed distinctione sex primorū dierum in cœlestem, terrestremq; creaturam formatur. Quartò, quod ex eiusdem creaturæ seminibus, & primordialibus causis totius seculi tempus naturali cursu peragitur, ubi pater usq; nunc operatur & filius, ubi etiam coruos pascit, & lilia uestit Deus.

GLOSSAE SVPER LIBRVM BEDAE PRESBYTERI, DE natura rerum: auctore Bridefero Rameliensi. Cap. I.

OPERATIO diuina, quæ secula creauit & gubernat. a. Duobus modis dicitur Deus gubernare secula, uel cōseruando facta, uel per successiones reparando.  
Beda tom. 1. a : Dispensatio

b Dispensatio & consilium Dei, & ars, ipse Deus est: quia in eo præter seipsum, nihil esse potest.

c Proinde omnia quæ ab ipso facta sunt per dispositionem, æterna sunt: sicut et ille æternus est, & tunc Deus sunt. Ut enim beatus Augustinus dicit: Aliter sunt ea quæ sub eo facta sunt, aliter ea quæ in Deo sunt, Deus uidelicet in dispositione existendo, una de omnia quæ sunt, Deus sunt.

d Quis explicet uerbis, quomodo Deus & quietus operetur, & operans quietus: in eo quod Deus die septimo requieuit: in ipsum Dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum, qui hæc loquebatur & dicebat, Pater meus usque modo operatur, & ego operor: magnum sacramentum significauit, quia & Dominus Iesus usque Deus. Ipse est enim uerbum Domini, quia in principio erat uerbum, & non qualescunq; uerbum: sed Deus erat uerbum, & omnia per ipsum facta. Operatus est pater lucem, sed dixit ut fieret lux. Si dixit, uerbo operatus est. Verbum eius ego eram, ego sum. Per me factus est mundus, in illis operibus: per me regitur mundus, in istis operibus. Pater meus & tunc operatus est, cum fecit mundum, & usque nunc operatur cum regit. Operatur ergo Deus non noua creando, sed creata gubernando. Fuerunt quidem in presentia Dei, antequam fuissent creata: sed æterna sunt, ante omne uidelicet tempus, & ante aliquam creationem. Ante mundi creationem quidem tempus fuit, sed non tale quale nunc est: quia nulla tunc erat uicissitudo diei & noctis.

GLOSSAE SUPER LIBRUM BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris. Cap. I.

**O**peratio diuina quæ secula creauit & gubernat. ] Duobus modis dicitur Deus gubernare secula, uel conseruando facta, uel per successiones reparando. Quadriformi ratione, id est, quadripartito intellectu. In uerbi, id est, filij Dei dispensatione, id est, dispositione & prouidentia. Non facta, id est, non temporalia sunt. Fuerunt quidem in presentia Dei antequam fuissent creata: sed æterna sunt, ante omne uidelicet tempus, & ante aliquam creationem. Ante mundi creationem tempus quidem fuit, sed non tale quale nunc est: quia nulla uicissitudo diei & noctis. Ante secularia tempora: id est, ante constitutionem mundi. Informi materia, id est, confusa, ubi cælum & terra necdum habebant formas & species suas. Elementa mundi, id est, terra & aqua, ignis & aer.

SCHOLIA SUPER LIBRUM BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago. Cap. I.

**O**peratio diuina. ] Orditur Beda à mundi generatione, iam enim in confesso est mundum esse à deo creatum, ut primo Genesios scriptum est: In principio creauit deus cælum & terram. Verum in theologis disceptationibus queri solet, de temporis duratione, id est, quantum temporis Deus occupatus in producendo fuerit. nam ex Genesios principio modo momentaneum fuisse intelligitur, id est, facta esse omnia uno temporis momento, modo creationis, duratio dicitur fuisse & sic ut ne igitur uideatur pugna esse in sacris, enumerat hic Beda quatuor species operationis, quibus mundus dicitur esse factus. Prima quidem est quam Deus ab æterno (ut sic dicam) concepit. Nam theologi autem hæreticum esse statuere in Deo nouum aliquod faciendi consilium, si enim quod optimum est posterus concepisset, nesciuisse eum id ante, aut noluisse sequeretur, quorum in Deum neutrum cadere potest, aut optima quæ sint non uidere, aut nolle facere, itaq; à principio seculorum, id est, ab æterno creatio mundi in mente diuina fuit: de hoc conceptu loquitur Iohannes in exordio Euangelij sui: In principio erat uerbum & c. & Apostolus ad Ephesios: Qui nos ante tempora prædestinauit in regnum. Secunda creatio qua Deus (cum iam orbis nasciturus erat) uno momento ex nihilo creauit materiam informem, id est, solum quandam omnium rerum, quæ postea per formarum applicationem formarètur: hanc informem materiam, in qua adhuc nullius rei, nec arboris nec hominis species fuit, Gentiles philosophi negabant esse factam, sed fuisse ab æterno putabant: uocabantq; solum huiusmodi Chaos, quod rerum omnium confusam materiam significat. De hac creatione sic scriptum est: Qui uiuit in æternum creauit omnia simul, id est, rerum omnium materiam. Tertia creatio est, qua Deus ex illo Chaos formas & facies rerum inchoabat atq; produxit, ut cæli, terrarum, marium, arborum, animalium, quæ operatio temporalis fuit, & attestant scriptura, sex dierum. Quarta operatio, qua Deus quotidie mundum conseruat, uiuificat & gubernat: falsa enim quorundam philosophorum sententia est, existimantium hunc temere & nulla potestate Dei conseruari & regi: ex hac operatione animalia alia ex alijs nascuntur, terra ex se producit arbores, semina in agris condita cum fenore redunt: producit igitur Deus quotidie nouas eiusdem generis res, de hac conscriptum est in Psalmo XLVI. Qui operu cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fenem, & herbam: & qui dat iumentis escam suam & pullis coruorum inuocantibus se. Prima igitur creatio facta est ab æterno: secunda momento: tertia, spatio sex dierum: quarta est quotidiana durans usque ad consummationem seculi. Disputantur hæc questiones passim à sacris interpretibus & à B. Augustino libro I. X. de ciuitate Dei, à Petro Lombardo II. Sentent. distinct. XII. à D. Thoma & alijs.

Ante tempora secularia. ] Tempus seculare quod ex cæli ac stellarum circumactu obseruatur, aliud est tempus ante seculare, sine ulla permutatione sempiterna duratio, id uocant Philosophi à sempiternitate αἰώνια: uide Aristotelem de cælo, uolumine primo, capite nono.

DE MUNDI FORMATIONE. CAP. II.

**I**n ipso quidem principio conditionis facta sunt cælum, terra, angeli, aer, & aqua de nihilo. Die autem primo lux facta est, & ipsa de nihilo: secundo, firmamentum in medio aquarum: tertio, species maris & terræ, cum eis quæ terræ radicibus inhaerent: quarto, luminaria cæli de lumine primo die facta: quinto, natatilia & uolatilia de aquis: sexto, reliqua animalia de terra, & homo quidem carne de terra, anima uero de nihilo creatus: qui in paradiso, quam Dominus à principio plantauerat, constituitur: septimo Dominus requieuit, non à creaturæ gubernatione, cum in ipso uiuamus, moueamur & simus, sed à nouæ substantiæ creatione.

GLOSÆ

GLOSSAE IN CAPVT II. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bredfero Ramelienfi.

a In ipso quidem principio decimo quinto Calendarum Aprilium, in prima parte arietis: quia aries triginta partes habet. In sex enim primis partibus ipsius, totus mundus factus est. Sed queritur, qualis lux erat, antequam factus esset sol. Sic dicunt: Sine calore erat, id est, blanda, pertingens ab oriente ad occasum, ab aquilone ad austrum: quæ lux postea conuersa est in lucem solis.

b Cælum hic spiritale intelligere debemus, quo continentur angeli, quod utiq; in principio factum est de nihilo ante omnem diem. Hoc autem cælum, quod est firmamentum, secundo die de aquis factum est: superius autem cælum ideo spiritale uocatur, quia spirituales continet creaturas, de quo tantum legimus quod factum sit, uel est.

c Lux quæ primo die facta est, non adeo clara erat, sicut nunc ista est. quia aquis omnia repleta erant, quamuis minus densis & subtilissimis: & ipsa lux de nihilo, id est, de nulla materia. Non enim secundum causam, sed secundum materiam. Nam quod ex Deo est, ex nihilo non est. Non enim materiam habuit Deus aliam, nisi se ipsum, & ideo ex nihilo esse non possunt.

d Firmamentum est, ubi signa uidemus. Sustinet enim superiores aquas, & est frigida natura: quia quantum distat sol à terris, tantum distat firmamentum à sole, & ideo glacialis natura est.

e In medio aquarum dicit, quia ex omni parte firmamenti aquæ sursum scilicet & deorsum. Hæc aquæ superiores multi dicunt cecidisse, ad diluuium faciendum. Sed Augustinus interrogat, quid erat factum de isto aere. Nam quantum elongatur aer à terra, tantum elongatum fuit diluuium usque ad lunam, id est, centum uiginti quinque milia stadiorum, atq; inde facilius intelligitur secundum Augustinum de lumine, quod factum est in principio. Quod lumen non erat tantæ claritatis, sicut post creationem solis & lune: sed speciem auroræ habebat, sicut ante solis ortum: quia dicit istum aerem conuersum fuisse in aquam, & iterum post annum aqua conuersa est in aerem. Nam aer & aqua simul fieri non possunt, nec habuit aer locum, in quo fuisset, quæm diu diluuium erat: & nulla aqua uel tempestas supra lunam potest fieri, sed infra lunam fiunt semper.

f Quando angeli creati sunt, tunc & anima secundum quosdam. Beatus autem Augustinus & Hieronymus nihil temere de anima affirmare conati sunt, sed ingeniose se ignorare dixerunt unde fiat, uel quando ad corpus ueniat, utrum tempore conceptionis, an alio quolibet tempore. Philosophi tamen πρῶτον γενέσθαι dicebant fieri, id est, iteratâ generatione, illud sentire uolentes, quod ab alio in alium transiret, uel quod anima ex anima ueluti caro ex carne descendat. Horum nonnulli dicebant, eam præparatam esse, eamq; in ipsa conceptione dari, uel alio quolibet tempore. Nos uero ueraciter de nihilo esse credere debemus, quamquam tempus destinationis illius ignoremus, hoc solum Deo relinquentes. Queritur utrum anima una creata est in sexto die, an multe: sed aperta quæstio est. Si enim unus homo creatus est, quare non & una anima? Et sicut omnia corpora hominum ab illo uno homine deducta sunt, ut scriptura dicit, in quo omnes peccauimus: quare non & anima deducuntur similiter ab ipsa una anima? Ex hoc intelligitur etiam illud semen, quando immittitur animam habere. Anima nostra ad imaginem Dei creata est, in qua non exigua nostri portio, sed totius uniuersitatis substantia est: quæ proculdubio libera est, & diffusis cogitationibus atq; consilijs huc atq; illuc uagatur, & considerando spectat omnia. Est igitur ad imaginem Dei, quæ non corporea æstimatur, sed mentis uigore absentes uidet, trans maria abit, transcurrit appetit, scrutatur occulta, huc atq; illuc uno momento sensus suos per totius orbis fines & mundi secreta circumfert: quæ Deo iungitur, Christo adheret, descendit in infernum, atq; ascendit. In hac enim anima totus homo est, sine qua nihil esset terra, & in terram resoluens. Aliter Hieronymus in loco ubi dicit, Puluis reuertitur in terram suam, unde sumptus est, & spiritus redeat ad Dominum. Satis irridendi sunt, qui putant animas cum corporibus fieri, & non à Deo, sed à corporum parentibus generari. Cum enim reuertatur caro in terram, & spiritus redeat ad Dominum, qui dedit illum: manifestum est, Deum patrem animarum esse, non homines.

g Creatoris potentia, atq; omnipotentis & omni tenentis uirtus, causa subsistendi omni creaturæ. Neq; enim sicut constructor ædium, cum fabricauerit, abscedit, atq; illo cessante & abscedente, stat opus eius: ita mundus ictu oculi stare poterit, si ei Deus regimen sui subtraxerit.

h Non tanquam substantia eius, sic in illo sumus: sed utiq; cum aliud simus quam ipse, non ob aliud in illo sumus, nisi quod continet & disponit omnia, per quam dispositionem in illo uiuimus, mouemur & sumus. Unde colligitur, quia si subtraxerit se, nec uiuimus, nec mouebimur, nec erimus.

SCHOLIA IN CAPVT II. BEDAE PRESBYTERI, De rerum natura: auctore Ioanne Nouiomago.

**I**n ipso quidem. ] Distributio creationis per sex dies, quam copiosissime explicuit Hexameron Basilij Magni, cuius supplementum scripsit frater eius Gregorius Nicenus, quod inscribitur πρῶτον ἐν τῷ ἀρχαίῳ ἔργῳ τῆς ἁγιότητος. Et uersum à Dionysio Romano, cognomento Exiguo: hoc mensibus aliquot ab hinc typis antea non excusum in lucem emisimus.

Et homo, carne quidem de terra. ] Homo natus est postremo reliquis rebus omnibus productis, cuius gratia (quod Theologi & philosophi gentiles scripserunt) omnia condita sunt: estq; maxime secundum naturam, ut destinata operi ante opus parentur: est enim, quod philosophi dicunt, finis intentione primum, sed productione postremum.

Qui in paradiso quam Dominus à principio plantauerat, constituitur. ] Natus est homo in agro Damasceno, unde translatus est in paradysum. Ait autem Beda Dominum ante hominem condidisse paradysum, qui horti erant uoluptatis, destinati humanis rebus: ubi autem paradysus sit, disputatur à theologis per uarias sententias: pleriq; autem discedunt in illam sententiam, ut existiment uniuersum locum de paradiso enigmaticis intelligendum, nec esse aliud quam hunc mundum. Quæmadmodum enim gentiles appellat mundum domicilium & templum quoddam deorum, ab inexplabili pulchritudine summæ uenerationis officium: ita in sacris intelligendum locum uoluptatis hunc mundum, cuius absoluta elegantia qua nihil ornatijs excogitari potest, in quo ornatu mens hominis nature uarietatem admirans, uoluptate expleri nequit. Nam fontem illum ex quo fluunt quatuor flumina, interpretantur Oceanum: unde, ut Homero etiam placuit, omnium annuum & fontium cursus uim & initium sumit. Nam quomodo intelligi possit ex paradisi fonte Nilum, & Euphratem & Gangem uenire, nisi per paradysum intelligamus hunc mundum.

Bedæ tom.,

2

3

fontem

fontem illum mare, quod occultis meatibus subterraneis, longe lateq; infusum omnibus fluminibus humorem suppeditat. Hæc quoniam obiter mihi in mentem ueniunt, sic posui, non ut certum in rebus extra meam professionem positis, aliquid definiam, sed ut alijs disputandi eruditius super hac questione materia relinquatur.

Septimo Dominus quieuit non à creaturæ gubernatione. Vltimi diei describitur actio, quem diem Iudei sabbatum uocant, ut quidam à sabbate, quod eorum lingua septem sonat: alij interpretantur quietem, quidam deducunt à Græco ἑβδωμια, quod est sacrificare. Ridiculi sunt homines, qui hanc uacationem ad planetarum magisterium retulerunt, quod uidelicet propterea sabbato iussi sunt feruari, quia Saturnus, qui tunc temporis est dominus, diem illum rebus agendis reddat ineptum. Est enim sabbatum inauspicatum: quorum sententia reprehenditur doctè à Pico Mirandulano in libris quos aduersus astrologos scripsit.

QVID SIT MVNDVS. CAPVT III.

Mundus est uniuersitas omnis, quæ constat ex cælo & terra, quatuor elementis in speciem orbis absoluti globata: igne, quo sydera lucet: aere, quo cuncta uiuentia spirant: aquis, quæ terram cingendo & penetrando communiunt. Atq; ipsa terra, quæ mundi mediâ atq; ima, librata uolubili circa eam uniuersitate pendet immobilis. Verum mundi nomine etiam cælum à perfecta absolutaq; elegantia uocatur. nam & apud Græcos ab ornatu ἡσμεῖ appellatur.

GLOSSAE SVPER LIBRVM BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Bridefero Rameliensi.

- a Cœli tam pro ipso, quàm omnibus quæ in eo sunt: similiter terrâ pro ipso elemto, & pro his quæ in ea continentur, posuit.
- b Illa rotunditas absoluta, id est, perfecta est, cui tantum in longitudine, quantum in latitudine, & quæ à suo centro undiq; æquali spatio distat. Absoluta res dicitur, quæ nulla re pendet uel fulcitur. Vnde nos non sumus absoluti, quoniam terra fulcimur.
- c Descensionis ordo est. Ignis enim superior est, & superiorem obtinet locum in omni creatura: post ignem aer, deinde aqua, postquam terra imum obtinet locum.
- d Cingit enim aqua undiq; secus terram, & penetrat, ne terra quæ est sicca, satisfaciat in puluerem. Sunt enim uenæ quædam in terris, per quas latenter manant aquæ, & flumina crescunt: & ideo etiam mare redundare non potest, quia uenæ terrarum, quæ euomunt, iterum absorbent.
- e Queritur id quoq; quod est medium, potest esse imum: aut id quod est imum, potest esse medium. Nam hoc uidetur in his uerbis, ita ergo intelligitur: Medium est, quoties mundus sic uoluitur, & sic est circa terram, ut æquale sit spacium semper à terra ad cælum, siue sub terra, siue supra terram: & semper necesse est ut mediâ pars totius mundi sit infra, & mediâ sit supra. Ima autem, quia in ordine quatuor elementorum, quibus constat mundus, ultimum obtinet locum: & quod excellentius est, melius est. Melior est enim ignis quàm aer, aer quàm aqua, aqua quàm terra: quia corpulentiora sunt, quæ sunt iuxta terram. Vnde & terra immobilis manens, una sede semper heret, complexa medium mundi locum.
- f ἡσμεῖ uerbum Græcum est, quod nos Latini quasi usui habemus: à quo cælum Græcè ἡσμεῖ dicitur, quo nomine apud illos quoq; est, quando mundus uocatur. Multo magis enim debet dici ab ornatu, quod pulchrior est quàm sint elementa, quæ mundi nomine uocantur.

GLOSSAE SVPER LIBRVM BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti authoris.

Mundus est uniuersitas omnis, quæ constat ex cælo & terra quatuor elementis, in speciem orbis absoluti globata. Quatuor sunt principalia elementa: ignis, aer, aqua, terra, ex quibus nouissimum mediumq; elementum terra est. In circuitu terræ aqua, quæ est Oceanus: in circuitu aquæ, aer, unde cælum uocatur æreum: in circuitu aeris æther, quod est ignis, unde cælum uocatur æthereum. Quæ scilicet uniuersitas, globata, id est, rotunda, coadunata. Cælum tam pro ipso, quàm pro omnibus quæ in eo sunt: similiter terram pro ipso elemento, & pro his quæ in ea continentur, posuit. In speciem, id est, formam orbis, id est, rotunditatis alicuius. Illa rotunditas perfecta est, cui tantum est in longitudine, quantum in latitudine, & quæ à suo centro undiq; æquali spatio distat. Absoluti scilicet orbis: id est, distincti & perfecti, propriam habet formam. Absolutares dicitur, quæ nulla re pendet uel fulcitur. Vnde & nos non sumus absoluti, quia terra fulcimur. Item globata: id est, coadunata ipsa uniuersitas, igne scilicet & aeris uel sole, quia sole omnia illuminantur. Queritur quomodo id quod est medium, potest esse imum: aut quod est imum, potest esse medium. Nam hoc uidetur in his uerbis. Ita ergo intelligitur. Medium est, quia totus mundus sic uoluitur, & sic est circa terram, ut æquale spacium sit semper à terra ad cælum, siue sub terra, siue supra terram: & semper necesse est ut mediâ pars totius mundi sit infra, & mediâ supra: ima autem, quia in ordine quatuor elementorum, quibus constat mundus, ultimum obtinet locum. Et quod excellentius est, melius est. Melior est ignis quàm aer, aer quàm aqua, & aqua quàm terra: quia corpulentiora sunt quæ sunt iuxta terram. Vnde & terra immobilis manens, una sede semper heret, complexa medium mundi locum. Librata scilicet ipsa terra, id est, suspensa uel æquata: quia equalis pars est semper per omnia à terris ad cælum. Uniuersitas scilicet et elementorum uel firmamenti. Supremum & primum locum in elementis ignis tenet: secundum aer: tertium aqua: quartum & ultimum terra pendet immobilis, scilicet quia à nulla creatura sustinetur.

SCHOLIA SVPER LIBRVM BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Mundus est uniuersitas, &c.] Continet caput hoc mundi de finitionem tum partium quæ in eo sunt, enumerationem, postremo

postremo nomine rationem. Definitio autem ex Aristotelis libro de mundo ad Alexandrum assumpta uidetur, sic enim habet: ἡσμεῖ μὲν ὁ κόσμος οὐρανὸς καὶ γῆ, hoc est: Mundus est compages ex cælo & terra. Adiecit autem quod sequitur atq; eis naturis quæ intra hæc continentur, igne uidelicet, aere, & humore. Deinde illis quoq; quæ ex his per naturam sunt composita, tradunt namq; physici omnia ex igne seu calido, spiritu, humore ac terreno coalescere, itaque quatuor illa elementa dicuntur: quemadmodum enim ex uiginti tribus elementis omnes dictiones & uoces continentur, sic hæc quatuor simplices partes omnium rerum sunt materia, ob id mundi elementa rectè dicuntur.


In speciem orbis absoluti globata. Ad eundem modum Plinius capite secundo libri secundi de forma eius. Porro mundi figuram esse spheram non argumenta modo docent, sed & hominum consensus orbem appellantium à rotunditate. Multis probationibus hoc conuincit Aristoteles libro secundo de cælo.

Ignem quo sydera lucent. Multi ac præclari authores crediderunt cælum igneum esse, stellas ipsas sempiternos ignes, quod splendant, calorem rebus affundant, ac perpetuo motu cidentur quæ ignium sunt affectiones naturales, quapropter Anaxagoras Glazomenius cælum æthera dictum uoluit ab ardendo, ἀέθω ardeo est. Sed Aristoteles hanc persuasionem usq; contendit esse falsam, asserens in cælo nihil esse elementare, huiusmodi enim corrumpi potest per naturam, sed habere essentiam incorruptibilem ac sempiternam, diuersam ab igneo, aereo, humido & terreno, quam quintam uocat Cicero naturam, hæc ex Aristotelis sententia æther dicitur à sempiterno cursu. Habet tamen hæc questio in utramque partem multos & magnos scriptores, quod nobis cursim annotasse uisum est esse satis.

Verū mundi nomine etiam cælum à perfecta absolutaq; elegantia uocatur. Cælum ex Aristotelis sententia plura significat, uniuersus nanque mundus cælum dicitur, ueluti apud Græcos ἡσμεῖ & ἡσμεῖος. Sic apud Plinium capite primo: Mundus & hoc quod alio nomine cælum appellare libuit cuius circumflexu omnia teguntur, alias significat uniuersum æthera, id est, totam compagem rerum cœlestium, à Luna uidelicet usq; ad ambitum mundi, hoc pleriq; secundum cælum uocant & secundum mundum. Primum enim & mundus seu cælum quatuor elementorum est comprehensio, qui corruptibilis est & spheræ acti uorum & passiuorum à philosophis recentioribus dictus. Tertium cælum continet res immortales ac diuinas quod à claritate diuini luminis ἡσμεῖος cognominatur. Ex hac distinctione quidam interpretantur locum Apostoli de raptu in tertium cælum. Significat præterea cælum cuiusque planetæ suum orbem, ueluti apud Ciceronem Luna infimum cælorum abinet. Postremo significat peculiariter cælum octauum à Luna quod Græci ἀσμεῖος, Latini firmamentum uocant, continet enim stellas fixas: hoc M. Varro quod cælum sit stellatis signis scilicet, cælum dictum arbitrantur. Verum hic Bedæ locus inconcinnitate non caret, nam mundus & cosmos ab elegantia absolutaq; pulchritudine ac ordine nomen habet. Cælum quidem ut iam dictum est, & ἡσμεῖος ut Plato scribit quod sit superiorum terminus, id est, ἡσμεῖος, cui & Cleomedes assentitur in Meteoris. Mundi uerò nomen magno consensu ab ornatu nomen accepit, quem Aristoteles in ordine maxime stium esse existimat. Uniuersum ipsum commodius ἡσμεῖος inquit, nominauerit, id est, compagem rerum compositam concinnoq; ordine digestam, quam ἀσμεῖος, id est, congeriem confusam ac inconditam. Alij ornatum quoque colligunt ex figura, & colore, & astrorum collucentium flammis, quos Plinius oculos mundi uocat: huc enim pertinet fabula Argus, quem Iuno occidit. Lunonem enim physici aera intelligunt, hic densatus in nubes solem ac stellas è conspectu nostro auferit, hoc est, Argo centum oculos eruit.

DE ELEMENTIS. CAPVT IIII.

Elementa sibi met sicut natura, sic etiam situ differunt. Terra enim ut grauissima, & quæ ab alia natura sufferrî non possit, imum in creaturis obtinet locum. Aqua uerò quanto leuior terra, tanto est aere grauior. Qui si forte aquis in uase aliquo subdatur, statim ad superiora ut leuior euadit. Ignis quoq; materialiter accensus, continuo naturalem sui sedem super aera querit: sed ne illuc proueniat, in mollem aera, cuius circumfusionem deprimitur, euanescit. Quæ tamen quædam naturæ propinquitate sibi met ita comiscetur, ut terra quidem arida & frigida, frigida & aqua: aqua uero frigida & humida, humido aeri: porro aer humidus & calidus, calido igni: ignis quoq; calidus & aridus, terræ societur arida. Vnde & ignem in terris, & in aere nubi terre: naq; corpora uidemus.



GLOSSAE IN CAPVT IIII. BEDAE PRESBYTERI, De rerum natura: auctore Brediferto Ramensensi.

a Natura elementorum est ipsa qualitas, ut ignis calidus est & siccus: terra autem frigida & sicca. Dicimus autem elementa, & elementa, & hylementa. Elementa quasi eleuamenta, eo quod ex elementis omnia consent. Elementa ab elimo, id est, formo: quia inde cuncta sunt formata. Hylementa, ab hyle, id est, informi materia, de qua facta sunt omnia in species suas. Elementa autem quatuor sunt: coelum, ignis, aqua & terra, quae in omnibus sibi mixta sunt. Si quidem in terra ignem reperies, qui ex lapidibus & ferro frequenter excutitur: & in caelo cum sit ignitum & micans fulgentibus stellis, polus aqua esse intelligi potest.

b De Syzygijs, id est, coniunctionibus elementorum pauca dicit. Omne namque corporeum quatuor sepe dictis constat elementis, quorum unumquodque duas habet qualitates: unam propriam, alteram uero alterius elementi, sicut in terra frigiditas & ariditas. Ariditas ergo propria est terrae qualitas: frigiditas non propria terrae, sed aquae, sic & de caeteris. Nam frigiditas propria est aquae qualitas, humiditas uero ab aere illi uenit. Sic aeris humiditas propria, at caliditas ex igne descendit. Similiter & ignis propria est caliditas, & ariditatem de terra sumit. Sex igitur qualitatibus syzygiae fiunt. Quarum quatuor dicuntur immediate & nexae, non egentes medietate, quia coniungantur. Ignis enim caliditas, cum terrena frigiditate coniungitur in siccitate. Rursus aquae humiditas copulatur cum terrena siccitate in frigiditate. Caliditas uero aeris cum frigiditate aquae coniungitur in humiditate: aeris uero humiditas cum ignea siccitate coniungitur in caliditate. Haec sunt quatuor quae dicuntur immediate & nexae. Restant duae quae dicuntur medietate & diffonae: quia non possunt sibi coniungi sine medio, obstante qualitatibus diuersitate. Ignis enim calidus & siccus, cum aqua humida & frigida coniungi non potest sine medio, id est, sine terra. Rursus aer humidus & calidus, cum terra quae frigida est & sicca, coniungi non potest sine medio, id est, aqua, quae locum tenet medietatis, & coniungit utrumque.

c Nubila pro spissis accipe nubibus, quae semper habent aquas. Inter nubila & nubes hoc interest, quod nubila dicimus spissas & densissimas nubes, nubes uero & spissas & raras.

GLOSSAE IN CAPVT IIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Elementa sibi met sicut natura, sic etiam situ differunt. Natura elementorum est ipsa qualitas: ut ignis calidus & siccus, terra sicca & frigida. Elementa, & elementa, & hylementa dicimus. Elementa quasi eleuamenta, eo quod ex elementis omnia consent. Elementa ab elimo, id est, formo, quia inde cuncta sunt formata. Hylementa ab hyle, id est, informi materia, de qua facta sunt omnia in species. Situ, id est, loco, uel positione & ordine locorum. Differt, id est, distat. Elementum secundum Isidorum, Graecum est, & sonat latine materies. Hyle enim Graece, latine informis materies. Secundum Ambrosium uero latinum nomen est, & derivatur ab eo quod est elimo, id est, formo: & quod nos elementum dicimus, Graeci στοιχειον.

SCHOLIA IN CAPVT IIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Qui si forte aquis in uase. Gleba & quaelibet terrae pars per aquam inferius cadit, quo signo constat terram aqua esse grauiorem, graui enim sunt quae naturaliter deorsum cadunt.

Ignis quoque materialiter accensus. Ignium plura sunt genera, quae hic obiter recensero. Primus est coelestis ille lucidus, cuncta fouens, seruans ac uiuificans. Secundus est qui luna statim subiectus est, usque ad loca nubium non lucens quidem: est enim ueluti aer torridus, qualis est in caldarijs, prunis ac flamma extinctis, qui quidem non lucet, nisi materiam fortiat, in quam calor uim exerceat: hinc incenduntur sub caelo ignes repentini, quos alij uocant deciduos, alij uolantes. Tertius est, quo humanum genus ad uarios usus & necessarios utitur: quartus, quem summo artificio naturae rebus animalibus pariter in animatis afflauit, nihil namque calor est expers.

Quae tamen quadam naturae propinquitate sibi met ita commiscetur. Elementa mundi quae loco ac situ coniunguntur symbola sunt, id est, altera qualitate consentientia, ut aqua & terra frigiditate, cum aqua aer mobilitate ac humiditate, a symbola interuallo discreti sunt, ut aqua ignis inter medio aere.

DE FIRMAMENTO. CAPVT V.

Coelum subtilis igneaeque naturae, rotundumque, & a centro terrae aequis spatijs undique collectum. Unde est & conuexum, mediumque quacumque cernatur, inenarrabili celeritate quotidie circummagi sapientes mundi dixerunt. Ita ut rueret, si non planetarum occursum moderetur: argumento siderum nitentes, quae fixo semper cursu circumuolant, septentrionalibus breuioribus gyros circa cardinem peragentibus: cuius uertices extremos, circa quos sphaera caeli uoluitur, polos nuncupant, glaciali rigore tabentes. Horum unus ad septentrionalem plagam consurgens Boreas: alter deuexus in Austros, terraeque oppositus, australis uocatur: quem interiora Aultri scriptura sancta nominat.

GLOSSAE IN CAPVT V. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Brediferto Ramensensi.

a Non in modum pileae rotundum est caelum, sed a parte polorum in longitudine porrectum. b Igneae naturae dixit, propter sidera igneam naturam habentia, quae in eo collocata sunt.

Quantum

e Quantum ab hoc loco terrae ad caelum, tantum ex utraque terrae parte spatium ad caelum protenditur, & hoc est a centro terrae undique collectum. Nam terra in medio locum obtinet puncti, circa quam caelum uertitur in modum circini, propterea non amplius quam medietas eius uideri potest, quae semper super terram est.

d Planetae contra mundum feruntur, & ideo mundus temperatur & retinetur.

e Argumentum est, quod rei dubiae facit fidem: & dictum est argumentum, quasi argute inuentum. Argumento siderum in caelo fixarum, uolubilitas caeli circa terram a sapientibus deprehensa est.

f Septentrionalia signa breuioribus habent circulos, scilicet propter acutiorem polum, qui ibi est, & nunquam occidunt. At ubi caelum spaciatur, & in maiorem rotunditatem dilatatur, maiores circulos agunt.

g Polus breuissima stella est in uertice septentrionalis circuli, a qua tota illa pars polus uocatur: & sicut sidera septentrionalis poli semper a nobis uidentur, quia super nos sunt: ita quoque australis poli nunquam nobis apparent, quia sub terra sunt.

h Boreus semper a nobis uidetur, nec unquam nobis occidit, aut sub terris uadit. Trahit autem nomen polus, id est septentrionalis borei, a uento boreas dicto, qui est flans a septentrionali parte, qui etiam aquilonaris dicitur.

SCHOLIA IN CAPVT V. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Inenarrabili uelocitate quotidie circummagi. Hoc est spacio uiginti quatuor horarum. Celeritatis ratio ex partibus caeli deprehendi potest: nam sol totus exoritur breui temporis momento, at qui uel tricies maior est toto terrarum ambitu, proinde ex hac collatione animaduertitur nihil sub caelo, neque uentos, neque auium uolatus, neque missilium iactus tam perniciousiter rapi posse, ut cum illa incredibili uelocitate conferri queat. Quod autem ex Plinij auctoritate, dicitur scriptores quamlibet grauissimi casuum caelum, id est, motus rationem egressurum, qui quadam successione partium perficitur, nisi aduerso cursu planetarum (qui fit a dextris partibus in sinistras) temperatur: lepidè sane dictum est, magis quam physice.

Septentrionalibus breuioribus gyros circa cardinem peragentibus. Ex mundi circumactu unaquaeque nota in caelo circumculum, qui animo tantum concepiatur, describit: mathematici enim singulos transitus punctorum, singulas aiunt efficere lineas. Sphaera itaque circumacta super cardine immobili, nota quae sunt uicinia utriusque cardinis extremitati, angustiores describunt circulorum ambitus: quae uero in medio sphaerae, maximos circulos efficiunt, quod apud Euclidem demonstratur in conuersionibus sphaerae. Itaque in subiecto sphaerae a b c d, axis uero quem circumuertitur a d: circumacta itaque sphaera super linea a d, circuli qui describuntur a partibus signorum, quo sunt uiciniore termino, a aut d, eo continuo euadunt angustiores, maximus uero omnium is est, qui describitur ex b uersus c.

Cuius uertices extremos, quos circa sphaera caeli uoluitur, polos nuncupant. Extremitates axis Graeci πολεις uocant, Latini uertices, ut apud Ciceronem in Arato: Alter de cardine uertex, dicitur esse polus, & apud Vergilium libro primo Georgicorum:


Hic uertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus styx atra uidet, manesque profundi.

Dicuntur autem Graece & Latine a uertendo: quod circa has extremitates caelum uertatur, puncto ipso manente immobili, quare astra uicina polis angustos describunt circulos: ueluti in orbe nostro, Septentrio & Cynosura totis noctibus sine occasu circa polum angusto ambitu feruntur. Stella ipsa uicima polo, quam polarem uocant in extremitate Cynosurae, breuissimo circumactu toto nocte in eadem parte caeli sine ulla inclinatione cernitur.

Glaciali rigore tabentes. Sol per medium sphaerae uertitur: extrema igitur, quia ad haec nunquam accedit loca, semper per frigora occupant.

DE VARIA ALTITUDINE COELI. CAP. VI.

Non autem ita mundus hoc polo excelsiore se attollit, ut undique cernantur haec sidera: uerum in eadem quibusque proximis sublimitate creduntur, eademque demersa longinquis: utque nunc sublimis



limis in defectu positus uidetur hic uertex, sic in illa terræ deuexitate transgressis illa se attollunt, reidentibus quæ hic excelsa fuerant, opponente se contra medios uisus<sup>b</sup> globo terrarum, adeo ut septentriones, quæ nobis à uertice pendent, in quibusdam Indiæ locis quindecim tantum in anno diebus appareant.

GLOSSAE IN CAPVT VI. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: authore Bridefero Ramensiensi.

<sup>a</sup> Sidera circa cardinem errantia uel rotantia, septentrionalia uidelicet, id est arcturi, & alia: quia cælum non se in erectam altitudinem eleuat, sed parum ascendit in modum cochleæ deuexæ: & inde fit, ut sidera quæ nobis in septentrione posita uidentur sublimia, in uicino austru constituta, propter oppositionem terræ uideantur humilia.

<sup>b</sup> Globo terrarum dicitur, quia terra spheroides, id est, rotunda est.

SCHOLIA IN CAPVT VI. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Non autem ita mundus.] Poli altitudo non in omnibus regionibus eadem permanet, nam ex quolibet loco uersus septentrionem digressis sexaginta stadia, polus septentrionalis una parte (quales sunt in circulo maximo CCC LX.) sublimior fit: si uerò ad austrum uergat hoc, idem polus una parte, per totidem stadia fit humilior, & quantum unus polorum fit sublimior, tantum aliter ex aduerso sub terra fit humilior: euenit igitur ut sidera quæ sub hoc cælo nobis totis noctibus cernuntur, transgressis ad austrum aliqua noctis parte non cernantur, ueluti lyra Orphei in Germania non occidit: uerum in Italia plerisque locis duabus horis sub horizonte occultatur priusquam emergat.

In quibusdam Indiæ locis XV. tantum in anno diebus appareant.] Similia sunt quæ habet Plinius de lunæ effluxionibus in Taprobana & alia pleraque, quæ Beda in hoc opere pro confectis habet: uerum si hæc ad certâ spheræ & circini, cuius ratio indubitata est, descriptionem accommodentur, hoc certè de septentrionibus consistere nequit: sed hæc isto loco discutere non putauimus esse opportunum.

DE COELO SUPERIORE. CAP. VII.

Cœlum superioris circuli proprio discretum termino, & aequalibus undique spatijs collocatum, uirtutes continet angelicas: quæ ad nos exeuntes, aetherea sibi corpora sumunt, ut possint hominibus etiam in edendo similari, eademque ibi reuerse deponunt. Hoc Deus aquis glacialibus temperauit, ne inferiora succenderet elementa. De hinc inferius cælum non uniformi, sed multiplici motu solidauit, nuncupans illud firmamentum, propter sustentationem superiorum aquarum.

GLOSSAE IN CAPVT VII. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: authore Bridefero Ramensiensi.

<sup>a</sup> Primum cælum est ab aqua usque ad lunam, quod est aer: secundum à luna usque ad firmamentum, quod est æthereum: tertium & quartum à firmamento usque ad infinitum, quod est superius cælum. In his tamen septem sunt spacia circa æquinoctium, quia procul sunt ipsa loca à polo, & ideo ibi non semper ut hic nobiscum, sed aliquando apparent.

<sup>b</sup> Sicut firmamentum aequali spacio à terra undique elongatur, ita illud superius cælum, ubi angeli sunt, ab inferiori aequaliter distat.

<sup>c</sup> Angelica uirtus ad nos destinata, quia subtilitas eius carnalibus non potest uideri aspectibus: corpus sibi assumit æthereum, nec solum æthereum, sed etiam æreum. Demones uerò ex isto aere corpus assumunt.

<sup>d</sup> Contra Augustinum loquitur. Augustinus enim dicit, quatuor elementa fieri intra firmamentum, & aqua semper iuxta terram locum suum tenet, ignis uerò superiorem locum possidet. Ergo qua ratione cogimur dicere glaciales aquas fieri super firmamentum, cum nulla terra ibi sit: & est superior illo locus, ubi solus ignis est? Ita ergo intelligitur quod dicitur aqua, quæ super cælos sunt, angelos significare.

<sup>e</sup> Hac igitur ratione colligunt illud superius cælum igneum esse, quia ignis superiorem locum in omnibus creaturis possidet. Si ergo illud cælum superius est, necesse est ut igneum fiat.

<sup>f</sup> Non uniformi dicitur: quia non conuertuntur specie eius in una parte, sed in diuersis partibus. Nam firmamentum in dexteram partem ab oriente ad occidentem semper uoluitur, contra quod sol semper in partem sinistram ad orientem uoluitur, sicut planetae reliquæ: diuerso tamen modo cursus suos peragunt, quorum multiplici motu solidatur firmamentum, ne nimia celeritate sui secundum philosophos labatur. Firmamentum non propter stationem, sed propter firmitatem, aut propter intransgressibilem terminum superiorum & inferiorum aquarum uocatum intelligere debemus.

DE AQVIS COELESTIBVS. CAP. VIII.

Aquas super firmamentum positas, cælis quidem spiritalibus humiliores, sed tamen omni creatura corporali superiores, quidam ad inundationem diluuij seruatas, alij uerò rectius ad ignem siderum temperandum suspensas affirmant.

GLOSSAE IN CAPVT VIII. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: authore Bridefero Ramensiensi.

<sup>a</sup> Firmamentum in crystalli modum ex aquis congelatis factum est. Est tamen igneæ qualitatis propter sidera in se collocata, quæ

quæ igneæ sunt. Sicut terrarum ponderibus & aer & aqua cedunt, ut ad terram perueniant: sic aquarum ponderibus & ipse aer cadit, ut uel ad terram uel ad aquam perueniat. Aeris quoque particulam si quis in spacijs illis sublimibus cæli posset demittere, pondere suo caderet, donec ad aëria subter spacia perueniret. Huiusmodi argumentis colligunt philosophi aquas super ætherum cælum esse non posse, quibus ita respondetur: Si potest aqua, sicut uidemus, ad tantas guttarum minutias peruenire, ut super istum aërem uaporaliter feratur, qui natura leuior est aquis: cur non potest & super illud leuius cælum minutioribus guttis, & leuioribus ferri uaporibus? Quomodo autem & qualeslibet aquæ ibi sint, esse eas ibi minime dubitamus. Maior est quippe scripturæ sanctæ auctoritas, quam omnis humani ingenij capacitas.

<sup>b</sup> Sidera tam igneæ naturæ sunt, ut consumerentur, nisi ab aquis temperarentur. Sicut consumeretur ista terra igne solis, nisi aqua interius & exterius fuisset in ea: sic consumeretur firmamentum eodem igne solis, & igne signorum, quæ in eo sunt, nisi haberet aquas super se.

GLOSSAE IN CAPVT VIII. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: incerti auctoris.

Aquas super firmamentum positas, cælis quidem spiritalibus humiliores.] De aquis quæ super cælos sunt, hæc est beati Ambrosij sententia: Aquas super cælos sapientes mundi aiunt esse non posse, dicentes igneum esse cælum, nec posse concordari cum eo naturam aquarum: addunt quoque dicentes, rotundum, ac uolubilem atque ardentem esse orbem cæli, & in illo uolubili circulo aquas stare nequaquam posse. Nam necesse est ut desluant & labentur, cum de superioribus ad inferiora orbis ille detorquetur: ac per hoc nequaquam eas stare posse aiunt, cum axis cæli conuerso se motu torquens eas uoluendo effunderet. Sed hi tandem insanire desinant, atque consusi cognoscant: quia qui cuncta potuit creare ex nihilo, potuit & illam aquarum naturam glaciali soliditate stabilire in cælo. Nam cum & ipsi dicant uolui cæli orbem, stellis ardentibus resurgentem: nonne diuina prouidentia prospexit, ut intra orbem cæli, & supra orbem redundaret aqua, quæ illa feruentis axis incendia temperaret?

SCHOLIA IN CAPVT VIII. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Alij uerò rectius ad ignem siderum temperandum.] Vide Isidorum Hispalensem episcopum in libro De natura rerum, ubi harum aquarum meminit. Nata est opinio disputatio hæc ex cantico trium puerorum: Benedicite aquæ quæ super cælos sunt. Datum est hinc negocium doctis indagandi harum aquarum qualitatem.

DE CIRCULIS MUNDI. CAP. IX.

Quing<sup>a</sup> circulis mundus diuiditur, quorum distinctionibus quedam partes temperie sua incoluntur, quedam immanitate frigoris aut caloris existunt inhabitabiles. Primus est septentrionalis, frigore inhabitabilis, cuius sidera nobis nunquam occidunt. Secundus est solstitialis, à parte signiferi<sup>b</sup> excellissimum, nobis ad septentrionalem plagam uersus temperatus, habitabilis. Tertius æquinoctialis, medio ambitu signiferi orbis incedens, torridus, inhabitabilis. Quartus brumalis, à parte humilima signiferi ad austrinum polum uersus, temperatus, habitabilis. Quintus australis, circa uerticem austrinum, qui terra tegitur, frigore inhabitabilis. Tres autem medijs circuli inæqualitates temporum distinguunt, cum sol hunc solstitio, illum æquinoctio, tertium bruma teneat. Extremi enim semper sole carent. Unde & à Thyle insula unius diei nauigatione ad aquilonem mare congelatum inuenitur.

GLOSSAE IN CAPVT IX. BEDAE PRESBY-  
teri, De rerum natura: authore Bridefero Ramensiensi.

<sup>a</sup> Circuli de quibus hic loquitur, sicut terram, sic etiam cælum continent.

<sup>b</sup> Non mirum quod sidera, quæ super nos sunt, nunquam nobis occidunt: quia cum sint eorum circuli breuissimi, eo quod in angustiore cæli parte sunt positi, eos ex omni parte uidemus, scilicet oriendo & occidendo.

<sup>c</sup> Cancer & capricornus tropica, id est, conuertibilia signa uocantur: ex quibus cancer excellissimum pars signiferi est. Conuertibilia autem dicuntur, quia conuertitur sol uel superius uel inferius. Est uerò eius domicilium in cancro, XV. Calend. Iulij, quando ipse solstitialem circulum percurrens, facit solstitium XI. I. Calendarum supradicti mensis: in capricorno uerò XV. Cal. Ian. moratur, quando brumalem cursum explens, XI. I. Calend. ipsius mensis aliud facit solstitium, à quo superiores repetit cursus. Solstitium autem dictum, quasi solis statium: non quia ibi sol stet, sed quia ibi finit cursum suum.

<sup>d</sup> Aequinoctialis circulus ideo uocatur, quoniam dum per eum sol transit, semper fit æquinoctium. Mense quidem Septembris, XI. Cal. Octob. in signo librae: mense uerò Martio, XI. Cal. Aprilis, in signo arictis. Siue æquinoctiale dicitur, eo quod ibi sit nox & dies equalis omni mundo. Dum enim oritur sol in medio mundo, omnes uident, similiter dum occidit: non sic quando ad nos uenit, uel quando australes uadit, tunc enim uariantur dies noctesque.

<sup>e</sup> Quia per totum illum circulum & per medium illum sol discurret, ideo nimio calore est inhabitabilis: in superiori autem circulo solstitiali iam dicto, sol neque per medium neque per totum currit, sed ex una parte tantummodo illum tangit, atque ideo temperatus est.

<sup>f</sup> Brumalis dicitur à breuitate dierum, uel ab remeatu solis. Quantum enim ad nos pertinet, breue spacium est ab ortu hyemalis diei, usque ad occasum. Bruma autem Græcè, edacitas Latine: maxime enim in hyeme consumunt homines, quicquid laborati est.


Quintus

g Quintus australis circulus dicitur à uento, qui inde flat. Sicut autem notissimum signum est septentrio in septentrionali, sic canopus in australi: sicut nobis polus nunquam occidit, sic nec Aegyptijs canopus.

h In æqualia tempora dicit, quia aliud est calidum, aliud frigidum: aliud habet longos dies, aliud breues, uel ideo, quia quando sol in solstitiali circulo est, dies longi, noctesq; breues sunt: quando autem in æquinoctiali, dies & noctes penè æquales. sicut in duodecimo Calendarum Aprilium, & in duodecimo Calendarum octobrium, in his enim sunt æquinoctia. Quando autem in brumali circulo noctes longæ, & dies breues sunt, eo quòd longe à nobis sit sol: quod fit X I I. Cal. Ian. ibi enim est brumale solstitium.

i A Britannia usq; ad Thyle nouissimam omnium insularum, nouem dierum iter habetur, à qua unius diei navigatione ad mare congelatum peruenitur. Huius insule habitatores dicit Plinius hyemi lacte uesci, æstate uerò inter sua pecora herbas ore carpere.

SCHOLIA IN CAPVT IX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.



Quinq; circulis mundus diuiditur. Agitur hoc capite de circulis parallelis, quorum interuallis distinguuntur in caelo ac terra quinq; zone, quarum passim scriptores meminerunt. Sunt uerò paralleli circuli, qui mundi circumactu describuntur: nam alij sunt in caelo non paralleli, ut horizon, meridianus, coluri, quos motus caeli non efficit. Parallelorum itaq; seu æquidistantium circulorum, tres sunt qui describuntur à sole, æquinoctialis, quem sol describit bis in anno, mense Martio ac Decembri, in primis partibus Virginis & librae: estq; hic circulus æquidistantium omnium maximus, ducitur enim per mediū sphaerae. Reliqui duo, Tropici dicuntur, Graeci ὀροτρος uocant: horum unus describitur die solstitiali, sole existente in prima parte cancri, alter die brumali, dum sol primam partem capricorni ingressus est. hi duo solis limites sunt, extra quos ad extrema mundi longius non progreditur: duo reliqui sunt, quorum hic continet astra semper apparentia, ille perpetuo sub horizonte demersa habet. Verum hi duo postremi hoc à superioribus differunt, quod horum magnitudo non in qualibet regione est eadem: abeuntibus enim ad septentriones, continuo sunt maiores, ut in Graecia describitur à pede posteriore urse maioris, at in Germania à stella que in Lyra maxime lucet. sit autem in subiecto schemate a b c d, sphaera, & eius axis a, b: conuersa igitur sphaera super axe a, b, in media sphaera describitur parallelus ex c, uersus d, æquinoctialis, deinde ab m, uersus n, tropicus æstiuus: ab k, uersus l, tropicus alter, scilicet Capricorni, deinde ab e, uersus f, circulus antarcticus sidera continens, nunquam sub nostrum conspectum uenientia: postremò ex g uersus i, continens non occumbentia astra circulus arcticus. Spacium uerò comprehensum inter lineam m, k, ac rursus inter lineam n, l, per quod transuersa ducitur linea m, l, torrida zona est. nam huic caelo quòd in terris est subiectum, uehementia caloris solis ægrè habitatur. Similiter extrema partes, uidelicet g, a, i, & e, b, f, inhabitabiles ex frigore: ad has, nanq; partes radij solis non penetrant: præter has due sunt habitabiles, quarum una nostra est, uidelicet g, i, m, n, reliqua antichthonum scilicet, k, l, e, f.

DE PLAGIS MVNDI. CAP. X.

Climata, id est plagæ mundi sunt quatuor. Orientalis ab exortu solstitiali ad brumalem: Australis inde ad occasum brumalem: Occidentalis ex hinc usq; ad solstitialem. Porro septentrionalis ab occasu solstitiali usque ad ortum eiusdem partis contingens. Ex quibus orientalem & occidentalem ianuas caeli nominant. Hæc in medio tantum terræ positæ habentur æqualia. Nam sub aquilone degentibus brumalis dies breuior, & solstitialis prolixior, ortum occasumq; dilatans, alias plagas angustat. Item apud australes utraq; præfata dies moderatior, supradictâ diuersitatem immutat, licet ubique solstitiali exortui brumalis occasus ex eadem linea respondeat. Nam & cunctis exortibus solis eodem modo post sex, semper menses congruit occasus.

GLOSSAE IN CAPVT X. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Bridefero Ramensiensi.

a Orientem ideo ianuam caeli uocant, quia in ea parte caelum aperiri uidetur, oriente mane sole. Hinc Vergilius: Panditur interea domus omnipotentis Olympi. Occidentem uerò ideo, quia in ea plaga quodammodo à mundo fit eius exitus, & intra caeli secreta receptio. Vel ideo ianuæ caeli dicuntur, quia ibi oriuntur omnia signa, & per occidentem uadunt. Ab australi uerò parte uel septentrionali, nullum signum ortur nec occidit: ideo non ianuæ, sed latera caeli dicuntur.

b In Ierusalem, que est in Iudæa ciuitate, uel in Asia constitutis, penè tantundem dici est tempore æstatis, quantum & hyemis: quia cum sint circa umbilicum, id est medietatem terræ, non ortus apud illos dilatatur, nec occasus.

Ortum

e Ortum suum dilatât solstitialis dies ab ortu brumali, usq; ad ortum solstitialem. Similiter occasum dilatât ab occasu brumali, usq; ad occasum solstitialem, & hoc apud nos fit, qui in septentrione sumus, circa quos & oriens & occidentes sol apparet, sed alias plagas angustat: hoc est, australem & septentrionalem. Nam quando nobis sol æstate media oritur, non statim uidetur ab illis qui in meridie sunt, usq; quo superiores sui circuli partes petat. Similiter cum occidit, non ab illis uidetur: quia à septentrione nobis uicino ubi occidit, longe illi sunt. Septentrionalem plagam similiter angustat, quia ortus citissimus, & occasus tardissimo cam tenet: & quo occidit modo in septentrione, eo etiam prope & oritur. Deniq; apud Britanniam insulam septentrionalem, decem & octo dies sunt continui, singulis annis sine nocte tempore æstatis. Hinc Horatius diuitem lucis cam esse dicit: & Iuuenalis, Minima contentos nocte Britannos. In hyeme quoq; totidem noctes sunt illis sine die. Sic enim nobis uidetur ortus & occasus solstitialis, qui & æstiuus diei, ut in septentrionali fiant tantum, atq; ideo angustam partem cernimus ibi inter occasum & ortum. Ab ortu autem æstiuus diei usq; ad brumalem ortum magnum spacium uidemus. Iterum ortus brumalis diei, & occasus in australi tantum parte cernuntur, & ideo angustat. Paruum enim spacium ibi est. Item à brumali occasu usq; ad æstiualem occasum magnum spacium cernitur esse, & ideo dicit, Ortum occasumq; dilatans, & reliqua. Itaq; brumalis etiam dies solstitij dilatât ortum, quia tardè oritur, & tres plagas continet ipsa nox. Similiter dilatât occasum, quia citò occidit in eadem plaga, in qua oritur.

d Nam quod nobis longum est, illis breue est: & quod nobis breue est, illis longum est. Æstiuales enim dies nobis sunt longi, brumales uerò breues. Econtrâ, æstiuales dies illis sunt breues, brumales uerò longi: quamuis non eodem modo. Non enim sic abbreviatur illis noster dies æstiuus, sicut nobis illorum brumalis: atq; ideo dicit, Moderator. Sed hæc quamuis circulorum ratione fiat, diuina tamen dispositione fieri creduntur. Neq; enim australes sufferre possent ardorem solis, penè semper sibi uicinum, si tam longi dies apud illos essent, quantum apud nos sunt, nam etiam terra excureretur.

e Non dicit solem occasum brumalem habere, quando solstitiali parte oritur: quia nec unquam hoc contingit, sed mensium transacto spacio in hunc occasum labitur, ad quem linea à solstitiali parte deducta peruenit. Ergo quod dicit, Licet ubiq; solstitiali exortui brumalis occasus ex eadem linea respondeat: tale est ac si diceret, Quamuis habeamus uarietatem in longitudine dierum & noctium, non habemus tamen in lineis. Nam semper ortus solstitialis in una linea est, & occasus brumalis.

f Sol nanq; per sex menses ascendit, per alios sex retrogradens per eandem lineam, in occasum recurrit. Illud igitur signum quod hodie occidit, post sex menses erit in ortu. Verbi gratia: Si cancer est hodie mane in ortu, post sex in initio noctis erit in occasu, & capricornus mane erit in ortu.

SCHOLIA IN CAPVT X. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Climata, id est plagæ mundi sunt quatuor. Climata pro plagis improprie accipit. Climata nanque in agris significat, quod quoq; uersum patet lx. pedes, in mundo autem climata sunt spacia terrarum, quæ distinguunt duo paralleli distantes dimidiatis partibus horarum: huiusmodi spacijs terrarum globus est diuisus ab æquinoctiali, sub quo dies longissimus non est maior duo decim horis, usq; ad eum locum ubi dies solstitialis continet horas æquinoctiales xv. cum igitur climata distent horarum semisibus, fit ut climata sint octo. Plaga autem est finitior per quatuor limites diuiso, unaquælibet eius pars, sic enim à Plinio accipiuntur, aij uocant caeli cardines. Astrologi centra, & angulos uulgo appellamus: sunt autem ex his meridies & septentrio stabiles, ortus uero & occasus, quia sol propter flexum significari non semper ex eodem loco exoritur, uariant: fecerunt itaq; studiosi exortus tres, & totidem occasus, unum scilicet ex quo sol oritur, dum primam partem cancri est ingressus, quod fit die solstitiali, estq; hic prope septentrionem: alius unde oritur sol brumalis sub nonas Decembres, qui est iuxta meridiem. Inter hos medius est, unde oritur diebus æquinoctialibus sole existente in primis partibus arietis & librae: hic exortus uerus est, similiter in occidua parte caeli totidem sunt occasus, quorum latitudo uersus septentrionem proficiscenti crescit, uersus meridiem uerò decrescit: quemadmodum ex sphaerice manifestum est.

Ex quibus orientalem & occidentalem. Quemadmodum enim mundus ab exortu aperitur, sic ab occasu clauditur, quapropter utraq; pars ianuæ est. In sacris quoq; fit huiusmodi ianuæ mentio, ut Psalmo 77. Ianuas caeli aperuisse dicitur.

DE STELLIS. CAP. XI.

Stellæ lumen à sole mutuantes, cum mundo uerti, utpote in uno loco fixæ, & non stante mundo, uagæ ferri dicuntur: exceptis ijs quæ planetæ, id est errantes uocantur: easq; diei aduentu celari: nec unquam caelo decidere, fulgor plenilunii, & solis probat deliquium. Quamuis uideamus igniculos ex æthere lapfos portari uentis, uagiq; lumen syderis imitari, trucibus cito corrientibus uentis. Sidera autem alia sunt in liquorem soluti humoris sæcunda: alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines. Alia flatus teporis, alia uaporis, alia rotis, alia frigoris. Nec solum errantia, ut Saturnus, cuius transitus imbriferi fiunt, sed & quædam fixa polo, cum errantium fuerint accessu uel radijs impulsâ: ut luculæ in fronte tauri, quas ob id Graeci pluuiæ nomine hyadas appellant. Quin & sua sponte quædam, statiscq; temporibus, ut hædorum exortus & arcturi qui per idus septembres cum procellosa grandine surgit, & nimborus Orion, & canicula, quæ nimirum feruens, xv. Calendas Augustas emergit.

GLOSSAE IN CAPVT XI. BEDAE PRESBYTERI, De rerum natura: authore Bridefero Ramensiensi.

a Stellæ omnes & luna à sole lumen accipiunt. Licet enim igneæ sint naturæ, & ex eadem luce factæ sint, quæ sol: tamen quia tenuis & subtilis eorum ignis est, non tantæ uirtutis sunt, ut perfectè possint sine sole lucere. Illuminantur itaq; radijs solis, qui maioris potestatis sunt.

Bedæ tom. 2.

b ris potestatis sunt.



ris potestatis ignem habet. Exhibetur hoc autem in figura Christi & sanctorum eius: qui quod uirtutis habent, ab ipso accipiunt. Stellæ quoque secundum mysticum intellectum sancti uiri intelliguntur, de quibus dictum est: Qui numerat multitudinem stellarum. Sicut autem omnes stellæ à sole illuminantur: ita sancti à Christo gloria celestis regni clarificantur. Et sicut præ fulgore solis & uim maxima luminis eius obtunduntur: ita & splendor sanctorum in comparatione gloriæ sanctorum Christi quodammodo obscuratur. Et quemadmodum stellæ sibi differunt claritate: ita diuersitas iustorum meritorum discretione.

b Plenilunium Græcè πῶλον λέγουσιν dicitur, quod est in luna X V. cuius fulgore circumpositæ sibi stellæ obscurantur. Si mili etiam ratione probatur, solem in die ipsas stellæ obscurare: & hoc tunc maxime manifestatur, quando fit eclipis solis, qui etiam si media die fiat, uidentur stellæ in cælo. Ad superiora hoc pertinet loca, ubi dicitur stellæ fixas esse in firmamento.

c Quamuis igniculos ex æthere uideamus l. bi, quod uulgus uidens putat cadere stellæ à firmamento: sed non ita fit, sed dum uentus aera peruolat, ætherem etiam tangit, & inde scintillas in modum stellarum radiantes secum auferit.

d Stellæ & sidera inter se differunt. Nam stella est quælibet singularis, à stando dicta, quia semper in cælo fixa stat: sidera uero sunt stellis plurimis facta, ut hyades & pleiades. Astra autem stellæ sunt grandes, ut orion, bootes. Sed hæc nomina scriptores confundunt, dum & astra pro stellis, & stellæ pro sideribus ponunt.

e Succule stellæ dictæ, quasi sub oculis sunt enim in fronte tauri: uel à succo, quod succū mimitantur. Vnde & hyadæ Græcè, id est, aquaticæ appellantur. Græcè enim ὕδωρ, aqua dicitur. Vel hyadæ dicuntur, ἕρπετῶν ὕδωρ, id est, à succo. Hæc alio nomine Vergilicæ dicuntur, quod uerno tempore oriantur.

f Hactenus de planetis & de signiferis signis, per quæ planetæ currunt: nunc autem de signis, per quæ non currunt planetæ dicuntur: ideo sua sponte dicit, uel nulla planetarum cogente.

g Hæduli in signo agitatoris sunt, quando oriuntur. Agitator autem uel auriga ipse est Erichthonius, signum est aquilonale, in cuius dorso est una stella, quæ uocatur capra, & duos hædos ante se agit, de quo ortu uel quibus nunc loquitur. Unumquodque enim signum quatuor ortus habet, id est matutinum, meridianum, uesperinum, & mediæ noctis. Ex quibus duo pleni sunt, matutinus uidelicet & uesperinus. Sed modo de matutino ortu loquitur. Cum enim sol oriatur ab oriente mane, & ex illius latere oriuntur ista, tunc pluuia uel grandæ & cetera fiunt.

b Non dicit de illo arcturo, qui quotidiè cernitur. Arcturus stella est in præcordijs Bootis. Signum Bootis est, quod Græcè ἀρκτοφύλαξ, id est custos planetarum dicitur. Nam Græcè φύλαξ, custos Latine.

i Eucufq; dixit de signis, quæ sunt à septentrionali parte signiferi: nunc autem de illis, quæ in australi parte sunt.

k Canicula est stella in ore canis, quæ mense Iulio oriens, X V. Cal. Aug. nimio calore morbos excitat, & tempestates: quæ a lio nomine uocatur lingua Syrii, id est canis. Vnde & illi dies caniculares dicuntur.

SCHOLIA IN CAPVT XI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Stellæ lumen à sole mutuantes. ] Plinius Iunior de laudibus Solis: Hic suum lumen cæteris quoque sideribus fecerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens ut principi literarum Homero placuisse in uno eo uideo.

Exceptis his quæ planetæ, id est errantes uocantur. ] Errantes nō dicuntur quod quiescentibus orbibus, in quibus sunt, uagi dissolutiq; uagentur seu quod nō stabiles cursus neq; spacia certis interuallis definiunt, sed quod inter se & cū illis intrantibus non paria locorū interstitia custodiant, tū quod iuxta signiferi inclinationē modō humiles sint, alias sublati ad uerticē mundi.

Quamuis uideamus igniculos ex æthere lapsos. ] Sub cælo ac supra nubes, ignes quidam ex motu repentini sunt, quorum alij ad terram triduntur, alij in diuersum directo motu aguntur, quos quidam uolantia sidera appellant.

Sydera autem alia sunt in liquorem soluti humoris fœcunda. ] Hæc ad planetarum ac stellarum fixarum significationes atq; effectiones pertinent, de quibus uide Pontanum lib. III. de rebus celestibus.

Vt succulæ in fronte tauri. ] Hæc stellæ imperitè Romani succulæ uocauere, quasi græcè dicuntur ὑδωρ ὕδωρ, hoc est per diminutionem à subibus, & non potius ἕρπετῶν ὕδωρ, id est à pluendo, uide Aulum Gellium in noctibus Atticis.

Vt hædorum exortus & arcturi. ] Exortum intelliges heliacum, id est, dum à sole recedunt. Sunt autem hædi in humeris Hentochi. Arcturus septentriones proxime sequitur: de significationibus, uide primum Georgicon.

Nimbosus Orion & canicula. ] Orion tempestuosus sidus est occumbens & oriens, est enim stellarum magnitudine ac multitudine maximum, uide Aristotelem lib. II. περὶ τῶν αἰθέρων. Canicula stella est fixarum omnium maxima in ore canis maioris, quam Græci uocant ὄστρον à siccitate, alij Canicula uolunt significari canem minorem, quem Græci uocant πικρὸν ὄστρον. Cicero uertit antecanem in Arato. Antecanis πικρὸν ὄστρον Graio qui nomine fertur.

DE CURSV PLANETARVM. CAP. XII.

Inter cælum terrasq; septem sidera pendent, certis discreta spacijs, quæ uocantur errantia, contrarium mundo agentia cursum, id est, læuum, illo semper in dextra præcipiti. Et quamuis asidua conuersione immense celeritatis attollantur ab eo, rapianturq; in occasum, aduerso tamen ire motu per suos quæq; passus aduertuntur: nunc inferius, nunc superius, propter obliquitatem signiferi uagantia. Radijs autem solis præpedita, anomala, uel retrogada, uel stationaria fiunt.

GLOSSAE IN CAPVT XII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Bridefero Rameliensi.

a Pythagoras sagacissimus Græcorum philosophus, spaciū quo distat cælum à terra, Geometrica mensura collegit, dicens à terra ad lunam spaciū esse CXXXV stadiorum: à luna ad solem duplum, inde ad firmamentum triplum. Quæ etiam spacia musticis uocantur.


eis uocabulis appellantur: à terra ad lunam dicens tonum, inde ad Mercurium semitonium: à Ioue ad Saturnum semitonium, à Saturno ad firmamentum tria semitonia. Simul omnes toni sex fiunt, quibus diapason harmonia perficitur. Tonus igitur habet miliaria XVD CXXV. Semitonium uero habet miliaria VII, D CCXXII. & semissem. A luna ad solem sunt toni duo: id est, miliaria XXX. & I. CCL. Inde ad Saturnū toni sunt duo, id est, miliaria totidē. inde ad signiferū toni duo, et semis, id est, XXXIX. LXII. & semis. Sunt in summa, quæ cōtinentur in his septē tonis, stadia DCCCLXXV. id est, miliaria CXXX. CCCLXV.

b Cælum in dextrum ab oriente in occidentem flectitur, planetæ uero eregione ab occidente in orientem in læuum uoluunt: quamuis agilitas celestis spheræ tanta sit, ut cursum præpedit planetarum, illasq; cursu suo rapiat, atq; ideo uidentur nobis currere ad occidentem, cum tamen semper ferantur ad orientem. Nam nunquam cursum suum amittunt, licet ad cursum celestis spheræ uideantur ferri. Illud autem quod dicit planetas in læuum ferri, & mundum in dexteram, uariè intelligitur. Primum enim sic: Cum homo conuertit faciem suam ad solis occasum, sinistra pars illius de australi parte erit, contra quam omnes planetæ currunt ab occasu ad ortum. Vel etiam terra, quæ uocatur mundus, sic fingitur, sicut homo supinus, cuius caput ad orientem est, pedes uero ad occasum. Contra cuius sinistram manum omnes planetæ currunt, uel etiam omne quod contrarium est, læuum dicitur. Quia ergo contra mundum currunt, ideo in læuum currere dicuntur.

c Tanta uirtus est solis, ut radijs illius reliqua errantia sidera percussa, modò fiant anomala, modò retrograda, modò autem stationaria: id est, nunc inæqualiter currunt, nunc retrò aguntur, nunc uero in loco uno consistunt. Anomala autem dicitur, quia tunc non possunt currere propter solem. Nam non dimittit eam radius solis per rectum iter in latitudine signiferi currere. Retrograda dicitur, quando retro trahit ea radius solis. Verbi gratia: Si uideris aliquam planetam ante solem fieri, cogit eam radius solis, ut post solem cernatur. Stationaria uero, quando radius solis ea in altum iacet. Nos enim qui sumus in terra, quando aliquam planetam sursum ire cernimus, uidetur nobis quasi stare in uno loco, cum ipsa non stet, sed sursum ascendat. Et hoc maxime in illis tribus fit, quæ sunt super solem, id est, in Saturno, in Ioue & Marte.

SCHOLIA IN CAPVT XII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Contrarium mundo agentia cursum, id est, læuum. ] Quæ sunt in cælo dextræ & sinistrae partes, copiose disputatur ab Aristotele lib. 2. de cælo. Astrologi autem dextra reiciunt ad occasum, læua ad exortum: uertunt namq; pectus ad meridiem, ubi stellarum motus, quas illa professio obseruat, celerissimus est, ad hunc modum planetæ à dextris ad sinistra progrediuntur, qui motus est secundam naturā: facile autem est hunc motum oculis deprehendere, primum in luna. Notetur quippe qualibet nocte luna in cælo, & proxima illi stella quæpiam fixa, postridic uero magno interuallo cæli luna eam stellam anteuertisse clarum fiet. Porro quis ordo sit planetarum, & quomodo signiferum ambient, uideatur ex subiecto schemate.



Sit Zodiacus circulus cui descriptæ sunt A B C, & c. usq; ad M duodecimo loco positum. Sub hoc circulo septem inferiora sidera perpetuo motu, inæquali tamen ac dispari inter se uoluntur, ocyore quidem ambitu quæ sunt centro uiciniora: de quo dicitur capite sequenti.

DE ORDINE EORVM. CAP. XIII.

Summum planetarum Saturni sidus est, natura gelidum, XXX. annis signiferum peragens. Deinde Iouis, temperatum, annis XII. Tertium Martis feruidum, annis II. Medius Sol, CCCCLXV. diebus, & quadrante. Infra Solem Venus, quæ & lucifer & uesper, CCCCLXVIII. diebus à sole nunquam absistens partibus sex & quadraginta longius. Proximū illi Mercurij sidus, nouem diebus ocyore ambitu, modo ante solis exortum, modo post occasum splendens, nunquam ab eo XXXII. partibus remotior. Nouissima luna XXXVII. diebus, & tertia diei parte signiferum conficiens, dein morata in coitu solis, biduo nō comparere in cælo. Saturni sidus & Martis cum plurimum diebus CLXX. Iouis XXXVI. aut cum minimū denis detractis diebus. Venereis LXVIIII. aut cum minimū LII. Mercurij XIII. aut cū plurimū XVIII. Occultatur uero meantes cū sole in partibus nunquam amplius undenis: interdum & à septenis partibus erumpunt. Bedæ tom. 2.

GLOSS

a Saturni sidus superiorem locum tenet omnibus planetis. Dicitur autem Saturnus à saturitate, eo quòd Italiam tempore sa- mis suis opibus aluerat. Nam secundum fabulam à filio regno pulsus, uenit ad Italiam, & à Iano rege Italiae susceptus est, eiq; usum frumenti ostendit. Vel Saturnus appellatus est, quòd saturaretur annis. Ex se enim natos comedisse fingitur solitus: quia consumit ea- tas temporis spacia, annisq; praeteritis insaturabiliter expletur. Cuius sidus, uidelicet Saturni, XXX annis peragit cursum suu: non quod reliquis planetis tardior sit, sed quia uicior est firmamento, ideo cunctis latiore circum peragens, plus ad eum explendū moratur. Natura autem est gelidum, id est, frigidum, propter aquas supercoelestes, quibus uicitus est. Vnde & senex depingitur, uel quia est inter firmamenti temperamentum & calorem aetheris, sicut luna ab aere frigiditatem habet, ab aethere calorem.

b Iouis stella temperatur frigore Saturni supra se positi, & calore Martis infra se constituti. Est autem uel nominatiuus, uel genitiuus. Eius tamen nominatiuus est Iupiter: dictus Iupiter quasi iuuans pater: hoc est, omnibus praestans, uel quasi iubarum pater, quae sunt comae uel radij solis. uel Iupiter, quasi Zetos pater, id est, pater ignis. Nam ignis apud Graecos zetos, uel ωπ dicitur.

c Mars dicitur quasi mors, deus belli: quia est effector mortuum. Vnde & apud Graecos ares, id est, uirtus appellatur.

d Medius sol dicitur esse, quia in medio planetarum est, tres supra se, & tres infra se habens planetas. Dicitur autem sol eo quòd exortus solus luceat, obscuratis omnibus sideribus. Et quia medius est in planetis, Mese uocatur à chorda, quae similiter mea- dia in lyra Mese uocatur.

e Quadrans est quarta pars uniuscuiusq; rei. Dies ergo cum sua nocte uiginti quatuor horis constat, cuius quadrans, id est, quarta pars sex horae sunt: quod uerò remanet sublato quadrante, dicitur dodrans, & est compositum. Nam dodrans dicitur, quae si dempto quadrante.

f Venus media nocte dicitur à uenustate sui luminis, quae lucifer mane uocatur: quia lucem fert ante solis ortum. uesper uerò dicitur, quia uesperè apparet post solis occasum. Habet ergo hoc proprium Venus, quod sola stellarum umbram mittit.

g Hoc quod dicit Venere non abesse partibus sex, & quadraginta longius: sciendum quod pars dicitur hoc loco, quan- tum sol in die de quolibet signo excurrit. Ergo ante quadraginta & sex dies potest uenire sol ad locum illius signi, in quo Venus mo- do est: sed nunquam potest Venus tantum antequam solem, ut non post quadraginta & sex dies ueniat contra illum locum sol, unde Venus modo egressa est. Nam Venus solem antecedit, ut pote infra illum circumulum suum tenens angustiorum. Verbi gratia, si modo sit sol in arietate, Venus in tauro, id est, in signo sequenti: post quadraginta & sex dies, & si non antea saltem, tunc ueniet sol ad tau- rum, ubi modo Venus est.

h Mercurius sidus aliquando antecedit, aliquando subsequitur solem. Et quia non habet ubi spaciatur, propter breuitatem sui circuli, semper uicinus est soli, ideo perustus depingitur. Vnde etiam nuncius fertur esse deorum.

i In coitu, id est, in comiteo, ac si diceret: Quando luna IX. uel XXX est, non apparet, quia contra solem est posita, cuius claritate obscuratur, & id uocant calculatores coitum.

k Illas occultationes bifariam intelligimus. Primum, quando unaquaeq; planeta currit in regione alterius, sicut Mars in regio- ne Saturni. Discerni enim non possunt, quia sic uidetur quasi una stella. Altero modo in die occultantur: per tot enim dies in die sem- per oriuntur, & subit terram per noctem circulos suos tenent, atq; ideo ab hominibus non uidentur. Dicitur est superius occultas- ri planetas, cum subit terram per noctem cir- ulos suos tenent: modo uerò rursus occultari dicuntur, cum solem comitantes, illius claritate latent. Sed ipsa occultatio fit, quamdiu inter X. l. partes à sole fuerint. Nam postquam XI. transierint, iam incipiunt uideri.

SCHOLIA IN CAPVT XIII. BEDAE PRESBY/ teri, De natura rerum: autore Ioanne Nouiomago.


Occultantur uerò meantes cum sole. Hanc occultationem Astrologi uocant occasum heliacum, id est solarem, nam occasus quemadmodum exortus duplex est, uerus scilicet & apparens: uerus est quem facit mundi circumactus, iuxta quem in- tra quatuor & uiginti horas omne astrum ex non semper apparentibus simul oritur & occidit. Apparens autem est haec siderum occultatio, qui occasus dicitur. Sol enim propter luminis maiestatem astra omnia fixa obscurat, quae non quoquouersum quindecim partibus, id est gradibus remota sunt. Planetas uerò maiores, uiciniore octonis partibus, minores denis partibus radijs tegit. Dicun- tur autem haec sidera, quamdiu implicata radijs solis non cernuntur ab Astrologis hypauga. Fiunt huiusmodi exortus & occasus stel- larum inerrantium statis temporibus: unde apud poetas & rei rusticae scriptores, temporum distinctio ab eis sumitur, errantes propter motus uarios, non faciunt certis diebus exortus & occasus heliacos.

AD LECTOREM.

Sunt huius libri & sequentis loca quaedam uetustis commentarijs incerti autoris explicata, quae quia in uetusto exemplari capia- tibus bifce ad scripta fuerant, tum propter uetustatem exemplaris quae ex se habet aliquid uenerationis, tum propter eruditionem quoq; ad uerbum, quemadmodum ibi erant scripta huc transtuli, ad scripto titulo ueteris commentarij, ut nostra ab illis essent diuisa. Quod igitur sequitur, respicit figuram modo antegressam. Ad reliquas uerò eiusdem autoris explanationes, caractere maiori, quam in bifce scholijs usi sumus.

UETVS COMMENTARIVS.

Secundum ordinem hic dispositi in figura alphabeti, oriuntur XII signa zodiaci, quorum ab Ariete retrorsum ordinem sequuntur sol & luna: & ob hoc dicuntur υπερνωτισινα, reliqui planetae ante & retro possunt incedere.



QVADRATA FORMVLA.

Horum duodecim signorum ortus qualibet diei uel noctis hora liquidò deprehenditur, si à Calend. Octob. horae dierum ac noctium usq; ad eam quam sibi quis proposuit colligatur. Quae rum summa per uiginti quatuor metiatur, & quod excreuerit, diuidat sicut quadrata infe- rius instruit formula.

Quoniam ab oriente signo quolibet semper septimum occidit, & ab occidente semper septi- mum oritur, utrunq; medium, id est, quartum dicitur esse centrum.

QVIBVS SIGNIS ORIENTIBVS QVAE OCCIDANT.

October.	Si unus aut duo remanserint,	} oritur	Libra.	} occidit	Aries.	
Novemb.	Si 3. aut 4. remanserint,		Scorpius.		Libra. Horis 2. oriente,	Taurus.
Decemb.	Si 5. aut 6. remanserint,		Sagittar.		Scorpius. Horis 2. oriente,	Gemini.
Ianuarius.	Si 7. aut 8. remanserint,		Capricor.		Sagittar. Horis 2. oriente,	Cancer.
Februar.	Si 9. aut 10. remanserint,		Aquarius.		Capric. Horis 2. oriente,	Leo.
Martius.	Si 11. aut 12. remanserint,		Pisces.		Aquar. Horis 2. oriente,	Virgo.
Aprilis.	Si 13. aut 14. remanserint,		Aries.		Pisces. Horis 2. oriente,	Libra.
Maius.	Si 15. aut 16. remanserint,		Taurus.		Aries. Horis 2. oriente,	Scorpius.
Iunius.	Si 17. aut 18. remanserint,		Gemini.		Taurus. Horis 2. oriente,	Sagittar.
Iulius.	Si 19. aut 20. remanserint,		Cancer.		Gemini. Horis 2. oriente,	Capricor.
Augustus.	Si 21. aut 22. remanserint,		Leo.		Cancer. Horis 2. oriente,	Aquarius.
Septemb.	Si 23. aut 24. remanserint,		Virgo.		Leo. Horis 2. oriente,	Pisces.
			Virgo. Horis 2. oriente,			

Sunt autem sui cuiusque planetarum circuli, quos Graeci absidas in stellis uocant, alijque quam mundo, quoniam terra a uerticibus duobus, quos appellauerunt polos, centrum coeli est, necnon & ligniferi obliqui inter eos siti Omnia autem haec constant ratione circini semper indubitata. Ergo ab alto cuiusque centro absides suae exurgunt: ideoque diuersos habent orbis, motusque dissimiles. Quoniam interiores absides necesse est breuiores esse: igitur a terra centro absides altissimae sunt. Saturno in scorpione, Ioui in Virgine, Marti in Leone, Soli in geminis, Veneri in sagittario, Mercurio in Capricorno, medijs omnium partibus: & contrario ad terram centrum humilimae atque proximae, sicut fit ut tardius moueri uideantur, cum altissimo ambitu feruntur: non quia accelerent tardent uel naturales motus, qui certi ac singuli sunt illis, sed quia deductas a summa abside lineas coartari ad centrum necesse est, sicut in rotis radios: idemque motus alias maior, alias minor centri in altitudinem minui, luna maxime sublimitatibus approbatur. De quibus si plenius scire uelis, lege Plinium Secundum, ex quo & ista nos excerptimus.

GLOSSAE IN CAP. XIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Rameliensi.

a Planetae habent suos proprios circulos, praeter quos mundus habet: ideo alios, quia non solum nomine differunt circuli mundi, sicut paralleli & coluri, & signifer, & lacteus, & orizon. isti enim equaliter stant etiam positione. Namque circuli mundi, id est, sphaera coeli, signifer, atque alij aequis spacijs semper uoluntur, ideoque semper est illis terra centrum: hoc est, in medio. Planetae uero non semper rectum ordinem tenent, nec semper eodem modo uoluntur, sed sunt errabunda. Aliquando enim appropinquant terrae, aliquando elongantur a terra, sicut in sequentibus apparebit, atque ideo alij circuli illis sunt quam mundo.

b Circulos mundi ratione circini dicitur constare: quia unusquisque habet suum centrum, & circum suum ita aequalem, quasi circino formatum, uel ratione circini: quamuis in positione dissimiles sint. Hac ratione colligitur circulus mundi, & circulos planetarum similitudinem habere, & dissimilitudinem. Similitudinem habent, quia omnes ratione circini constant: dissimilitudinem autem, quia circuli planetarum non equaliter appropinquant terrae, sicut circuli mundi.

c Absides Graeco uocabulo circuli planetarum ideo uocantur, quia absis Graece, Latine circulus. Unde mansit ut hemidia, quae in quibusdam ecclesijs sunt, ubi continetur altare, absides dicuntur: hinc abusiue nonnulli etiam appellant absidas ecclesiae, totum illud quod iuxta altare est. Hic autem absidas graecus accusatiuus. Quidam tamen dicunt absiden esse latius, & inde uolunt esse dictum parapsiden, a paribus absidis. Sed alij repugnant, dicentes absiden Graecum nomen esse, & tertiae declinationis: ideoque non posse ablatiuum facere absidis. Hi ergo dicunt parapsiden uile uas, quasi parapsiden, ab absonus, quod in eo omnes cibi ministrantur.

d Dum Saturnus fuerit in scorpione, & Iupiter in uirgine, tunc sunt altius a terra: similiter caetera dum in his signis sunt, altius sunt a terra centro. Quanto autem superius leuantur ad coelum, tanto inferius deprimuntur ad terram: hoc est quod dicitur, ad terram centrum humilimae atque proximae.

e Non tamen ita fit, sed uno eodemque motu immutabili citius breuiorem sinum, tardiusque transfusum discurrunt.

f Singuli, id est, indiuisi. Nam in uno uarietas fieri non potest.

g Deductas: id est, procedentes a summa, id est, excellentissima parte circulorum. Absida enim proprie aedificij est latior cochula.

h Quod supra positum est, luna maxime sublimitatibus dicit approbari: quia & in hoc alijs dignoscitur signis, sed non tam perspicue. Extra hoc enim quod luna in superioribus signis ostendit, in suo ipso circulo etiam altiora ascendit. Nam sicut per latitudinem signiferi huc illucque late uagatur: similiter etiam superius ascendendo uagatur, ac propterea minuitur quodammodo motus, cum ita euagando ascendit. Quod ita comprobatur, cum nos computamus lunam aliquando primam, non possumus adhuc eam uidere: quid eam tunc detinet, nisi ipse ascensus, qui fit euagando in ipso suo circulo? Interdum etiam antequam primam computemus, solet uideri. Hoc quippe facit discursus per inferiora sui circuli.

GLOSSAE IN CAP. XIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Sunt autem sui cuiusque planetarum circuli, quos Graeci absidas in stellis uocant. Absides Graeco uocabulo circuli planetarum uocantur. Sed quia luna circulus (nunc enim propinqua caelo, nunc contigua montibus) cum in regione umbræ uenit, eclipsin facit: tum autem in aethera scandit, ultra umbram uadit: ideo defectum non patitur, quia a sole illustratur, sicut in rotis radios idemque motus. De formicis potest similitudo fieri, si in rote radijs canales incidantur, & ipse per eas discurrat. licet eodem motu & eadem uelocitate: non tamen cum una finierit cursum, uel non finierit, reliquae similiter faciunt. Motum autem augeri quamdiu in uicino sunt terrae: quia celerius peragunt cursum suum, quando iuxta terram sunt. Luna scilicet, quae tardior uidetur, ut potius ascendere coeperit. Sublimitatibus: id est, ascensionibus. Maxime: scilicet quamuis & in alijs signis hoc dignoscitur. Extra hoc quod luna in superioribus signis ascendit, in suo ipso circulo etiam altiora ascendit. Sicut per latitudinem signiferi huc illuc late uagatur, similiter etiam superius ascendendo euagatur, ac propterea minuitur quodammodo motus, cum ita euagando ascendit. quod ita comprobatur. Cum nos enim computamus lunam aliquando primam, non possumus eam adhuc uidere: quid eam tunc detinet, nisi ipse ascensus, qui fit euagando in ipso suo circulo? Interdum etiam antequam primam computamus, solet uideri. hoc quippe facit discursus per inferiora sui circuli approbatur, qui tardior uidetur, ut potius ascendere coeperit. Excerptimus:

id est, traximus.

Sunt autem sui cuiusque planetarum circuli, quos Graeci absidas in stellis uocant. Supra iam testatumus unumquemque planetarum suum habere orbem, cui infixus mundi motu ac sui orbis, hoc est proprio, cursus suos definit, ut luna suum habet orbem, cuius initium est in confinio mundi elementaris & aetheris finis, ubi Mercurij sphaera incipit. Aduertendum autem est, praecipue ad intelligendum Plinij librum secundum, illius uniuscuiusque planetae sphaeram diuisam esse in circulos ut minimum tres, quorum supremus exteriore ambitu idem centrum habet cum mundo: interiore uero excentrus est, infimus contra interiorem circulum habet, mundo concentrum superiorem excentrum. Communis horum circulorum est partium inaequalitas, ut ex lato paulatim in angustum desinant inter quas medius orbis secundum circulum exteriorem & interiorem non habet idem centrum quod mundus, omnino enim est excentrus transitu tamen equali. Hic orbis in omnibus planetarum sphaeris astrum medio loco infixum habet, qui dum ipse suo motu circumagitur, euenit ut planeta aliquando a terris sit altior alias autem uicinior. Verbi gratia, luna est singulis mensibus semel in infima parte sui coeli, deinde in media: postremo in summa, quae res etiam uisui manifesta est: alias nunc maior alias minor apparet integra, proinde ut est in altiore aut humiliori loco orbis sui. Dicitur autem absis, supremi superioris circuli curuatura, qua crassities in tenuitatem definit, summa absis, nam semper a terra haec curuatura est altissima, infimi uero circuli angustior pars absis ima: terris enim haec pars semper proxima est. absis significat huiusmodi circuli curuaturam, recentiores enim peregrina uoce augem uocant absidem summam, & augis oppositum imam, quod ut astrologiae imperitiis manifestum fiet, gratam apodixim hic subieci.

Sit cuiuslibet planetae ceu solis, sphaera a b c d e secta in partes tres, quarum suprema g h exteriore ambitu, scilicet a b c d idem centrum habet cum mundo, interior autem g h, aliud centrum a terra remotum, scilicet f. Infima uero pars i interius centrum habet e, quod est mundi centrum, exterius autem centrum f: at medius circulus g, orbitae quidem in circulo equalis, iuxta exteriorem & interiorem circulum centrum habet f. Ex his tribus medius stellam sibi fixam transfuebit iuxta signorum ordinem, qui est ab arietis per signa sequentia. Progreddente itaque hoc circulo ex a uersus b, necesse est stellam huic orbi infixam, scilicet g, dum uicini sit a signo, a terris esse altiore: uicinior autem, dum percurso spacio a b, inde peruenit ad h.


Alijque quam mundo. Ex Pliniana lectione hunc locum restituumus, unde ferè ad uerbum hoc caput desumptum est, sed librariorum incuria in multis locis deprauatum. Sensus autem huius periculi est iste: esse peculiare circulos planetarum, quorum suprema & ima non aequis interuallis distent a terra, & a polis mundi, quorum terra quidem est centrum, sed non horum circulorum excentrorum. Ergo his uerbis continetur definitio circulorum, quos astrologi deferentes uocant, quod ut clarius intelligatur, respice denuo schema superius descriptum, in quo poli quidem sunt, quos Plinius uertices uocat, unus a, alter b, & centrum e terra, quod caeli & signiferi est centrum, id est octauum orbis & omnium inferiorum sphaerarum, circulus uero excentrus g, aliud habet centrum, uidelicet f, & alios polos. Nam poli erunt, extremitates lineae, quae ducta per centrum f, excentrum diuidet in quatuor aequales partes cum linea, a d, quemadmodum linea c b exteriorem ambitum cum linea a d, quoque diuiditur in IIII partes, ueluti suprapositum schema declarat.

Omnia autem haec constant ratione circini semper indubitata. Reiectio disputationis prolixioris, in demonstrationes lineares, neque enim haec uerbis explicari possunt, quae circini delineationibus, quarum ratio certa est & euident, oculis spectanda subiiciuntur: ueluti in geometria principia quae dicuntur lemmata, saepe ante descriptionem ambigua apud huius discipline imperitos, adhibita descriptione per lineas, omnem dubitationem deponunt.


Ergo ab alio cuiusque centro absides suae exurgunt. Planetarum absides neque omnes sunt sub eiusdem partibus signorum, neque sub eisdem perpetuo manent: ut solis, atate Plinij in medijs partibus geminorum, nostra atate in secunda parte cancri, nam ex orbibus illis eccentricis crassities inaequales secundum signorum ordinem suo motu incedunt ex a uersus b usque ad c d: ita fit, ut summa absis, quae est sub tenuitate illa orbis supremi, non sit perpetuo sub eiusdem partibus signiferi, quae res demonstrationibus erit manifesta. Inuenimus enim in hunc locum, ueterem commentarium cum multis descriptionibus, qui sane uetus cuiusdam uisus esse scriptoris, nescio etiam num alicuius graeci, etenim Graecis elementis res agitur: nos, ne exemplari & uetustati fieret fraus, ad litteram ut inuenimus, subieciimus.

VETERIS COMMENTARII, DE QVO SUPRA mentio est habita, explicationes doctissimae.

Septem sphaerae, in quibus septem discurrunt planetae aplanii, id est caelo, sunt subiectae, exteriore quoque, quas interius continet ambiente: longeque & a caelo omnes, & a se singulae recesserunt. Constat ergo unaquaeque de uagis g, licet in sideribus signorum zodiaci, mixta ferri uideatur, nunquam tamen ut alicui haeres miscetur sed in illo signo dicitur, quod super uerticem uagae habetur.




QVOD SOLARIS CIRCVLI SIT ECCEN- TRON TERRA.



Alij sphaeris eccentricis, id est, quæ terram intra se contineant quidem, sed non ut punctum suum uehi planetas asserunt. Alij epicyclus potius, hoc est à terra separatis, nec imminentibus ei globis. Sit igitur solstitialis eccentricus circulus  $\Theta X H K$ , & habeat punctum sub  $E, Z$  ambitum immediatè sci licet, ubi est  $M$ , hoc igitur circulo in  $CCCLXV$ . partes, & parte quarta unius portionis diuiso: ad earundem partium exæquationem,  $E Z$  quidem ambitus  $\times CIIII$ . portionibus continebitur  $Z H \times CII$ .  $H K L \times XX$ . &  $IIII$ . & horis  $III$ .  $K E \times C$ . partibus, & horis  $III$ . Necessè est itaq; ut cum sol accedit ad  $E$ , nobis ex  $\Theta$ , id est terra, quasi ex puncto intuentibus, super  $A$ , tunc ferri

uideatur, cum illa regio non solstitialis circuli, sed zodiaci sit multo altioris summitas, ad quam uisus noster non potest peruenire. Atq; ita per  $E Z$ , ambitum means æquabiliter, qui ambitus tribus circulis maior est, pluribus, ut necesse est diebus, maiorem ambitum conficiens, ubi ad  $Z$  peruenit, ad  $B$  peruenisse uidebitur. Rursus  $Z H$  peragrato ambitu  $AB$ , ad  $\Gamma$  peruenisse creditur. Eodem modo dum transit ab  $H$  in  $K$ , uidetur transire à  $\Gamma$  in  $A$ . Similiter dum  $K$  &  $E$  ambitum peragit à  $\Delta$  in  $A$  transit, alienam scilicet zodiaci circuli summitatè. Quod si solstitialis eccentrici & zodiaci circuli, duo puncta iungantur, id est  $M \Theta$ , deinde per hæc exeat  $N X$  linea, quia  $E Z H K$ , medietas est  $M$ , æquales erunt lineæ  $N M X$ . Maior igitur est  $N M$  linea, quam  $H \Theta$ : multo ergo maior  $N \Theta$ , quam  $\Theta X$ . Cum ergo sol per  $N$  feretur,  $A \Theta$ , id est terra è longinquo minor & tardior nobis uidebitur: cum uerò per  $X$ , proximus terra, maior putabitur & uelocior, quoniam illic in quinta & semis parte geminorum, hic in quinta semis parte sagittarij creditur.

DE SOLIS EPICYCLO.




Si, ut quidam putant, per epicyclos globos sol fertur, nihilominus, moderatis eum gressibus, temperatisq; conficere annuos cursus, exposita epicyclorū forma docebimus. Epicyclus enim dicitur globus, qui per aliquem circulum fertur. Sit igitur zodiacus circulus, quem limitant  $AB \Gamma \Delta$ , solstitialis, excludens zodiaci circuli punctum  $E Z H K$ , qui epicyclus intelligatur, habens proprium punctum  $M$ , & puncto quidem  $\Theta$ : interuallo autem  $M$ , describatur circulus  $M O N X$ . Epicyclus ergo rapiatur cum mundo ab oriente in occidentem raptatu quotidiana no:feratur tamen naturaliter contra mundi cursum, et sol in eodem epicyclo constitutus, iuxta totius mundi conuersionem moueatur. Qua propter sol suo epicyclo contrarium motum agens per descriptum  $M O N X$  circulum, anni spacio utiq; suum conficit cursum. Nam cum epicyclus ab  $M$  peruenit ad  $O$  literam, quartam mundi partè, obibit, & tunc sol ab  $E$  ad  $K$  pergit. Erit ergo sol ubi & litera  $O$ : nobis tamen à terra, id est  $\Theta$  spectantibus, directa uisus acie, uidetur esse apud notā  $B$ . Sicq; fit, ut cū rursus epicyclus pergit à litera  $O$  ad  $N$ , pergat sol à  $K$  ad  $H$ , licet uideatur esse ubi est  $\Gamma$ . Rursus idè epicyclus transit ab  $N$  in  $X$ , & sol ab  $H$  in  $Z$ , cum nobis uideatur esse in  $\Delta$ . Residuum demū quadrantem idem epicyclus obeat à  $X$  in  $M$ , & sol à  $Z$  representatus in  $E$ : post annum loco suo uidebitur esse ubi est  $A$ , & putabitur zodiaci circuli transcurrisse semitam. Qua ratione palā fit etiam secundum epicycli motum, ea quæ uidentur nobis aliter q; reapse fiunt, uideri. Tardior enim & minor uisu uidetur sol, cum uelut in geminis erit, maximus uerò & incitantissimus,

Quia luna utpote minor, illi obiecta, si huic climati lucem eius subtrahit, alteri nequit, sicut manifestat pictura.


tissimus, cum uelut in sagittario. Est in solis circuitu maximum interuallum à  $\Theta$  ad  $E$ , id est à terra ad summum limitem solstitialis epicycli, minimum uerò ad eiusdem infimum limitem. Sequitur, ut quoniam planeta modo stant, modo progrediuntur, modo retrogradiantur per certa zodiaci signa quæ causa sit, inuestigari.

Sit zodiacus circulus  $AB \Gamma \Delta$ , cuius punctus est  $\Theta$ : DE EPICYCLO PLANETARVM epicyclus autè erraticæ cuiuslibet stellæ  $E Z H$ , cuius punctus sit  $M$ . litera, per quam uelut axem proprium feratur, idem epicyclus cum stella in semet locata ab oriente in occidentem. Agantur etiam è regione  $\Theta$  obliquæ duæ lineæ stringentes utrinq; extremos ambitus epicycli  $\Theta Z B$ , & rursus  $\Theta H A$ , per quæ  $M$  epicycli punctum, ducatur in altum linea  $\Theta M A$ . Ergo stella cum erit in  $Z$ , putabitur esse in  $B$ : & cum fuerit in  $H$ , estimabitur esse in  $\Delta$ : & cum de  $Z$  progreditur ad  $E$ , putatur de  $B$  progressa esse ad  $A$ , ad præcedentia scilicet signa. Cumq; enim multum spacij  $A Z$ , recedet tanquam in  $B$ , diu in eodem loco morari putatur. Sed mathematici mundum & stellas omnes uniformiter secundum naturam suam putant circumferri. Ergo stella cum erit in  $H$ , uidebitur esse penes  $\Delta$ , & cum  $H E$  lustrauerit ambitum  $\Delta A$ , zodiaci orbis ambitum obisse credetur iuxta signorum sequentium ordinem. Sic stationum, præcessionum, & regradationum uisa patefiunt. His patefactis ad cœtus, id est concursiones errantium ueniamus.



DE ECLYPSI SOLIS FIGVRA VTILIS


Sphæra quæ aplanes dicitur subter se septem habet sphaeras planetarum. Cumq; aliquis eorum nobis uiciniorum, obiectus fuerit uisui nostro, qui naturaliter in directum porrigitur, ne uideatur superiorum, fit ipsius superioris repentina obscuratio, & post repentina effulsio. Denique nec luna, nec ulla alia stella inferiori opposita, ad illam superiorem uidendam uisui nostro est peruia. Nec mirum cum quidam planetarum non solum oppositione, sed etiā uicinitate quosdam obnubilent. Nam luna quæ omnibus est inferior, non stella, sed terrena umbra diametro à sole distans, obscuratur: ita tamen utrosq; orbes epipedos, id est planos aduersum se, tam solis, quàm lunæ constituas, & ita directa positione, ut per centrum utriusque lineæ (quæ diametros dicitur) transeat, nunc solem oculis nostris, licet minor sit, luna subtrahit, nunc lux lunæ obiectu terræ deficit, quæ si etiam dimidio momento declinet, sed à diametro in aquilonem uel austrum nunquam patitur defectum. Cur uerò non fiat per totum orbem eclipsis solis uno diei momento, hinc sumitur ratio.




Quia luna utpote minor, illi obiecta, si huic climati lucem eius subtrahit, alteri nequit, sicut manifestat pictura.

Luna


DE ECLYPSI LVNE



DE ECLYPSI OMIVM PLANETARVM




Sin quod illuminat minus, ut  $H\Theta$ , quod illuminatur maius, ut  $KA$ , articuli  $\Gamma\Delta$ , diametro: manifestum est umbræ orbis  $KA$ , quæ est  $KM$  &  $AN$ , in formam quidē effigiarum calathi, cuius species crescet in immensum. Nam cum sit maior  $KA$ , diametrus  $H\Theta$  diametro, profecto tamen  $HKM$ , radius  $\Theta AN$ , in immensum porrecta, latiorē quo plus crescit, effigiat opacitatē.



$X\Pi$ , &  $O P$  in altum, & contingentibus se inuicem apud notam  $C$ . Quod fit ex eo quia  $\Pi P$ , diametros minor est diametro  $XO$ , propter eaq; umbræ species conoides erit. Quia igitur Hipparchus docet magnitudinem solis in  $DCCLXXX$  partibus, potiore esse quàm terram: terram demum  $XXVII$  potiore esse quàm lunam, multoq; solem altiore quàm luna sit: apparet umbram terræ coni similem effici. Quippe radijs solis  $X\Pi$ , & nunc  $O P$  angustant se iuxta diametrū terræ,  $\Pi P$ , & dextra læuaq; omnia illuminant. Terra uerò obiecta lumini solis circumfluente


Luna ut quibusdam placet, minor est quàm terra, ut quibusdam maior, ut quibusdam æqualis. Sed cum ignis lucem præbens, æqualis erit corpori, ex quo emicant umbræ, ipsæ umbræ nascentur in modum cylindri: utpote sit lucem afferens  $AB$ : quod uero illuminatur  $\Gamma\Delta$ . Hæc quoque æqualia sint & globosa utraque, perspicuum est radios unum  $A\Gamma$ , alterum  $B\Delta$  indirectum, exaltatos iuxta se esse positos æquali distantia merito, quia circuli  $AB$ , diametro uisus æqualis est. Idem radij crescant in altum, erit  $A\Gamma E$ , radius radio  $B\Delta Z$ , distans æquali rigore, hoc est, sine inclinatione, & quantumcunq; crescant, nunquam eorū cacumina contingent,  $E$  scilicet ac  $Z$ .

DE LVNA SOLE ET TERRA




Sed oportet semper maiorem esse illustrantem globum his quæ illuminantur. Si itaq; lucem aduehens præstabit magnitudine, ut  $XO$ , & sit minus quod illustratur, ut  $\Pi P$ , utraq; autem globosa in modum coni desinens, nascitur umbra in acumen radijsq; porrectis

cumfluente se lumine, umbram efficit à diametri sui latitudine in angustiam pronectam, & usque ad finem ultimum angustiarum attenuatam. Quam cum inciderit nocturna luna diametro à sole distans, in tenebras conditur: porro cum non per centrum solis & lunæ transit diametra linea, nullam patitur obscurationē euadens terrenam umbram. Est autem centrum punctus medius circuli æqualiter undiq; differens, circumductæ lineæ spacijs. Cumq; in eodem circulo ab una in alteram partem plures lineæ in transversum possint duci: nulla unquam dicitur diameter, nisi illa sola quæ circulum æqualiter diuidens recta, per medium centrum transit.




Essentiæ geminæ partes sunt, quæ Plato uocat seriem. Hanc enim non materiam neque corpus secuit, inquit, Deus, ut si quis  $AB$  rectam lineam in longo findat, & de segmentibus duobus chi faciat  $\Gamma\Delta EZ$ .

DE VNA ESSENTIA INNECTVNCVR SIBIDVO CIRCVLI



Idipsum incuruet demum, & duos innexos sibi inuicem circulos faciat  $H\Theta K A$  &  $H M K N$ . Hosq; ipsos exteriore alio circulo, cuius motus conuersio quidem semper & uniformis sit, circumliget, ut est aplani, qui à dextra mundi parte oriente, uidelicet semper eodem modo agitur.


DE SOLE ET VENERE



Ad Solis & Veneris demonstratio nem, erit una linea directa ex terræ medietate, solem demonstrans à litera  $X$ : duæ uerò alæ dextera læuaq; nihilominus directæ lineæ: à sole quidem distantes  $L$ , momentis, a se autem inuicem  $C$ : dextera quidem à parte orientis per  $X$  &  $A$ , læua uerò ab occidente per  $X$  &  $\Gamma$ : zodiacus quoq; circulus sit  $AB\Gamma$ , quæ singulæ distant à se momentis  $L$ . & cum sol sit in  $B$ , & per  $X B$  lineam, sit punctus solis in litera  $K$ , hæc, id est  $X\Gamma$ , linea prius occidit & prius oritur quàm sol: illa uerò alia  $X A$ , posterius occidit & posterius oritur. Neesse est igitur, ut litera  $A$  demonstret besperum post solis occasum,  $\Gamma$  uerò luciferum ante solis ortum.


At uerò

ITĒ DE SOLE ET VENERE



At uerò Plato & alij, aliquanto quàm solis est, elatiorem Luciferi globum astruunt, qui limitatur *A E Z H* contingens, *A* quidem lineam per *E* literam, *K Γ* uerò per *H*. Cum ergo fuerit in *E*, Lucifer uidebitur esse in *A*: & cum in *H*, putabitur esse in *E*: cum uero penes  $\Delta$ , dubium non est, proximum soli uideri excelsiorem, & cum in *Z*, proximum terræ humiliorem. Iam illud obseruandum, quod siue ad orientem, siue ad occidentem Lucifer secesserit diebus ferè **DLXXIIII**, ad id in quo fuerat remeare pridem, & *H Δ E* quidem peragrat diebus **CCCCXLV**. ut maiorem ambitum, minorem uero depresso remq; reliquis diebus **CCXXIII**.


DE HELIACIS GYRIS



Cum fixo cardine circini casu uel etiam uoluntate nostra oppresso aut relaxato circino, describuntur circuli tales, ut postremitas circumductæ lineæ non solum perueniat ad exordium, sed deflectens à competenti rigore, infra uel supra circumducta lineâ sapius arctiores laxiores ue circulos faciat, hoc genus circulorum spiram, uel acanthum, uel uolumē uocamus. Igitur quia planetas sic aplanes rapit quotidiana uertigine, ut non patiat eor in eundem locum, & uelut sedem, ex qua progressi fuerant, representari: recte dicuntur in spiram & uelut sinuosum acanthi uolumen rotari, ob inconstantem atq; inæquabilem circumuectionem, ut si stella quælibet errans sit in signo Arietis, quæ ad præcedentia signa Pisces & Aquarium prouehatur. Contra si remissior erit raptatio ab Ariete ad sequentia signa Taurum, Geminos & Cancrum recedet, gyrus deflectentibus ab exordio & conuenienti rigore.

HIC EST ZODIACVS, QVEM PLANETAE NVNQVAM nisi præfixo modo percurrunt, huius **CCCLXV**. passus sunt longitudo, & **XI** latitudinis, sicut & in inferiori rota conspicias.

REGVLARE AD INVENIENDV QVO SIGNO PLANETE SVNT




SCORP. MARS. VI  
SAGIT. IVPPI. XVIII  
CAPCOR. SATVNS. XXX  
LIBRA. VENVS. XXIII  
VIRGO. MERCVR. XII


Quos quidem gyros Græci heliacos appellant, à sole, cuius potentia cedunt planetæ. Superfunt

per sunt duæ rotæ, quarum altera ostendit planetarum iniquos gyros post absides: altera, quæ partes teneant zodiaci uagantes.

DE ABSYDIBVS PLANETARVM



DE DISEVRSV PLANETARVM P ZODIACVM



QVARE MVTENT COLORES. CAP. XV.

Svus quidem cuiq; color est: Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero gaudens. Vespero splendens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli cum oritur ardens: postea dies. Sed colores ratio altitudinum temperat, siquidem earum similitudinem trahunt, in quarum aera Bedæ tom., e ra Ve,

ra Venere subeundo; tingitq; appropinquantes utrolibet alieni circuli meatus. Circulus frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, uentosus in horrorem, Sol atq; commissuræ absidum, extrémaq; orbitæ atram in obscuritatem.

GLOSSAE IN CAPVT XV. BEDAE PRESBYTERI, De rerum natura: auctore Bridefero Ramesiensi.

- a Mercurij stella flammivoma est, sicut dicit, quia eam pauci uiderunt.  
 b Ut si Iouis stella uenerit in aere Saturni, dubium est utrum Iouis an Saturni sit, sic & in reliquis planetis fit. Cum enim ascendunt ad superiores circulos, mutant colores: quia cum altiora sui circuli petunt, inferiores partes petunt signi superioris. Hoc ipsum autem & de eorum descensu sentiendum est.  
 c Solem dicit facere atram obscuritatem, quia claritate illius reliquæ planetæ lumine priuantur. Commissuras quoq; absidum, quas Ioue planeta concurrunt, ubi circuli eorum cõueniunt, una ex illis obscuratur, & quasi una stella esse uidetur. Extremi etiã orbitates, id est, superiores & nouissimas partes circulorũ: quia quo altiores sunt, plus obscuratur. Itaq; hæc tria faciunt atrã obscuritatẽ.

SCHOLIA IN CAPVT XV. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

- Lucifero gaudens.] Apud Plinium legitur candens, quomodo & hic legendum opinor.  
 Vespero splendens.] Apud Plinium est, uesperire res fulgens.  
 Postea resurgens.] Sic quidem cum aliquo sensu legitur, apud Plinium autem: Postea radians.  
 In quarum aerea Venere.] Pro aerea suspicor legendum aera, nam caelo cuiuslibet planetæ accipitur, ut Iouis aera, & Saturni aera.  
 Sol atq; commissuræ absidum.] Commissuræ sunt: ut in cõuentione circuli, id est, caput & caudã draconis, in quibus fiunt lunæ ac solis eclipses.

DE ZODIACO CIRCVLO. CAPVT XVI.

Zodiacus uel signifer, est circulus obliquus, XII. signis constans, per quem errantes stellæ feruntur: nec aliud habitat in terris, quàm quod illi subiacet, reliqua polis squalent. Venere tantum stella excedit eum binis partibus. Luna quoq; per totam latitudinem eius uagatur, sed omnino non excedens eum. Ab his Mercurij stella laxissimè, ut tamen è (duodenis partibus) tot sunt enim latitudinis non amplius octonas pereret: neque has æqualiter, sed duas medio eius, ut supra quatuor, & infra duas: sol deinde medio eius fertur inter duas partes flexuoso draconum meatu inæqualis. Martis stella quatuor medijs, Iouis mediã, & supra eam duabus: Saturni, duabus ut sol.

GLOSSAE IN CAPVT XVI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

- a Zodiacus Græcè signifer latine. Zoa enim animalia dicuntur, quod uitalem habeant animam, quæ zõn Græco nomine uocatur. Vel zodiacus dicitur à signis, eo q; signa animalium in eo esse uideatur, quæ zodia dicitur, dicitur uerò ita secundum Macrobiũ.  
 b Habitatio hominum tantum sub zodiaco est: quia non habitat aliquid in mundo, nisi subter illo. Vnde Lucanus Aethiopiam dicit inhabitabilem esse, nisi ex porrecto pede tauri tangeretur. Zodiacus autem contingit tres zonas, solstitialem uidelicet, æquinoctialem & brumalem: quarum duæ, id est solstitialis & brumalis temperatione solis, qui per zodiacum currit, inhabitantur.  
 c Duæ zone à polo uidelicet septentrionali, usq; ad zodiacum, & à polo australi usq; ad zodiacum propter frigus inhabitabiles sunt, & ideo squalent.  
 d Veneris stella zodiacum binis partibus sic excedere, ut aut per duas partes contra aquilonarem partem eum excedere perhibetur, & per duas contra australem, aut per unam contra aquilonem, & per unam contra australem.  
 e Præter Venerem & lunam nulla alia planetarum tantum spacijs occupat in zodiaco, quantum Mercurius. Solus enim ipse alijs infra numerum octo partium in zodiaco pererrantibus, per octo partes illius uagatur. Notandum autem, quod illam superiorem dicit, à qua luna cursus inchoans, latitudinem zodiaci errando percurrit: inferiorem uerò illam, ubi Venus cursum suum aggregat, tam superius quàm inferius binis eum partibus excedit.

DE DVODECIM SIGNIS. CAP. XVII.

Signa XII. uel à causis annalibus, uel à Gentilium fabulis nomina sumpserunt. Nam Arietẽ Martio mensi propter Hammonem Iouem tribuunt: unde & in eius simulachro Arietis cornua fingunt. Taurum Aprili, propter eundem Iouem, quod in bouem sit fabulose conuersus. Castorem & Pollucem Maio, propter insignẽ uirtutis. Porro Cancrum Iunio, quando sol ad inferiora redit: quia cancer impulsus, retro cursum dirigere solet. Leonem quem occidit Hercules, Iulio, propter uim feruoris adlignant. Virginem Augusto, quod tunc exhausta caloribus tellus nihil pariat. Libram Septembri, ob æquitatem diei & noctis. Scorpionem & sagittarium equinis

equinis cruribus deformatum, propter fulmina mensium ipsorum, October & Nouember accipiunt. Capricornum Decembri, propter capram Iouis nutricem, cuius extrema pisces similia pinguntur, quod huius mensis ultima pluuitia sint. Aquarium Ianuario: Februario pisces ob menses imbriferos tradunt. Singulis autem signis XXX. partes. Terræ uerò decades putantur, eo quod sol XXX. diebus & decem semis horis illa percurrat, à medio mensis, id est, xv. Calendarum die semper incipiens.

GLOSSAE IN CAP. XVII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

- a Signa uocantur, uel ex annalibus rebus, quæ singulis annis naturaliter eueniunt: uel ex fabulis, quas gentiles monumentis scripturæ tradiderunt, aut ex utrisq; Nam aries, taurus, gemini, ex fabula tantum: cancer & uirgo, ex utrisq; pisces & scorpium, ex natura, cætera ex utrisque.  
 b Fabula talis est. Liber pater cum reuerteretur de Indico bello, cepit populus sti periclitari. Qui cum inuocasset Iouem, statim apparuit eis aries, stans in harena: quem persequentes, subito non comparuit, & in ipso loco, in quo apparerat, fontem repperunt: per quod intellexerunt eum Iouem fuisse, & Iouem Hammonem appellauerunt, quasi arenarium, eo quod in arena apparuerit. Hammonia namq; Græcè, latine arena. Propter hoc etiam eius simulachrum cornibus arietinis depingitur, uel ideo, quia responsa illius incerta & obscurissima sunt. Alij Martio mensi arietem illum tribuunt, unde Phryx mare transiit.  
 c Taurus ideo Aprili tribuitur, quia Iupiter aliquando in tauri conuersus est: scilicet propter quandam puellam nomine Europam, pro cuius amore in bouem conuersus mare tranauit, eamq; super dorsum suum secum attulit: uel propter illum taurum Agenoris, ad quem interficiendum missus est Hercules ab Aristæo rege.  
 d Castor & Pollux Græcè Dioscori uocantur. Erant autem, ut fertur, amantissimi inter se fratres, in tantum ut neq; de prima eipatu contenderent, neq; ullam rem sine communi consilio facerent. Ex Leda enim filia Thefei nati fuerant, fratres Helenæ, quam Paris rapuit, qui & Alexander dicitur, qui propter suam fortitudinem Maio deputantur, quando iam semina confortata erumpunt in folia: uel propterea quod illo tempore bella fiant, eo quod alter eorum fratris mortem sua redemerit.  
 e Cancer animal est sex pedum tangenti se, ex utraq; parte incedens. Congruit Iunio, quod superiori cursu exacto inferiorem petat. Plinius dicit in Naturali historia, circa solstitium æstiuum, id est sole illam partem signiferi transcurrente, cancrum in scorpione transire, & undas deserere, & terram petere. Hinc probabile uidetur, ut illud signum, in quo sol moratur, quando cancer in scorpionem uertitur, merito cancri nomine appelletur. Sicut enim cancer aliqua causa impulsus retrograditur: sic sol cum superiora signiferi, id est, octauam partem, uel ut alij, quartam partem conscenderit, mox quasi quodam modo repulsus ad austerima redire uidetur.  
 f Leo feruidum est animal, & Iulio mense feruida estas, & tunc terra acris exstecari dignoscitur.  
 g Quia sicut libra pondera æquantur, ita mensis istius tempore æquales sunt noctes & dies.  
 h Scorpio à posteriori parte percutit. Sagittarius etiam cum spiculo depingitur, & istis mensibus in Hispania & Italia fulmina cadunt. Sagittarius autem Chyron, filius Saturni & Phileræ ipse est Centaurus. Coeunte namq; Saturno cum Phileræ ad aduentum Opis uxoris suæ conuertit se in equum: & inde natus est Centaurus, semihomo & semiequus.  
 i Capricorni prima pars in commemoratione Olenæ nutricis Iouis, in similitudine capræ depingitur: ultima autem pars in similitudine piscis, propter pluuialem qualitatem ipsius mensis. Sed & initium eius in glaciem uelut cornu duratur.  
 k Triginta enim lineæ sunt in unoquoq; signo de duodecim signis. Multiplicata triginta duodecies, fiunt CCCLX. dies: item multiplicata decem horas duodecies, fiunt CXX. horæ. Partire per XXXIII. inde ueniunt quinque dies. Iterum multiplicata semel uel dimidium horæ duodecies, fiunt sex horæ, quæ perficiunt quartam partem diei, unde fit bissextus in quarto anno.  
 l Pars est quotidianus, progressus per XXXIII. horas. Vna pars in caelo, sunt stadia XL. minor: maior uerò septingenta.  
 m Quod dicit triginta, non est hoc uerum, sed uerisimile: nam in singulis signis uarijs & diuersis spacijs moratur. Nam in geminis triginta spaciatur diebus: & e contrario XXXI. diebus sagittarium transit, similiter & in cæteris signis uariè cursum suum peragit. Hinc est quod in nullo signo tali spacio, id est triginta dierum, & decem semis horarum moras facit: propterea uerò uerisimile est, quomodo si quis totius anni circulum uel cumulum: id est, trecentos sexaginta quinque dies, & sex horas in duodecim æquat partes secundum numerum signorum partitus fuerit, duodecimam partem inueniet, in triginta diebus & decem horis, & dimidia parte unius horæ.  
 n Sed mense Ian. XV. Cal. Febr. incipit currere & introire per eorum signa. Vnumquodq; enim signum medietatem unius mensis, & alterius similiter medietatem mensis occupat, à medio semper mense incipiens.

DE LACTEO CIRCVLO. CAP. XVIII.

Lacteus circulus est figura candidior per medium caeli uerticem, quem uulgo dicunt ex splendore solis in eo currentis ita fulgere: sed frustra, cum ab illo nunquam, nisi in parte sagittarii & geminorum tangatur, in quibus candidum circulum signifer cingit.

GLOSSAE IN CAP. XVIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

- a Lacteus circulus Græcè galactites. Huius amplitudinem tantam dicunt, quantam zodiaci. Hercules cum fuisset appositus dormienti Iunoni ad simendum lac diuinum: illa excitata intellexit non esse filium suum, & subtraxit se. Qua occasione gutta lactis diffusa per caelum, lacteum circulum creauerunt. Macrobius ita: Lacteus circulus zodiacum obliquo circumflexionis ambiendo circumplectitur, ut eum qua duo signa tropica capricornus & cancer feruntur, interfecet. Sciendum tamen quia nō in cancro & scorpione zodiaci  
 Bedæ tom. 4. c 2

plione zodiacum interfecat, sed in geminis & sagittario tantum tangit. Item Macrobius Theodosius in libris de Somno Scipionis dicit, Lacteum circum lucere ultra ceteras partes caelestes, propter radios solares, primo quasi ad suam sedem naturalem ad signiferum uenientes, & inde repercuti, repercussiq; ad lacteum circum peruenientes illum splendescere, atq; prae ceteris illum fulgere confirmat. Verbi gratia: Sicut radius solis superueniens ad superficiem aquae in aliquo uase positae repercussus, ad aliquam partem ibi plenius atq; splendidius fulget, quam in ipsa aqua, ad quam primo perueniat: sic generaliter solares radij illuminant lacteum circum, ad quem de signifero repercussus perueniunt, quam ipsum signiferum, ad quem primo de corpore solis egredientes uenire contendunt. Hinc est quod idem lacteus circum a philosophis signiferi resulsio uocatur.

b Et in hoc falsitas quorundam deprehenditur, qui dicunt in capricorno & cancro lacteum circum interfecare zodiacum, sicut paulo superius ostensum est.

SCHOLIA IN CAP. XVIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

**Lacteus circum est figura.]** Descriptio circuli, quem Graeci Galaxiam uocant à candore lacteo. Aristoteles primigenia dictione uocat γάλα, circum est uulgo etiam notus, solus namq; ex his quae sunt in sphaera, sensu deprehenditur. Apud poetas uia est, per quam dij caelum sursum ac deorsum scandunt. Recensentur apud Aristotelem multae opiniones de huius circuli essentia, de quibus definire aliquid non est huius loci tantum subiciam per quae sidera ducatur, est enim hoc operae precium scire, nec iniucundum, ducitur igitur in sphaera à septentrione meridiem uersus per medium signiferum, principium ducens ab septentrionibus, in quo reuertitur per signa & signorum partes, quae sequuntur per mediam Cassiopeiam, per dextra Persei, per sinistra Erichthonij, & utrunq; eius pedes: deinde per cornua tauri, per omnes pedes geminorum, per dextram Orionis, per occiput Canis: deinde per mediam nauim Argo, per imos pedes centauri, per aram, per Scorpionis caudam atq; arcum Sagittarij, per aquilam & telum; hinc per cygnum & Cyphei caput usq; ad Cassiopeiam, unde sumus egressi.

DE CURSV ET MAGNITVDINE SOLIS. CAP. XIX.

**Solis ignem dicunt aqua nutrir, multoq; hunc luna ampliozem: lunam uero terra esse maiorem, unde & cunctis unius magnitudinis apparet.** Quod enim nobis quasi cubitalis uideatur, nimia celsitudinis distantia facit: alioqui maior oriens Indis, & maior Britannis apparet occidens: qui dum natura sit igneus, motu quoq; nimio calorem adauget. Hic cursu uariante dies & menses, tempora diuidit & annos, aeris temperiem accedendo uel recedendo pro temporum ratione dispensat: ne si semper in iisdem moraretur locis, alia calor, alia frigus absumeret.

GLOSSAE IN CAP. XIX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

a Dicunt poetae solem diurno cursu fatigatum, in Oceano mare mergi, ibiq; tota nocte morari, donec mane quasi reparatus & rescius clarior appareat. Post pluuia etiam splendidius lumen emittere uidetur.

b Propterea infinitus oceanus sub æquinoctiali circulo est positus naturaliter, ut solem semper in æquinoctiali circulo, aut proxime hinc inde currentem, aquarum copia nutrireret & pasceret, nimiumq; feruorem compesceret gelida aquarum natura.

c Corpus solis triplo quantitatem lunae superare dicunt, lunam uero maiorem terra: unde à quibusdam queritur, quare terra obscurare dicatur lunam, si triplo maior est, cum umbram ipsius incidit, uel etiam ad deuexiores partes illius descendit. Quod illa ratione contingit, quia affirmatur umbram triplo maiorem esse suo corpore.

d Dicunt etiam solem per se moueri, non cum mundo uergi. Si enim sol in caelo fixus maneret sicut stellae, omnes dies & noctes æquales essent.

e Cum enim sol ad cancrum ab æquinoctiali parte conscendit, estatem praestat hominibus, qui sunt inter solstitialem & septentrionalem plagam: cum autem ab eodem cancro in æquinoctialem libram descendit, autumnum facit. Cum uero ad brumalem lineam recedit, hyems habetur, propterea quia calore demoto torpor inuadit. Rursus cum à capricorno hyemali in æquinoctialem arietem surgit, uernum tempus aridet, apparens hinc denuò in cancro estas torrida renouatur.

f Verbi gratia: Si semper esset sol in austro, terra eius calore exurteretur, & Scythia frigore sathiseret. Propterea enim Deus soli diuersos cursus instituit, et loca et tempora, ne dum semper in iisdem moraretur locis, quotidiano uapore citius consumeretur.

DE NATURA ET SITV LUNAE. CAP. XX.

**Lunam non minui, nec crescere dicunt, sed à sole illustratam, à parte qua habet ad eum, paulatim uel ab eo recedendo, uel ei appropinquando, nobis candidam partem reuoluere, uel atram.** Et die quidem crescente, supinam cerni nouam lunam, ut puta superiorem soli, & ad aquilonia subeunt em: decrescendo uero, erectam & defectam in austrum, plenam autem soli semper aduersam. Sublimem humili soli, humilemq; sublimi, quam lucere, dodrantis semuncias horarum, a fecunda ad iacentem usq; ad plenum orbem, detrahentemq; in diminutionem, intra tredecim autem partes solis semper occultam esse. Nouissimam uero, primamq; lunam, eadem die uel nocte nullo alio in signo arietem conspicit. Si in accensione erecta fuerit, in matutino exortu supina apparebit. Itē, si in ascensione supina in modum nauis fuerit uisa, in matutino ortu erecta cerneretur. Habet ergo tres status: id est, supina, erecta, prona, aliquando uidetur.

GLOSSAE

GLOSSAE IN CAP. XX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

a Luna, Martiano attestante, non per se ipsam, sed à sole illuminatur: sicut speculum nihil splendoris neq; imaginis à seipso habet, accipit tamen lumen & imaginem per res sibi extrinsecus oppositas. Quando autem luna à sole recedit, illustratur paulatim ab eo, & tunc dicitur crescere: quando uero ei appropinquat post xv. lunam, obscuratur paulatim, donec tota obnubiletur uicinitate solis: & tunc dicitur minui, cum tamen in suo corpore nunquam minuatur, nunquam crescat.

b Queritur, cur crescente die luna noua supina uideatur, decrescendo autem die non prona, sed erecta: cum debuerat, ut sicut supina in lucis incremento, sic prona in detrimento apparere. Ita tamen soluitur. Crescendo die naturaliter, luna superior est sole, & propterea ipse sol superiorem lunam supra se positam illuminat, & supinam efficit. Dum autem dies decrescit naturali positione, eiusdem altitudinis sol & noua luna esse deprehenduntur: ac per hoc non infra se positam lunam accendit, sed ex latere suo positam & propterea eam facit erectam.

c Quando sol australes circulos, qui sunt inferiores, circuit tempore hyemali, tunc luna septentrionales circulos, qui altiores sunt peragit, & tunc altior est sole, ideo supinatur, cornua sursum habens in modum nauis: quia uidelicet ab inferiori sui parte, qua solem respicit, accenditur. Rursus migrante sole septentrionales circulos, luna petit australes. Et quia inferior tunc sole est, à superiori sui parte qua solem respicit, illuminatur, obuersa habens terrae cornua, & ad aquilonares circulos. Verbi gratia, XII. Cal. April. adhuc dies crescunt. Si fuerit luna in arietem accensa, statim in taurum citò transiens erit, quasi sol superior, quantum ad signiferum. Dodrans uocatur illud, quod remanet de quacunq; re, dempto quadrante & quarta parte. Hora autem constat duodecim uncias, & continet in se quadraginta momenta. De illis quadraginta momentis accipe triginta, quia dodrans est, & dimitte decem, quia quadrans est: iterum diuide illa quadraginta momenta per duodecim, ut inde inuenias prescriptas semuncias. Dodrantem enim intercellaxisti de prima diuisione quaternas: quadraginta momenta per duodecim ter diuisa, fiunt triginta sex, & remanent quatuor. Ex illis triginta sex, tria momenta accipe: quia duodecima illorum pars est, & de quatuor quae remanserunt, recipe tertiam partem unius momenti. Si enim deduxeris ad duodecim unum, partem illorum quadraginta momentorum tria momenta sunt. Unde & tertia pars unius momenti, quod est una uncia, quia pars duodecima illius numeri quadragenarij est. Iterum diuide illam unciam per medium, quod fit unum momentum, & dimidium & sextans, id est, sexta pars unius momenti. Haec est semuncia, de qua dixit dodrantis semuncias augeat luna quotidie uel minuit. Hoc spaciū quod à plenilunio iuxta naturalem lunae cursum ad liquidum & ad purū expressum est, propter facilitatem calculandi, Beda in suo argumento quatuor punctorum nomen & mensuram appellare curauit. Si quis uero uult dignoscere, quanta differentia sit inter dodrantes & semuncias, & spaciū quatuor punctorum: sciat talem esse differentiam, qualem inter triginta duo momenta, & triginta unū & bisse, id est, duabus partibus unius momenti, haec autem differentia inuenitur in tertia unius momenti parte. Quatuor igitur puncti superant dodrantem & semunciam, in tertia parte unius momenti. Nos in argumento quatuor punctos habemus propter facilitatem computandi: sed ista ratio est ad purū & liquidū cōprehensa.

d Tredecim partes quotidie transit in zodiaco, sed antequam extra tredecim partes perueniat, non uidetur antequam in circuitu solis. Tunc non uidetur luna, quando uicinia est soli, infra tredecim partes, hoc est, infra illud spaciū, quod agit sol in tredecim diebus: at mox ut in decimam quintam partem fuerit emersa, uideri incipit. In hoc loco duplex sensus fieri potest. Nam quod dixit infra tredecim partes solis semper occultam esse, potest semper intelligi, ut luna noua nunquam apparere possit, antequam tredecim partes uel à sole recedat, uel etiam ex alio latere nascitur, soli appropinquet. Intra tredecim ergo partes solis dum luna mortata fuerit noua, in nullo signo apparebit, excepto arietem: mox autem ut longius à sole recesserit, terris apparebit. Vel sic potest intelligi, in intra tredecim partes solis occultam esse: id est, in omni die tredecim partes luna transcurrit. In uiginti enim & quatuor horis, luna tredecim partes signiferi peragit. Occultam ergo dixit, id est, à sole quotidie elongatam, usq; ad plenilunium per tredecim partes, uel ad solem recedat latere appropinquando, eundem numerum habeat.

e Quia aliquoties euenit, ut triginta uel uiginti nouem apparen in oriente, primo initio diei, & peragens cursum suum, ac soli tardius incedenti, appropinquans accendatur ab eo medialis, quacunq; hora diei, & ipso die uespere appareat in occidente.

ARGUMENTVM DE CURSV LUNAE PER SIGNA. CAPVT XXI.

**Una zodiacum tredecies in duodecim suis conficit mensibus, duobus scilicet diebus, & sex horis, & bisse, id est, octo uncias unius horae, per singula signa decurrens.** Si ergo uis scire, in quo signo luna uersetur, sume lunam quam uolueris computare, utpote XII. multiplica per IIII. fiunt XLVIII. Partire per nouem, nouies quini, quadragies quinquies. Quinq; ergo signis ex quo luna nata est, exactis quae haud dubie in eodem quo sol est sidere semper accenditur, in sexto iam signo luna duodecima commoratur: quod signum remanserit, sex horas signi sequentis noueris esse completas: si duo, duodecim: si tria, decem & octo: si quatuor, diem integrum: si octo, octi es senas horas, id est, duos adiectos esse dies. Ex quibus tamen horis per terna semper signa binas subtrahere memento. Operosum est enim in singulis signis horas minutatim diuidere per uncias. Unde in praesenti quamuis ad nonas portiones tria remanserint, non horas xviii. sed xvi. sexti signi duodecima luna complebit. Et haec quidem luna in prima uel media parte signi cuius libet nata, prompta est computatio: sin autem alias, quod primo signo luna accensa uel dempserit, uel retinuerit partes, tot sequentibus etiam detrahare uel adijcere recorderis, nouem horis in luna pro quinq; diebus in sole computatis.

GLOSSAE IN CAP. XXI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

a Luna in unoquoq; mense suo in uiginti & septem diebus, & tertia parte diei circuit duodecim signa, & in super unū. Hoc Beda tom. c. 3. argumento



argumento inuistatõ deprehenditur luna xiiij. circuire zodiacum melius, quàm in illo uisitati simus. Quod potest probari, si xxx. luna nam hoc argumento consideraueris. Istud namq; argumentum est uerius, quia ad liquidum hæc ratio comprehenditur. illud uerò argumentum aliud, per triginta dies computat signum, quod non ita esse manifesta ratio docet: quia scilicet etas luna in xxix. diebus, & xij. horis completur. Nos tamen illo argumento xxx. dies damus, propter facilitatem computandi, & ideo istud argumentum quia subtilius est, ideo uerius: quod probatur ita, quia trigessimam lunam secundum hoc argumentum inuenies xiiij. signa habere peracta, illo uerò alio non amplius quàm duodecim.

b Quomodo tredecies? Quia postquam luna accensa fuerit, in prima parte signi per uiginti septem dies & octo horas currit duodecim signa, usq; dum uenerit ad eam partem primi signi, ubi accensa fuit: & per illud signum à quo cœpit, recurrit iterum per duos dies & quatuor horas. Hoc enim superest tantum de sua etate, antequam fiat impleta, & antequam inchoauerit alterum cursum signorum à capite. Tali siquidem modo peragit, quasi xiiij. signa in unoquoq; cursu suo.

c Multiplica illos duos dies duodecies, & reddunt xxiiij. dies. Multiplica sex presatas horas duodecies similiter, & sunt lxxij. horæ. Diuide per xxiiij. & sunt ter xxiiij. & reddunt iij. dies. Super sunt in singulis signis adhuc bisse unius horæ. Duodecim ergo bisse, octo faciunt horas. Collige in unum, & sunt uiginti septem dies, & octo horæ. In quibus uiginti septem diebus & octo horis, conficit luna totum illud signum, quo cœpit & quo desinit, antequam inchoauerit cursum suum secundum. Hoc modo perlustrat xiiij. signa, per unumqueng; cursum suum, & sic potest intelligi, quòd tredecies in anno suo: id est, in cœliiij. diebus peragit xiiij. signa.

d Quin quies ix. quadrans quinquies: id est, quadraginta quinq; , & restant adhuc de XLVIIII. quadrantibus tres indiuitiæ. Post quadraginta quinq;, qui faciunt horas octodecim: quia unusquisq; de istis quadrantibus sex horas habet in se. Et si diligenter per hanc computationem ad unumqueng; numerum, id est, ad unumqueng; quadrantem sex horas multiplicaueris, inuenies in una quoq; numero nouennali: id est, in nouem quadrantibus liiij. horæ, quæ reddunt duos dies & sex horas. Ideo per tot dies & horas, & bisse unius horæ, currit luna unum signum: quia quod sol agit diebus quinq;, hoc facit luna in VIIII. s. horis. Quod ita probatur. Sexies quini xxx. sexta eius pars quinq;, sunt. Hoc ad solem pertinet, xxx. diebus unumquodq; signum perlustrat. Econtra luna duobus diebus & sex horis perficit unumquodq; signum, quæ faciunt horas liiij. Tres remanserunt post quadraginta quinq;, & ad unumqueng; sex horæ multiplicantur, sicut supra dictum est.

e Bene usq; ad terna signa dicit, quia bisse quæ super sunt in luna, non complent duas horas, nisi in tribus signis, quater si ponas octo uncias, faciunt duas horas: quia unaquæq; hora habet xij. uncias.

f Ideo auferre præcipit per terna signa binas horas, quia ubi signa per nouenos quadrantes comprehendit, non computauit bisse eorundem signorum, qui faciunt horas duas in tribus signis: & licet non computauerimus, bisse perficit. Propterea secundum computationem nostram, tot signa habet percursa: id est, in quoto signo sit luna elongata à sole, ex quo fuit accensa. Verbi gratia: Si fuerit luna accensa in tertia uel quarta parte arietis, & est elongata à sole tribus signis, ex quarto signo accipies tres partes, uel quatuor, & supplebis totum arietem. Unde dicit: Quot partes demperis, tot adijcere recorderis. Si uerò in xx. parte, uel in alia quali bet post medietatem signi fuerit accensa, non computabis illud signum, in quo fuit accensa, sed secundum ab illo. Et cum peruenieris ad illud signum, ubi luna est, tot partes retrahere ab eo signo, quot retinuit luna: ex eo signo ubi fuit accensa, si tamen post medietatem fuit accensa: & propterea illud signum non computabis totum, ubi est luna.

DE ECLYPSI SOLIS ET LVNAE. CAPVT XXII.

Solem interuentu lunæ, lunamq; terræ obiectu nobis perhibent occultari: sed solis defectum non nisi nouissima, prima ue fieri luna, quod uocant coitum: lunæ autem non nisi plena. Non posse autem totum solem adimi terris intercedente luna, si terra maior esset quàm luna. Omnibus autem annis fieri utriusq; syderis defectus, statim diebus horisq; sub terra: nec tamen cum superne fiant ubiq; cerni, aliquando propter nubila sæpius globo terræ obstante conuexitatibus mundi: & lunæ defectum aliquando quinto mense à priori, solis uerò septimo fieri. Eundem bis in triginta diebus super terras occultari, sed ab alijs hoc cerni: quondam in quindecim diebus utrunq; sidus defecisse. Semel iam mira ratione lunam in occasu defecisse, utroq; super terras conspicuo fidere. Sed ne singulis mensibus eclipsis fieret, latitudo signiferi lunam superius inferius ue transmittit.

GLOSSAE IN CAP. XXII. BEDAE PRESBYTERI, De rerum natura: auctore Bredferro Rameliensi.

a Quando in media signiferi linea, per quam sol semper currit, corpus lunæ positum fuerit, inter solem & terram, tunc lumen solis aufertur à terris. Non enim potest per corpus lunæ uenire ad eos, qui tunc sub luna sunt: & hoc est solis eclipsis. Sim autem illa lineam mediam aut hinc aut inde transitum fecerit, lumen à sole accipiens, defectum solis non facit. Non enim inter solem & terram positam tunc, sed ex lateris solis esse manifestum est. Deficere sol abusu dicitur, quia nullum detrimentum patitur: luna autem ueri simili ratione deficit, quia aufertur ab ea per omnia lumen, non tamen nisi cum plena fuerit.

b Sed luna maior est quàm terra, ideo potest abscondere lumen solis, ut non uideatur à terra. Martianus luna terram esse maiorem, certissimè approbat argumentis. Luna namq; deficiente in australibus mundi partibus, id est in Aegypto, in Aethiopia, umbra eius non amplius quàm quatuor obscurat climata, id est, primum dema Diameroes, secundum Diasennes, tertium Dialexandria, quartum Diarrhodu. Sed Ptolemæi regis geometræ decimamoctauam partem totius terreni ambitus, in his quatuor climatibus contineri confirmant. Sed quia illa umbra minor sit lunari corpore sub triplo, luna enim umbram suam triplo superat, ut nouenarius ternarius sequitur, ut quia lunaris umbra decimamoctauam partem totius terræ tenuit, ipsa luna cuius umbra est, sextam tenet

nera

uere eiusdem terræ necesse sit. Terra igitur sexies maior est ipsa luna. Umbram autem lunæ terram decies octies superare manifestum est. Hinc est quòd umbra lunæ decimamoctaua pars fit totius terræ, ipsa uerò luna sexta terræ pars est.

c A priori, id est, à Martio: uel ab illo, in quo fuerit defectus prius.

d Non est hoc mirum. Deficit enim sol in nouilunio: id est, prima luna, & luna in plenilunio. Potest ergo defectus utriusq; inter quindecim dies euenire.

e Latitudo signiferi circuli duodecim partes, id est, duodecim uias habet, quas luna singulis mensibus perlustrat. Quantum enim spaciū graditur sol per duodecim dies in longitudine signiferi, tantum spaciū habet latitudo eiusdem signiferi. Luna enim non potest pati defectum, nisi in ea linea fuerit superius, in qua sol inferius. Unde fit ut diuersæ lineæ latitudinis signiferi circuli, per quas luna egreditur, succurrant ei ne patitur defectum, etiam & diuersa altitudo absidum succurrat ei in hoc: aliquando enim procul à terris est, aliqua do prope. Et quando prope, si in una linea fuerint, tunc patitur defectum: & quando in illis signis sit, quæ altius nobis super terram: id est, quæ sunt altius super uerticem, non patitur defectum. Quando uerò in illis, quæ sunt nobis prope terræ: id est, quæ sunt nobis australia, tunc patitur.

f Si enim luna mediam signiferi lineam teneret sicut sol, in omni plenilunio eclipsis pati necesse esset. Potest enim superius uel inferius sole iter suum agere, ac per hoc latitudine signiferi liberatur, ne defectum patiatur.

SCHOLIA IN CAP. XXII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Solem interuentu lunæ.] Quæ faciunt ad exactiorem huius capituli explicationem, supra exposita sunt in ueteri Commentario.

VBI NON SIT ET QVARE. CAPVT XXIII.

Defectus solis & lunæ uespertinos orientis incolæ nō sentiunt, nec matutinas ad occasum habitantes, obstante globo terrarum. Neq; enim nox aut dies quamuis eadem toto orbe simul est, oppositu globi noctem aut ambitu diem adferente. Tempore enim Alexandri Magni luna defecit in Arabia hora noctis secunda, eademq; in Sicilia exorients. Et solis defectum, qui fuit Ipfanio & Fonteio CONS. II. Cal. Maij, Campania hora diei inter septimam & octauam, Armenia inter decimam & undecimam sensit.

GLOSSAE IN CAP. XXIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Defectus solis ac lunæ uespertinos, orientis incolæ non sentiunt.] Defectus solis, qui fit apud nos uespertino tempore, orientis incolæ, id est, orientales non sentiunt, sed propter globum terræ. Iam enim tunc illis fit nox. Nec sentiunt matutinos, scilicet defectus orientis, ad occasum habitantes sicuti nos: quia tunc nox fit nobis adhuc. Obstante, id est, obssistente. Quamuis eadem, id est, quamuis una eademq; sit dies uel nox. Simul est, id est, neq; pariter sit. Oppositu, id est, oppositione globi, id est, terræ. Toto orbe in noctem, scilicet illis. Aut ambitu, scilicet solis, id est, circuitu. Diem, scilicet nobis adferente, id est, adducente. Eadem, scilicet luna defecit in Sicilia. Exorients, id est, dum oriretur initio noctis: quia quando illis secunda hora noctis aduenit, istis prima erit. Illi enim ante noctem habent quam isti: quia uiciniores sunt orientali plagæ. Qui, scilicet defectus, fuit consubitus, scilicet regnabitibus. Campania, scilicet sensit, id est, italia. Armenia, scilicet sensit in oriente: quia quando uesperascit in India partibus, media dies est in Campania.

SCHOLIA IN CAP. XXIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Obstante globo terrarum.] Esto caeli ambitus maximus a b c d, horizon habitantium orientalem plagam: a b d, caelum eorum conspectum, inconspicuum uerò a c d & d quidem oriens b meridies, a occasus: alius uero l: orizon: eorum qui occasum uersus partibus XC, hoc est, quadrante mundi à superiore horizonte remotis b c & caelum conspectum b a c, inferius autem caelum seu non conspectum b d c & b quidem oriens, a meridies, c uero occidentis. Igitur eclipsis lunæ aut solis habitantibus orientem, fiat in exortu, hoc est, in d. manifestum est eam non posse uideri ab his quorum horizon est b c & b a c, caelum conspectum. Cum autem eclipsis sit iuxta b, hoc est, in meridie, his scilicet qui habitant uersus orientem, cernitur eclipsis eadem his qui alterum horizontem habent in exortu, b enim in hoc horizonte erat exortus. Dum autem eclipsis uidetur in puncto a, qui horizontem habent a d, uident eam in occasu, quorum uerò horizon est b c, his est in meridie, quare quæ eclipsis fit orientalibus gentibus in meridie & hora sexta, ea fit occidentalibus in occasu & hora duodecima. distant enim quadrante mundi hi horizontes, hoc est, senis horis,

c 4

horis, totus namq; mundus uiginti quatuor horarum spacia con-  
tinet. Horum facilis erit intellectus si legantur, quae copiosius di-  
cimus libro ultimo de meridianis & longitudine caeli.

Neq; enim nox aut dies quamuis eadem.]  
Nox quae est umbra terrae, semper fit aduerso sole, quemadmo-  
dum igitur sol mundum ambit ab exortu uersus occasum, sic  
nox ab occasu paulatim discedens, subterraneo meatu uersus  
exortum sequitur, quemadmodum plenius docebitur de posi-  
tione & figura terrae.

Et solis defectum qui fuit Ipsanio & Fon-  
teio CONS.] Apud Plinium legitur non Ipsanio, sed  
Vipsanio: suspicor lectionem apud Bedam esse deprauatam. Fuit  
autem pridie Calendae Maij, non tertio, ut apud Bedam legitur.

DE COMETIS. CAP. XXIII.

Cometa in se-  
ptentrione.

Cometae sunt stellae flammis crinitae, repen-  
te nascentes, regni mutationem, aut pesti-  
lentiam, aut bella, aut uentos, aetius ue porten-  
dentes. Quarum aliae mouentur errantium modo, aliae immobiles haerent. Omnes ferme sub ipso  
septentrione, aliqua eius parte non certa, sed maxime in candida, quae lactei circuli nomen acce-  
pit. Breuissimum quo cernerentur spacium septem dierum annotatum est, longissimum LXXX.  
Sparguntur interdum & errantibus stellis ceterisque crines, sed cometes nunquam in occasura parte caeli est.

SCHOLIA IN CAP. XXIII. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Cometae sunt stellae flammis crinitae.] *κωμήτης* dicitur, hoc est, a coma cometa dicitur, significat  
enim coma latine crinem seu caesiarem. Physicorum quidam putant fieri fortuito igne, & repentino incendio aeris, qui est supra nu-  
bes in confinio etheris, etenim ille feruidus est a caeli superioris motu, quo etiam in occasum rapitur: alij putant esse sidera in caelo  
perpetua, sed non uideri nisi iusto spacio a sole relicta, quemadmodum & Mercurio accidit & Venere.

Regni mutationem, aut pestilentiam, aut bella, aut uentos portendentes.] Corporum affectiones  
animorum motus saepe efficiunt, itaque fit ut qualitatibus corporum, ex rerum coelestium & aeris influxu permotis, uoluntas & sen-  
tentia hominum in diuersa consilia agantur, ut cholera excitata (quod Marti tribuunt & Cometis: sunt enim huius factionis) ho-  
mines ira & furore exagitantur. Naturale est igitur ut alijs influentibus alia homines affectent, uelint, agant: cometa autem qui proxi-  
me terras feruntur, ualidissime corporibus influunt: nam cum siccitates efficiant haustis humoribus, naturaliter quorum sunt pronou-  
stica, etiam cause haberi possunt. Siccitates uero sequitur & sterilitas & terrae motus, & pestilentiae lues, & inundationes & tēpe-  
states aeris, caeteraque huiusmodi.


Quarum aliae mouentur errantium modo, aliae immobiles haerent.] Sparguntur caudae aliquando stel-  
lis aut fixis aut errantibus, quemadmodum Aristoteles memoriae prodidit sua etate euenisse, in stella quae est in femore canis maioris:  
alia sunt libera incendia in uago aere, quorum motus est tardior quam mundi, propter aerem qui supra nubes leniter insequitur mo-  
tum caeli: huiusmodi omnes sunt infra caelum, altiore tamen loco quam sunt uenti, imbres aut pluuiae.

Sub ipso septentrione.] Ratio sumitur a loci eius qualitate, istic enim sol, a quo haec regio remota est, horum ignium  
materiam dissoluit neque dissipat.

Sed cometes nunquam in occasura caeli parte.] Occasuram partem opinor intelligi posse occasum aequinoctia-  
lem, hic namque medius est sub solis itinere, ubi rarum cometas uidere est. Vide Aristotelem libro primo *ἠὲ μετεωρολογίᾳ*. Oper. epre-  
cium est, isto loco annotare plura esse eorum genera, quorum discrimina sumuntur a figuris & magnitudine. Cometa ipse generalia-  
ter quidem sumitur, interim tamen specialiter, ut apud Aristotelem, pro eo, cuius crines quoquo uersum sparguntur rotunda specie.  
Pogoniae aliae dicuntur quibus ex inferiore parte in speciem barbae iuba prominet: *κωμῆτης* enim barba est. Aliae *ἀκροντίας* in iaculi  
similitudinem forma tenuiore, sed longiore diriguntur, a graeco *ἀκρόντιον*, quod iaculum significat, & telum missile minus hasta. A-  
liae breuiiores sunt & ad similitudinem ensis fastigiato mucrone: hos graeci *ἐπίκωμῆτες*, *ἐπί* enim est ensis, sunt enim haec omnium pal-  
lidissimae, & quodam gladij nutore sine ullis radijs. Est etiam quem *ἀκροντίας* graeci uocant colore argenteo, a disco quod notum est: a-  
lij *πίθητες* dicuntur figura doliorum. *πίθη* enim dolium significat, in his cavitates quaedam apparet, quod exterior ora candida sen-  
sim in sumidam lucem euanescat. Est etiam ubi coma ad figuram cornu reflexum sit, hos graeci uocant *κωμῆτες*, a *κωμῆ*, quod cornu  
significat. Sunt etiam quae ab animalibus figuram & nomina recipiunt, ut Hippaeus, ab equo, qui hippos dicitur: hic habet equinas iu-  
bas in orbem supra se reflexas. Tragi uel hirci etiam quidam dicuntur, specie uillorum, & iuba quadam circumdati. Fit etiam aucto-  
re Plinio cometes candidus argenteo crine, ita resurgens, ut uix contueri liceat: speciei quoque humanae Dei effigiem in se ostendens.

DE AERE CAP. XXV.

Aer est omne quod inani simile uitale hunc spiritum fundit, infra lunam, uolatus autem nu-  
biumque, & tempestatum capax. Vbi etiam potestates aereae superna fede deturbatae, cum tor-  
mento diem iudicij durius tunc damnandae praestolantur. Ex quo hominibus apparentes, aerea  
sibi



sibi corpora meritis similia sumunt. Nam supra lunam, quae aeris aetherisque confinio currit, om-  
nia pura ac diurnae lucis sunt plena, cuius uicinia tangere fertur Olympus. A nobis autem per no-  
ctem cernuntur sidera, ut reliqua lumina e tenebris. Superior uero & serenus aer caelo, inferior au-  
tem, qui exhalationibus humidis corporaescit, terrae deputatur: ubi sunt ignis, grando, nix, gla-  
cies, & spiritus tempestatum, quae Dominum laudare de terra iubentur. Sed & ipse aliquando coe-  
lum uocatur: unde & Petrus ait caelos in diluuium perijisse, cum aer turbulentus esset conuersus in  
undas. Et caeli caelorum dicuntur sidera caeli istorum aereorum, tanquam superiores inferiorum.

Aer pro caelo.

GLOSSAE IN CAP. XXV. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: auctore Brideserto Ramesiensi.

Cum ergo caelum dicitur, etiam ipse aer, ubi uenti, & nubes, & procelle, & turbines sunt: nemo existimet haberi ibi demo-  
nia mala, ubi solem & lunam, & stellas Deus ordinauit. Non enim arbitrari debemus in sidere statuto caelo habitare diabolum cum  
suis angelis, unde eos cecidisse credimus.

SCHOLIA IN CAP. XXV. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Aer est omne quod inani simile uitale hunc spiritum fundit.] Docent physici statim sub caelo non esse  
aerem, sed ignem: aeris enim regio supra nubes definit. Ostendunt namque ignes nocturni, quorum alij e caelo in terram exciuntur,  
alij in directionem feruntur occisimam instar autium uolatus, mundi huius inferioris supremam partem, qua lunam attingit totam esse in-  
censam, tum quod calida suprema quaeque petunt: deinde quod uniuersum illud a nubibus, usque ad aetheris confinium, una cum mundo  
celeritate ad occasum rapiatur. Etenim motus dissolvens materiam, incendium facit: quod itaque est sub luna, uolunt esse aerem supra  
naturam suam calefactum, ex motione aetheris. Verum hic aer, neque flamma est, neque ulla materia quae lucem praebere potest, ut pru-  
na aut huiusmodi aliquid. Flamma enim fit, dum ignis materiam naectus est, in quam calor uim exercent: sed inane quiddam feruidum  
ueluti in hypocaustis, fornacibus, reliquisque caldarijs, quibus ignis subijcitur: in quibus quidem flamma nulla, uerum talis feruor, ut  
si stippa aut similis puluis in eum locum forte incidat, statim inflammetur. Itaque interuallum hoc usque ad lunam non uno corpore seu  
elemento Deus impleuit, ut elementorum inter se esset rectus ordo, atque conueniens proportio.

Nam supra lunam omnia pura ac diurnae lucis sunt plena.] Supra ostensum est umbram terrae, quae uoca-  
tur nox, non altius quam luna est, peruenire: forma enim eius umbrae pyramidis similis est, cuius conus seu uertex intra caelum definit:  
adeo sol omnia largissimo lumine collustrat, neque in caelo ulla nox aut obscuritas, sed tantum apud mortales, ut nostrae nos mortua-  
liatis memores reddat.

Cuius uicinia tangere fertur Olympus.] Nota sunt quae de Olympo traduntur fabulis similia. Est autem mons,  
cuius hoc loco mentio fit, in Macedonia iuxta Larissam, alius non pari celebritate est in Phrygia, dicitur autem *ὄλυμπος*, ut Graeci  
quasi *ὄλος* & *λαμπρός*, id est, totus lucidus. Est huius loci, quod a Graecis poetis apponatur ei *ὠλύχιος*, quod nocte scilicet cae-  
ret, sole enim iam dudum sub horizonte uerso, in uertice adhuc dies est, usque ad secundam noctis uigiliam, ac matutino tempore pa-  
ribus horis, praeuocet uicinis campis tribus.

A nobis autem per noctem.] Quemadmodum fieri potest, ut clauo die ex profundis tenebris ceu puteis, caeterisque sta-  
milis altitudinis cauernis, sidera cernantur in lumine, circumfusis uidelicet tenebris hebetato: pari modo nocte in caelo intuemur stel-  
las in regione quidem lucis, sed tenebris circumfusi, quod si supra lunam globum conspiceremus, praesolite lumine nulla in caelo infra,  
aut supra stella cerneretur.

DE VENTIS. CAP. XXVI.

Ventus est aer commotus & agitatus, sicut flabello breui potest approbari, nec aliud intelli-  
gitur quam flatus aeris: qui, ut Clemens ait, ex quibusdam montibus excelsis, uelut com-  
pressus & coangustatus, ordinatione Dei cogitur & exprimitur in uentos, ad excitandos fluctus, *Clemens hic Ale-  
xandrinus fuit*  
aetiusque temperandos. Pro diuersis autem partibus caeli nomina diuersa sortitur.

GLOSSAE IN CAP. XXVI. BEDAE PRESBY-  
teri, De natura rerum: auctore Brideserto Ramesiensi.

Sicut nihil aliud est unda, nisi commotio maris: sic non aliud est uentus, nisi aer commotus.

GLOSSAE IN CAP. XXVI. BEDAE PRES-  
byteri, De natura rerum: incerti auctoris.

Ventus est aer commotus & agitatus, sicut flabello breui potest approbari.] Quidam autem aiunt  
uentos esse, eo quod ex aquis aer, ex aere uenti nascuntur. Clemens autem auctor dicit, eo quod montes excelsi certis quibusdam in lo-  
cis habeantur, & ex his uelut compressus & coangustatus aer, ordinatione Dei cogatur & exprimitur in uentos: quorum spiramine  
& fructus germen concipiat, aestiuusque ardor tempericem sumat, cum pleiades igniti solis ardoribus incanduerint. Venti autem in-  
terdum angelorum intelliguntur spiritus, qui a secretis Dei ad salutem humani generis per uniuersum mittuntur mundum. Item non  
nunquam uenti uentores spiritus poni solent, pro eo quod male suggestionis flatu, ad terrena desideria iniquorum corda succena-  
dunt: secundum quod scriptum est, Tolle cum urens uentus.


SCHOLIA

SCHOLIA IN CAP. XXVI. BEDÆ PRESBY-  
teri, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Ventus est aer commotus & agitatus, sicut flabello breui potest approbari.] Ventorum genera-  
tionem tradit ex opinione Stoicorum. Putant enim Stoici, aerem, nubes, uentos, imbres, materia atq; subiecto esse eadem, sed differre  
tantum pro diuersis naturæ effectibus. motum enim aerem & ueluti percussum aut concussum esse uentos, eundem constantem sine  
ne motione crassefcere, atq; imbres efficere: ceterum istud ut frigidum commentum, Aristoteles reprehendit. Reddenda namq; erat  
ratio, quæ naturæ uis aerem hoc pacto undelibet impellat: ipse ne partes ueluti oriens aut septentrio, hoc modo aerem trudent, &  
si sic sit, cur per interualla status excitentur, & non potius sint perpetui. Sunt alij, putantes hos spiritus esse quasi terræ anhelitum:  
quemadmodum antra & caua terrarum, sine statu non sunt. Ad eandem sententiam inferri potest commentum poetæ in primo Aene-  
idos in descriptione uentorum, sic enim habet:

— Conuersa cuspide montem,  
Impulit in later, illi uelut agmine facto,  
Qua data portarunt, ac terras murmure perflant.

Pro diuersis autem partibus cœli, no-  
mina diuersa sortitur.] Ordo & nomina uen-  
torum ex diuersis partibus horisontis sumuntur, sunt  
enim notæ præcipuè 4. & in summa 12. quas scripto-  
res communi consensu acceperunt. qui enim plures fa-  
ciunt quàm 12. nauticam magis sequuntur, quàm phy-  
sica, quàmq; apud ueteres ne plures quidem quàm  
quatuor positos scimus: sed ut tota hæc res clare præ-  
hendatur, descriptionibus agemus. Sit itaq; horizon  
circulus, qui mundi partem conspectam ab inconspe-  
cta diuidit, quem cernimus sub aperto cœlo rotundo  
ambitu super terram. Sit in hoc circulo nota, unde sol  
die æquinoctiali exoritur A: hinc ducatur linea in ad-  
uersam partem, cuius terminus est B, occasus æquino-  
ctialis: per hanc ducatur linea à dextris ad sinistram,  
sitq; dextra pars H, meridiem ostendens, sinistra G se-  
ptentrionem, ex his duobus limitibus inuicem sese se-  
cantibus, in centro ad angulos normales, statim 4. lo-  
ca emergunt in horizonte præcipua: deinde ducatur  
alia linea sinistrorsum ab F uersus C, quorum F os-  
tendit exortum solstitialem. Post orientis enim notã  
sol æstate oritur uersus septentrionem, C autem occa-  
sum hybernum, hunc limitem fecit alius ab D uersus E, quorum D orientem hybernum, E uerò occidentem ex aduerso ostendit



æstium, sunt itaq; ex quatuor his limitibus octo notæ: sit in super alia nota media inter septentrionem & exortum, hoc est, circuli  
arctici contactu K: ab hac per centrum circuli agatur linea in contrarium, sitq; terminus M, hic eodem interuallo distabit à meri-  
die uersus exortum, quo prior ab oriente æquinoctiali uersus septentrionem: alia deinde linea medio loco inter septentrionem & occa-  
sum æstium à puncto I in contrarium signum N. Manifestum est igitur ex tribus exortibus, & totidem occasibus fieri sex no-  
tas, quas signant tres diametri, tum à meridie septentrionem ab septentrione octauam, quam ostendit quarta diameter:  
tum à binis contactibus angustioris lineæ iuxta G, & alterius iuxta H adijci reliquos quatuor, ut in summa sint duodecim notæ in  
horizonte ex solis determinatione partim, & ex contactu arctici & antarctici cum horizonte, quemadmodum adiectum schema  
demonstrat. Quinq; sunt in hoc circulo lineæ parallele, id est, æquidistantes 1 K, arcticum significat sequens exortum hybernum  
& æstium: tertius exortum & occasum uerum, hoc est æquinoctialem: quartus occasum hybernum & æstium: quintus antarcti-  
cum: sextus nulli parallelus est: fecit enim antedictas lineas, quomodo igitur in horisontis designatione ex parallelorum terminis  
siant diametri, ex quibus uenti sibi mutuo contrarij flant, superius ex descriptione apparet.

ORDO VENTORVM. CAP. XXVII.

Ventorum quatuor cardinales sunt, quorum primus septentrio, qui & Aparctias dicitur, fiat  
rectus ab axe, faciens frigora & nubes: hinc dexter Circius, qui & Thrascias, faciens niues  
& grandines: à sinistris aquilo, qui & boreas, nubes constringens. Secundus cardinalis Subsola-  
nus, qui Apeliotes, ab ortu intonans solis, temperatus: cuius à dextris Vulturnus, qui & Cæci-  
as, cuncta desiccans: à sinistris Eurus, nubes generans. Tertius cardinalis Auster, qui & Notus,  
humidus, calidus, atq; fulmineus: huic à dextris Euroauster, calidus: à sinistris Euronotus, tempe-  
ratus, calidus. Venti australes quia ex humiliflant, maiores in mari tempestates faciunt, quàm  
septentrionales. Ideoq; post australes fiunt noxij præcipuè terræ motus. Quartus cardinalis Ze-  
phyrus, qui & Fauonius, hyemem resoluens, floresq; producens: cui dexter Africus, qui & Libs,  
tempestuosus, tonitrua generans, & fulmina: à sinistris Corus, qui & Argestes, in Oriente nubila,  
in India faciens serena. Sunt etiam alij quidam peculiare quibusq; gentibus uenti, nõ ultra cer-  
tū procedentes terminū, ut Atheniensibus Scyron, paulum ab Argeste deflexus, Narbonensibus  
Circius,

Circius, qui nec ad Viennam quidem eiusdem prouinciæ peruenit urbem. Duo sunt autem ex-  
tra hos, utiq; spiritus magis quàm uenti, aura & altanus. Aura enim est lenis motus aeris in terra:  
altanus in pelago.

GLOSSAE IN CAP. XXVII. BEDÆ PRESBY-  
teri, De natura rerum: auctore Bridefero Ramensi.

- a Flant enim ex humili: id est, ex ima parte mundi, quàm septentrionales, qui ex alto spirant.  
b Ferruntur hi uenti de uoraginibus montium emergi.

SCHOLIA IN CAP. XXVII. BEDÆ PRESBY-  
teri, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Ventorū quatuor cardinales sunt.]  
Cardinales dicuntur, quo ex quatuor mundi præcipuis  
partibus, quas designant duo limites secantes finitorē  
in quatuor quadrantes, cum his quatuor reliqui om-  
nes sic agunt, ut eius factiones esse dicantur, quos enim  
dextra sinistraq; habet septentrio, septentrionales di-  
cuntur, quemadmodum in reliquis sit: quin & uerna-  
cula lingua quatuor duntaxat simplicibus utimur uē-  
torū nominibus, medios enim ab extremorū compositi-  
one efferimus, ueteres quoq; nõ plures fecerūt. Vide  
Strabonem primo libro Cosmographie. Quomodo au-  
tem per horisontem collocentur, & à quibus parti-  
bus emergant, tum quos uicinos & contrarios habent  
ex antegresso schemate manifestum est. Quod quidem  
sic disponetur, ut eius exortus exortui in mundo re-  
spondeat, quo posito facile erit deprehendere quolibet  
momento, quis sit uentus.

Hinc à dextris Euroauster.] Euroau-  
ster & Euronotus synonyma sunt, uerò enim austrū  
significat. Improprie itaq; Beda accipit Euronotum  
pro Phœnicia, sic enim græci hunc uocant, quem à sini-  
stris auster, Græciè namq; ex ea mudi parte stat, in qua  
Phœnicia est, id est, iudæa: dextrum autem & sinistrum accipienda sunt, si pectore sis auersus ab eo uento, cui aliquis dicitur esse de-  
xter aut sinister.

A sinistris Corus qui & Argestes in oriente nubila.] Suspicio hunc locum esse deprauatum. India enim est in  
exortu, uide igitur legendum ne sit, loco orientis occidentis. Aristoteles namq; auctor est, uentum esse niuosum ac pluuium: quod haud  
dubie de occidentibus intelligendum est, si spectemus Indie situm.

Narbonensibus Circius.] Vide præter Plinium, Gellium etiam libro secundo capite duodecimo. Marcus Cato hunc  
uentum non Circium appellat in libris Originum, sed Certium.

Altanus in pelago.] Vitruuius libro primo de Architectura, altanum uocat eum qui proxime meridiem paululum in-  
clinans ad occasum, hoc est, medio loco in austrum & libanotum, nam uentos facit uiginti quatuor, nautas opinor secutus.

DE TONITRVO. CAPVT XXVIII.

Tonitrua dicunt ex fragore nubium generari, cum spiritus uentorum earum sinu concepti, se-  
se ibidem uersando pererrantes, & uirtutis suæ mobilitate in quamlibet partem uiolenter e-  
rumpentes, magno concrepant murmure, instar exilientium de stabulis quadrigarū, uel uelicæ:  
quæ licet parua magnum tamen sonitum displosa emittit.

SCHOLIA IN CAP. XXVIII. BEDÆ PRESBY-  
teri, De rerum natura: auctore Ioanne Nouiomago.

Tonitrua dicunt ex fragore nubium generari.] Variæ sunt de tonitru apud physicos opiniones: alij aiunt ig-  
nem ex cœlo in nubes lapsum stridore efficere, ueluti candens ferrum dum mergitur. Aristoteles putat fieri spirituum motione, qui  
se fortiore conatu è nubibus, explicant. Beda hoc loco Lucretij opinionem recensere uidetur, cuius uersus adscribam.

Principio tonitru quatiuntur cœrula cœli  
Propterea, quia concurrunt subline uolantes,  
Æthereæ nubes contra pugnantibus uentis.  
Nec sit enim sonitus cœli de parte serena.  
Verum ubicunq; magis densa sunt agmine nubes,

Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sepè.  
Præterea neq; tam condensæ corpore nubes  
Esse queunt, quàm sunt lapides ac tigna: neq; autem  
Tam tenues, quàm sunt nebule fumig; uolantes.  
Nam cadere abrupto deberent pondere presse,  
Vt lapides, aut ut fumus constare nequirent,  
Nec cõhibere niues gelidas, & grandinis imbres.  
Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi.  
Hoc etiam pacto tonitru concussa uidentur.  
Omnia sepè graui tremere & diuisa repente,  
Maxima dissiluisse capax mœnia mundi.

Vel uelica quæ licet parua sit, magnum tamen sonum displosa emittit.] Est & hoc simile ex Lucretij physico sumptum de tonitru, quo loco sic habet:

Cum subito ualidi uenti collecta procella,  
Nubibus intorfit sese, conclusaq; ibidem  
Turbine uersanti magis, ac magis undiq; nubem,  
Cogit uti fiat spisso caua corpore circum.  
Post ubi commouit uis eius & impetus acer,  
Tum per terricreponi dat missa fragorem.  
Nec mirum cum plena animæ uesicula parua,  
Sepè ita dat pariter sonitum displosa repente.

## DE FULMINIBVS. CAPVT XXIX.

Fulmina nubium attritu nasci in modum silicum colliforum, concurrente simul & tonitruo: sed sonitum tardius ad aures, quàm fulgorem ad oculos penetrare. Nam omnium rerum collisio ignem creat. Quidam dicunt, dum aer in se uaporaliter aquam de imis, & ignem caumaliter de superioribus trahat, ipsis confluentibus horrifonos tonitruorum crepitus gigni: & si ignis uicerit, obesse fructibus: si aqua, prodesse. Ideo autem fulminis ignem uim habere maiorem ad penetrandum, quia subtilioribus elementis factus est, quàm qui nobis in usu est.

## GLOSSAE IN CAP. XXIX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

a Visus cæteris sensibus acutior & subtilior est: quapropter licet ignis fulminibus, & sonitus tonitrus simul fiant, ante tamen ignis uidetur, quàm tonitrus audiatur.

b Vapor est emanatio, uel exhalatio terræ, quando uidelicet aqua de imis terræ, ut modum in tenuissimis nebulis, exhalando sursum ascendit.

c Cauma Græcè, calor Latine. Zetos etiam Græcè, calor Latine. Hinc zeta dicuntur asse balneæ: & zetarius dicitur, qui præest zetis, id est, balneis.

d Hinc apparet quòd ignis cælestis penetrabilior sit, quàm ignis terrestris, cuius effectus inuisibilis est: sed uidetur per calores & colores.

## GLOSSAE IN CAP. XXIX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Fulmina nubium attritu nasci in modum silicum colliforum.] Cum nubila inuicem in se fuerint collisa, ilico fulmina emittuntur, dehinc sequuntur tonitrua: quæ licet tardiora sint sonitu præcedente, concussi luminis claritate, pariter tamen cum fulgure emittuntur. Sed eorum sonitus tardius penetrat aures, quàm oculos splendor fulguris, ad instar securis arborem procul cedentis: cuius quidem ante cernis ictum, quàm ad aures perueniat sonitus. Fit enim fulmen, nube, imbre & uento. Nam cum uentus in nubibus uehementer agitur, sic incalescit ut accendatur: dehinc ut prædictum est, fulgura & tonitrua simul exprimitur, sed illud celerius uidetur, quòd clarum est: hoc autem ad aures tardius peruenit. Post fulminis autem ictum uentorum erumpere uiolentiam, sicq; furor empestat, quem in nubibus conclusi agebant, exeuntes ad terras emittunt, Horatius:  
Feruntq; superos fulgura montes.

## SCHOLIA IN CAP. XXIX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Sed sonitum tardius ad aures, quàm fulgorem ad oculos penetrare.] Sonum cum igne fieri certum est, collisione enim facta, statim incendium emicat: quòd uerò cernatur citius fulgetrum, quàm tonitruum audiatur, non est alia ratio, nisi quòd lux ocyor est plaga. Lumen enim repente & sine successione aerem illustrat, quemadmodum lucerna loco tenebroso illata, statim omnia plena sunt luce, ad quæcūq; loca radius ignis peruenire potest: at sonus qui fit aeris motione, tanquàm lapide immisso in aquam stagnantem, quoq; uersum à centro exeunt, innumerabiles circinationes paulatim ad terram peruenientes. uide Aristotelem libro secundo de Anima.

Et ignem

Et ignem caumaliter de superioribus trahat.] Caumaliter aduerbium traxit à Græco καὶμα, quòd calorem & æstum significat.

Ideo autem fulminis ignem uim habere maiorem ad penetrandum.] Plura sunt fulminum genera: primum humidum quòd non urit quidem, sed insuscitat, id ab Aristotele psolœen cognominatur. Sicca alia sunt non uentia etiam, sed dissipantia. Tertium est quòd à poetis, ut Aristoteles inquit, ægyes dicitur. Plinius uidetur interpretari clarum: mirificæ naturæ, quòd dolia exhaurit intactis operimentis, nec ullo signo alio relicto. Aurum, æs, argentum intus liquatur, sacculis illis nullo modo ambustis: & Martia grauida, icta fulmine partu examinato, ipsa uixit citra ullum aliud incommodum.

## VBI NON SINT, ET QUARE. CAPVT XXX.

Hyeme & æstate rara fulmina dicunt: quia hyeme gelidus aer quicquid accipit ignei uaporis, extinguit. Æstate calidi uaporis raro tenuesq; densantur in nubes, sine quibus non fulgurat. Quæ ratio Scythiam Aegyptumq; præmunit à fulmine: cui subiacet Italia, ubi mitiore hyeme & æstate nimbofa semper quodammodo uernat uel autumnat.

## GLOSSAE IN CAP. XXX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

a Scythia frigidissima regio est, ibi ergo non sunt fulmina propter frigus: sicut nec in Aegypto, propter calorem.

## SCHOLIA IN CAP. XXX. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Hyeme & æstate rara fulmina dicunt.] Vniuersa hæc ferè ad uerbum ex Plinio desumpta sunt.

## DE ARCIBVS. CAPVT XXXI.

Arcus in aere quadricolor, ex sole aduerso nubibusq; formatur, dum radius solis immisus caux nubis, repulsa acie in solem refringitur, instar ceræ imaginem anuli reddentis: qui de cælo igneum, de aquis purpureum, de aere hyacinthinum, de terra gramineum trahit colore. Rarius autem estate q; hyeme, & raro noctibus: nec nisi in plenilunio cernitur, utpote de luna refulgens.

## GLOSSAE IN CAP. XXXI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Bridefero Ramesiensi.

a Dum nubes è regione solis sunt, formatur iris: sciendum etiam quia de luna formatur, quando in plenilunio est.  
b Imago enim anuli arcus est: quia sicut imago in cera exprimitur cuiuslibet rei, sic nubibus solis imago figuratur.

## GLOSSAE IN CAP. XXXI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Arcus in aere quadricolor ex sole aduerso, nubibusq; formatur.] Arcus, id est, iris. Est enim iris, solaris corporis impressio. Quadricolor, id est, quatuor colorum, nubibusq; formatur. Nubes parua nobis uidetur, adeo tamen magna est, ut plerunq; solem nobis occultet, & radius ipsius in ipsam refringat. Repulsa, id est, repercussa acies illius radij. Caux nubis, id est, dense. Dum nubes è regione solis sunt, formatur iris. Sciendum etiam, quia de luna formatur, quando in plenilunio est. In solem, id est, contra solem. Refringitur, id est, repercutitur. Instar, ad exemplum uel ad similitudinem ceræ. Similis est nubes, sicut cera imaginem anuli. Imago enim anuli arcus est: quia sicut imago in cera exprimitur cuiuslibet rei, sic nubibus solis imago figuratur. Qui, scilicet arcus. De cælo igneum, id est, rubrum trahit colorem. De aquis, id est, de mari. Purpureum, id est, rosaceum. De aere hyacinthinum: ipsum in modum hyacinthi lapidis. De terra gramineum, id est, uiridem. Rarius autem estate, quàm hyeme, id est, formatur arcus in aere: quia maiores nubes sunt in hyeme quàm in æstate. Et raro noctibus, scilicet formatur: quia de pleno orbe solis efficiatur. Nec cernitur, scilicet in nocte, nisi in plenilunio, utpote de luna refulgens. Item: Sine sole & nubibus nunquam apparet arcus, quia ex tempore radij solis, species eius formatur. Quadricolor enim est, & ex omnibus elementis in se rapit species. De cælo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. Hic autem arcus pro eo quòd à sole respundet in nubibus, Christi gloriam indicat, in prophetis ac doctoribus refulgentem. Alij ex duobus coloribus eius, id est, aquoso & igneo duo iudicia significari dixerunt: unum per aquam, dum impij perierunt in diluuiio: alterum, per quod postmodum peccatores creati mandati sunt in inferno. Item iris græcè, latine dicitur arcus. Arcus in die pluuie patet, & est signum propitiacionis, dicente Domino tempore diluuij ad Noe: Ponam arcum meum in nubibus, & recordabor fœderis mei, &c. In arcu uerò duo sunt colores principales, uiridis scilicet, id est, aquosus & rubrus: in quibus nimirum designatur aperte aqua baptismatis, & sanguis redemptionis, uel gratia spiritus sancti. Per hæc duo ab omnibus emundantur peccatis. De quibus duobus mysterijs tota ecclesia cingitur, & per hæc in nouitatem gratiæ Dei renouatur. Vel per duos colores possumus intelligere duo iudicia: unum, quòd factum est per aquam: atq; aliud, quòd faciendum est per ignem.

## SCHOLIA IN CAP. XXXI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Arcus in aere quadricolor.] Aristoteles in Meteoris lib. 3. trium duntaxat, quorū ratione reddit, colorū meminit. Bedæ tom. d. Etra

Etrard noctibus.] Cernitur et nocturna iris, sed raro. Aristoteles etate sua intra sexaginta annos, semel noctu uisam, nec unquam nisi luna decimaquinta dum plena est.

DE NUBIBVS. CAPVT XXXII.

Nubes coacto guttatim aere conglobantur, qui fumali leuitate uapores aquarum de terra mariq; suffollens. quando in minutissimis stillis consistit, sua uis suspendit in altum, qua uel solis igne decocti, uel aeris itinere mutati decrefcunt: ut marinam aquam humo, uel dulcem marinis herbis infundentes, in contrarium solemus transferre saporem.

GLOSSAE IN CAP. XXXII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Nubes coacto guttatim aere conglobantur.] A nubibus ergo rapiuntur aquae maris, et iterum ab ipsis redantur in terris. Sed ut esse dulces possint, in pluuijs coquantur igne solis. Alij autem dicunt, non tantummodo aquis maris nubes concrefcere, sed etiam exhalatis terrae uaporibus, nebulas adolefcere, quibus densatis coactisq; nubes alius surgere, atq; iisdem laboribus pluuias effundere. Nubes autem apostoli significantur atq; doctores. Pluuia ergo nubium, eloquia sunt apostolorum, quae quasi guttarum, id est, sententialiter ueniunt, sed abundantius doctrine fecunditatem infundunt.

SCHOLIA IN CAP. XXXII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Nubes coacto guttatim aere conglobantur, qui fumali leuitate.] Tradunt physici, loca per quae imbres suspense feruntur, frigida esse per antiperistasi: qua proprietate naturae fit, ut hyberno tempore putei ac subterraneas loca tepeant, aestiuo autem frigida sint. Igitur dum tepore solis continguntur maria, lacus et stagna, exhauriuntur uapores, et uel caloris tolluntur in sublimitatem nubium: hi propter frigus densantur in nubes, quae humore nondum sese conglomerante sua se ui, et quadam inanitate istic sese sustinent: primum igitur propter humoris breuitatem non decidunt, ubi autem e nube congestus fit humor, propter pondus sese sustinere nequit, sed denud ad terram fertur.

DE IMBRIBVS. CAPVT XXXIII.

Imbres ex nubium concreti guttulis, dum in maiores stillas coeunt, aeris amplius non ferente natura, nunc uento impellente, nunc sole dissolvente pluualiter ad terras dilabuntur. Sed pluuias uocamus lentas et iuges: nimbos autem repentinos et praecipites.

SCHOLIA IN CAPVT XXXIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Sed pluuias uocamus lentas et iuges.] Pluuia generale nomen aquarum omnium coelestium est, ros enim sublimi non fit, nec pluuia dicitur. Nimbis repentini sunt, et praecipites, hos Aristoteles uocat λαεροερα: aliud genus est minutissimis guttis, densis tamen atq; instar uoris cadens, quod idem auctor λεκιδερα: imber autem est moderatus, neq; uoruleius, neq; praecipites.

DE GRANDINE. CAP. XXXIIII.

Grandinis lapilli ex stillis pluuiarum, frigiditatis et uentis uigore congelati, in aere coagulantur, sed citius niue soluuntur, et interdum sapius quam noctu decidunt.

SCHOLIA IN CAP. XXXIIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Grandinis lapilli ex stillis pluuiarum.] Grando differt a niue, modo, loco, et tempore, etenim nix modice coepta est flocci instar, aut tosti salis grando in solidam glaciem. Nix fit in nubibus, grando inferiore loco: pluuia namq; inter cadendum propter repentinam mutationem calidi et frigidi congelatur antiperistasi, unde montes niuosi sunt, sed sine grandine, inferiore loco enim fit: fit deniq; nix frigidis locis temporibusq;, at grando temperatis.

Sed citius niue soluuntur.] Quaecumque antiperistasi fiunt, statim redeunt ad naturam, quae causa est, ut grando statim soluatur.

Et interdum saepius quam nocte decidunt.] Noctes propter absentiam solis frigidae sunt, at grandines fiunt, dum gelidus humor tepido aere excipitur.

DE NIVE. CAP. XXXV.

Niues aquarum uapore, nec dum densato in guttas, sed gelu praeripiente formantur, quas in alto mari non cadere perhibent.

GLOSSAE

GLOSSAE IN CAPVT XXXV. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti auctoris.

Niues aquarum uapore nec dum densato in guttas, sed gelu praeripiente formantur, quas in alto mari non cadere perhibent.] Deniq; ait beatus Ambrosius, quod plerunq; glacialibus uentorum statibus rigentes aquae solidantur in niuem, et rupto aere nix funditur. Simili quoq; ratione grandinum coagulatio fit. Aquae enim nubium rigore, uentorumq; stringuntur in glaciem, atq; durefcunt. Dehinc glacies ipsa partim fragore uentorum comminuta in fragmine, partim solis uapore soluta, frustatim ad terram dilabitur. Quod autem rotunda uidetur, hoc solis calor facit, et mora reseruantis aeris, dum per longum spaciū usq; ad terras currunt. Figuraditer namq; grando perfidia duritia est, torpore malitiae frigida. Nix enim, homines increduli sunt, frigidissimi atq; pigri, et ad infima torpore mentis depressi. Item alio intellectu: Niues homines sunt dilectione frigentes, qui etiam etsi existant candidi puritate baptismatis, non feruent spiritu charitatis.

SIGNA TEMPESTATVM VEL SERENITATIS. CAPVT XXXVI.

Sol in ortu suo maculosus, uel sub nube latens, pluuium diem praesagit. Si rubeat, syncerum: si pallescat, tempestuosum: si concauus uidetur, ita ut in medio fulgens radios ad austrum et aquilonem emittat, tempestatem humidam et uentosam: si pallidus in nigras nubes occidat, aquilonem uentum. Coelum si uespere rubeat, serenum diem: si mane, tempestuosum significat. Ab aquilone fulgur, et ab euro tonitrus tempestatem, et ab austro flatus aestum portendit. Luna quarta si rubeat quasi aurum, uentos ostendit: si summo in corniculo maculis nigrescit, pluuium mensis exordium: si in medio, plenilunium serenum. Item cum aqua in nocturna nauigatione scintillat ad remos, tempestatem erit. Et cum Delphini undis sapius exiliunt, quo illi feruntur, inde uentus exurget, et unde nubes discussa coelum aperiant.

GLOSSAE IN CAP. XXXVI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Brideserto Ramesiensis.


- 4 Prognostice loquitur. Prognostica enim dicuntur, rerum futurarum signa.
- 6 Sagare, est acute sentire, ex quo sagaces dicti sunt canes.
- 7 Delphini obuiam uentis pergunt, ne uenti eos in undis collectos ad litora allidant, et ad mortem consumant.

SCHOLIA IN CAP. XXXVI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Sol in ortu suo maculosus.] Pertinent etiam ad rerum naturam, tempestatum per prognostica consideratio, utilis in agris rem agentibus, quae non a sole ac luna rebusq; coelestibus tantum, quam ab his potissimum, sumuntur: sed ab animalibus, tum etiam rebus uita carentibus. Purus oriens et non feruens, quemadmodum a Plinio scriptum est, serenum diem nunciat. Sol si pallidus, hybernam grandinem: si serenus occidit, ac rursus pridie serenus orientur, praesagium indubitatae serenitatis.

Vel sub nube latens.] Praesertim si ueluti iras superioris e loco solis globo immineat, ac eadem mox condatur.

Si rubeat sincerum.] Si ante exortum nubes rubeat, uenti erunt: si cum his nigra copulentur, miscentur uenti imbribus. si occidens, et rursus mane oriens rubeat, pluuias praesagit: at si nubes circa occidentem rubeant, serenum fore eum, qui sequetur.



Bedæ tom. 2. d. 1. Sipallu

Si pallidus in nigras nubes, aquilonem uentum.] Si à solis exortu nubes dextra ac sinistra dispelluntur, præsignum est uentorum cum imbris: aspera uerò tempestas, si cum pluuia occidit.

Luna quarta si rubeat.] Quarta luna maxime in præsignis obseruatur, si splendens ac puro nitore fulserit, serenitate: si rubea, uentos: si nigra, pluuia. pari modo obseruatur Luna quinta, sexta, septima, undecima, decima quinta, decima nona, uia gestimateria, uigesima septima, et interlunium.

DE PESTILENTIA. CAP. XXXVII.

Pestilentia nascitur ex aere uel siccitatis, uel caloris, uel pluuiarum intemperantia pro meritis hominum corrupto: qui spirando uel edendo perceptus luem mortemq; generat. Vnde sapiens omne tempus ætatis in procellas turbinesq; brumales uerti conspiciamus. Sed hæc cum suo tempore uenerint, tempestates: cum uerò alias, prodigia uel signa dicuntur.

SCHOLIA IN CAP. XXXVII. BEDÆ PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Pestilentia nascitur ex aere uel siccitatis, uel caloris, uel pluuiarum intemperantia.] Pestilentia unde nascatur, quemadmodum et alij euentus rerum naturalium, etiam à physice queritur, quanquam tota hæc disputatio ad medicos adijcienda sit, existimant multi uenenofo halitu ex terra coorto, quem sol dum uenenum feruet, in aera adducit, qui longe lateq; hoc ueneno infectus (infectus enim unus omnium et facillime et maxime) uicissim corpora non hominum modo, sed et quadrupedum et animum etiam hoc afflatu inficit, itaq; ad solem quem alius tamen medicum faciunt poetæ, huius luis causam referunt, uocantq; Apollinem à græco ἀπολλών, quod perdere significat. Sunt de hac re non inelegantes nec iniucundi uersiculi Lucretij poetæ in primis uetusti, quos adscribam, conueniunt enim cum hac sententia Bedæ.

LIBRO SEXTO.

Nunc ratio quæ sit morbis, aut unde repente Mortiferam possit cladem canflare coorta Morbida uis hominum generi pecudumq; cateruis, Expediam, primum multarum semina rerum Esse supra docui, quæ sint uitalia nobis: Et contra, quæ sint morbo mortiq; necesse est Multa uolare: ea cum casu sunt forte coorta, Et perturbarunt cælum, sit morbidus aer. Atq; ea uis omnis morborum pestilitasq; Aut extrinsecus, ut nubes, nebulæq; supernæ Per cælum ueniunt, aut ipsa sepe coorta De terra surgunt, ubi putorem humidæ nacta est Intempestiuis pluuijsq; et solibus ista. Nonne uides etiam cæli nouitate et aquarum Tentari, procul à patria quicumq; domoq; Adueniunt, ideo quia longè discrepant res. Nam quid Britannis cælum differre putamus, Et quid in Aegypto est qua mundi claudicat axis, Quid ni quod in Ponto est, differri et Gadibus, atq; Vsq; ad nigra uirum percoctaq; secla calore: Quæ cum quatuor inter se diuersa uidemus Quatuor à uentis, et cæli partibus esse, Tum color et facies hominum distare uidetur, Largiter et morbi generatim secla tenere.

DE NATURA AQVARVM DVPLICI. CAP. XXXVIII.

Aquarum duplici natura formantur et reformantur omnia quæ cernuntur in terra. Nam sal in mari conuenientes mortalibus fructus nutriunt in terris, et aere dulces aptius alendis fructibus, sicut sedandæ congruunt. Sed quæ harum naturalis sit queritur. Vtraq; autem deprehenditur, dum in alterutram refundi, hæc per marinorum holerum cineres, illa per humum diffusis fusis queant. maris uerò fructibus crebris terrarum spacia distinguuntur, ut gentium terminos intercludant, et alternis opibus omnes prouincias per commercia ditent.

SCHOLIA IN CAP. XXXVIII. BEDÆ PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Aquarum duplici natura formantur et reformantur omnia quæ generantur in terra.] Sequitur opinio

opinionem uetustissimæ Thales Milesij, qui numeratur inter septem sapientes: hic ut Aristoteles loquitur, humorem esse esse scripsit rerum omnium quæ sunt et quæ nascuntur in cælo et in terra, cum quo fabula consentit Homeri de Oceano patre Iliados X. Hic igitur alijs omnibus sub terra affunditur maribus, primum in ternis, ueluti à Plinio dictum est, Oceanum in terna maria allatit areb: hic reliquis omnibus generibus aquarum materiam suppeditat: at res alit deposita crassitie et austeritate, dum per are nas colatur, hoc est, ut ita dicam cribratur, unde fit ut omnibus dulces aquas reddat. Sunt enim flumina dulcia, unde non modo agri et stirpes alantur, sed animalibus quoq; potus sit, quapropter græcè dicta sunt πρῶτοι à potando flumina, et apud poetas potacula, quod eandem rationem respicit.


Maris uero fructibus.] Maiores regiones maribus distinguuntur: minores fluminibus, ut qui ad extras regiones penetrat maria transmittit, unde literæ et studia transmarina apud Hieronymum, pro Atheniensium et philosophorum apud eos scho-la. Et apud prophetam ex spiritu Dei maria laudantur usu nauigationis et commerciorum intra sese. Vtrum uerò mare sit et an naturaliter salsa, tum de flumiorum origine, uide Aristotelem libro primo μετεωρολογ.

DE AESTV OCEANI. CAP. XXXIX.

Aestus oceani lunam sequitur, tanquam eius aspiratione retrorsum trahatur, eiusq; impulsu retracto refundatur: qui quotidie bis adfluere et remeare, unius semper horæ dodrante et seminiuncia transmissa uidetur, eiusq; omnis cursus in Ladones et Malinas, id est, in minores aestus diuiditur et maiores. Sed Ladon à quinta et uicesima luna inchoans, quot horis occurrit, tot et recurrit. Malinas autem à XIII. et à XXVIII. incipiens, citior in accessu, sed tardior in recessu, septem diebus et quindecim horis perseuerat, in medio sui semper lunam primam et decimam quin-tam ostendens, et per æquinoctia uel solstitia solito ualidius exæstuat. Per octonos autem annos ad principia motus, et paria incrementa certissimo lunæ reuocantur ambitu: illa semper aquilonia tenente mitiores, quam cum in austros digressa propiore nisu uim suam exercet.

VETVS COMMENTARIVS.

Ista rota pertinet ad concordiam maris et lunæ, quæ si concordat maxima est, ut Beda docet in libro secundo de Temporū ratione. Nam aestus Oceani quotidie bis uenire et remeare perhibetur, in ortu scilicet et occasu lunæ. Ascensus autem ipsi in ladonas et malinas diuiduntur, id est in minores ac maiores aestus. Malina enim à maiore luna et ladona quasi læsa dicitur unda. Qui accensus quando incipiat, uel quantum temporis teneant signatur est in figura. Nam interior rotula, trium partium mundi habet nomina. Spacium quod extra hanc est, aeris terram undiq; cingentis, typum gestat: unde et uentorum per aerem flantium nomina habet. Exterior sane rota ætates lunæ habet, à prima usq; ad tricesimam. Subter hanc, quæ est linea circularis angustior, continens aquam, significat Oceanum, qui totum orbem circuit. At infra hanc ducta linea, numerum continet dierum, quibus accedunt uel recedunt præfati aestus. Vnde semper contra primum numerum est fortis signatum quota luna incipiat, quisq; eorundem accessuum ad malinæ uel ladonæ exortum.



SCHOLIA IN CAP. XXXIX. BEDÆ PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Superior commentarius recentioris est cuiusdam, quam illa antegressæ expositiones, quemadmodum facillè colligitur tum ex Bedæ tom. 2 d 3 sermone

sermonis habitu, tum ex tractatione ledon uel ledonæ & malinæ peregrinarum uocum, nos tamen schema & commentarium ut in uenimus in exemplari manuscripto, excudendum dedimus. Quod uero ad æstus attinet, (est enim hoc propter Ptolemæi Cosmographica, atq; propter physica annotandum) non esse ubilibet, nec loca eadem semper obtinere æstus. Est enim causa quedam ignea & occulta, qua undæ sic impelluntur, maxime in faucibus litorum, quæ usû longioris temporis sic euanescent, ueluti in arboribus & animalibus uitalis vegetatio paulatim emoritur. Hinc est quod quedam ueterum obseruata pro falsis atque incomperitis habeantur: quemadmodum Ptolemæus in litore Britannico, plures recenset quàm hodie in his litoribus inueniuntur: tum quæ de memorabili illo æstu inter Atticam & Eubœam (quem Euripum uocant Græci) longè aliter res deprehenditur nunc, atq; à ueteribus memoria mandatum est. In Ptolemæi tabulis, quia interpretis Græcæ dictionem non uertit (quod tamen commodè fieri potuisset) Græcæ dictionis ignarus, eo loci oppidum eius nominis positum arbitratur. Aristoteles autor est (quanquam à quibusdam scribatur eum doctoris impatientia uictum, quod in Euripo reciprocationis causam inuenire nequiret, in mare hoc præcipitem sese dedisse, adiecta causa mortis, quam ijs uerbis prodidit: Aristoteles Euripum capere nequiuit, at ipse capiet Aristotelem) hanc reciprocationem uenire ex occultis flatibus, qui aere in cavitatibus horum locorum constricto, expellantur. Fieri enim putat maxime in locis angustis, & ubi litora ex aduerso facto concursu, fretum efficiunt. Nam in loci angustia motus primum & maxime deprehenditur, qui in uago pelago propter latitudinem in immensum spargitur ac sic euanescat. Vide Aristot. lib. 2. Meteorologie.

Et per æquinoctia uel solstitia solito ualidius æstuant. Et hoc naturale est, quandoquidem quod Aristoteles quoq; scriptum reliquit, hæc temporum permutationis æra commouent propter uiolenta sidera, quæ sunt in Aricte & Orione, uide rursus Aristotelem libro secundo Meteoron.

CVR MARE NON CRESCAT. CAP. XL.

Quod mare fluuioꝝ accursu non augetur, dicunt naturaliter falsis uadis fluentiũ dulce consumi, uel uentis aut uapore solis abripi, ut in lacis lacunisq; probamus, in breui momento desiccatis, uel etiam occulto meatu in suos refluere fontes, & solito per suos amnes gressu recurrere: marinis autem aquis dulces superfundit, utpote leuiores: ipsas uero ut grauioris naturæ, magis sustinere superfusas.

GLOSSAE IN CAPVT XL. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti authoris.

Quod mare fluuioꝝ accursu non augetur, dicunt naturaliter falsis uadis fluentium dulce consumi. Virum uentorum spiritu aquæ erigantur, an lunari cursu increcant, an sole trahente decrecant: hoc Deo soli cognitum est, cuius & opus mundus, soliq; omnis mundi ratio nota est. Oceani autem magnitudo incomparabilis, & intranſueabilis latitudo perhibetur. Mundi philosophi aiunt, quod post oceanum terra nulla sit, sed solo denso aere nubili contineatur mare, sicut & terra subterius. Salomon autem dicit: Ad locum autem unde exeunt flumina, reuertuntur. Unde intelligitur, mare non crescere, quod etiam per quosdam occultos meatus aquæ reuoluit in fontes suos refluant, & solito cursu super suos amnes recurrant. Mare propterea factum est, ut omnium cursus fluminum recipiat. Cuius cum sit altitudo diuersa, indiscreta est tamen dorſi eius æqualitas. Unde & æquor appellatum creditur, quod superficies eius æqualitas sit. Physici autem dicunt, mare altius esse terris.

SCHOLIA IN CAPVT XL. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Salsis uadis fluentum dulce consumi. Scilicet præ calore, quod idem & cineres efficiunt.

Vapore solis absumi. In hac sententia est Aristoteles libro secundo Meteorologie.

Lacis lacunisq;. Id est lacubus, utroque enim modo dicitur. Est hoc uidere in paludibus, quæ hyberno imbre stagnantes, æstate à sole desiccantur.

Vel etiam occulto meatu in suos refluere fontes. Quemadmodum scriptum est in Ecclesiaste: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum enim unde exeunt flumina, reuertuntur, ut iterum fluant.

CVR SIT AMARVM. CAP. XLI.

Mare idcirco dicunt salsum permanere, tot fluminibus ac pluuijs irrigatum, quod exhausto à sole dulci tenuiq; liquore, quem facillimè trahit uis ignea, omnis asperior crassiorq; linquatur. Ideoq; summam æquorum aquam dulciorem esse profunda. Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum esse, sicut solis in mari.

SCHOLIA IN CAP. XLI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum esse, sicut solis in mari. Ex eorum opinione loquitur, qui sidera & stellas ignes arbitratur, ac ali humores à terris ac maribus in sublime raptis: quod existimant pleriq; ex Homeri fabula originem duxisse, in iliade enim recenset Iouem cum reliquis dijs ad Aethiopas profectum epularum gratia. Physicè intelligitur è loco nox, quæ sidera & sol potissimum in Oceanum cadere uidentur, super hac opinione uide apud Strabonem libro primo.

DE

DE RUBRO MARI. CAPVT XLII.

Mare rubrum nomen à roseo colore trahit, quem tamen non naturaliter habet, sed uicinis litoribus, quæ sanguineo colore rubent, inficitur. Ideoq; inde Minium, & alij colores picturarum, rubræq; gemmæ leguntur. Scinditur autem in duos sinus: quorum Persicus Aquilonem, Arabicus petit occidentem, qui c. xv. passibus distat ab Ægyptio mari.

SCHOLIA IN CAP. XLII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Mare rubrum à roseo colore nomen accepit, quem tamen non naturaliter habet. Rubrum mare, hoc est sinum Arabicum, Græci uocant ἑρυθρὸν θάλασσαν seu quod Erythras rex in his locis imperauerit, seu quod aquas habeat rubras. rubrum enim Græci uocant ἑρυθρὸν scriptorum alij de ratione nominis ambigunt, ut Pomponius Mela lib. 3. alij à reage nomen inditum uideri uolunt: in qua sententia est Herodotus in Melpomene. Cum Pomponio quoq; sentit Plinius. Vulgarior sententia est (quam confirmant peregrini, qui ad ea usq; loca per terram sanctam penetrarunt) colorem quidem uideri rubrum: uerū hūc esse ex harene & fundi rubedine, quæ per undas alioqui claras, minimeq; infectas pelluceat. Vide multa de hoc mari apud Strabonē lib. 16. Magnorum animalium ac beluarum magis quàm alterius ferax: cuius rei ab Aristotele redditur ratio & in Problematis, & in libello de Longitudine & breuitate uitæ. Mare hoc in sacris literis Israelitarū reditu ex Ægypto in iudæā nominatissimū est.

DE NILO. CAPVT XLIII.

Nilo flumine, quod inter ortum solis & Austrum enascitur, pro pluuijs utitur Ægyptus, propter solis calorem imbres & nubila respuens. Mense enim Maio, dum ostia eius, in quibus in mare influit, Zephyro flante, undis eiecctis harenarum cumulo præstruuntur, paulatim inturmescens, ac retro propulsus, plana irrigat Ægypti: uento autem cessante, ruptisq; harenarum cumulis, suo redditur alueo.

SCHOLIA IN CAP. XLIII. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.

Nilo flumine. Hic fluuioꝝ omnium quos terra habet notos, est maximus. Aristoteles cum ex argenteo monte (quem Ptolemæus lib. 4. de Cosmographicis rebus montem lunæ appellat) primo ἄρμετρεσσύνη, de fluuioꝝ origine nasci scribit, qui ultra Aethiopiam est, uersus Prassum promontorium: fluuius iuxta eximius, ac naturæ maxime admirabilis. Seruius scribit hunc antedictum fuisse Melonem, deinde Nilum, quasi νεῖλον ἁλιδῶνα. Originem eius, quia nihil certi habuere ueteres, incertam fecerunt, unde est illud Luciani in decimo Phasalie: Arcanum natura caput non prodidit ulli. Nec licuit populis paruum te Nile uideri.

AQRVIS TERRAM NECTI. CAPVT XLIIII.


Aqua creator orbem medio ambitu præcinxit, quæ ex omni parte in centrum terræ uergeret, ut interiora nitens decidere non posset: ut cum terra arida & sicca constare per se ac line humore nequiret: nec rursus stare aqua, nisi sustinente terra, mutuo amplexu iungerentur, hac si nus pendente, illa uero permeante totam intra, extra, supra, infra, uenis ut uisculis discurrentibus, atq; etiam in summis iugis erumpente.

Quæ sequuntur, sic in ueteri commentario inuenimus, quæ quoniam erudita sunt, & ab eruditissimis scriptoribus sumpta, non existimabam esse omitenda.

Refusio Oceani per orbem quartæ partis totius terræ.

Zona terræ perusta, quam undique sursum ac deorsum circumfluit Oceanus: qui à suis duabus extremitatibus, oriente scilicet & occidente, in septentrionem & austrum refunditur: qua refusione reumata, id est, ebullitiones maris fieri uidentur.

Omnis terra quæ colitur à nobis, parua quædam est insula: quia & singulæ de quatuor habitationibus, parua quædam efficiuntur insulæ, oceano bis eas ut uides ambiente, ex quo omnia maria orta pro adiacentibus regionibus sumunt sibi nomina. Nam si attendas superficiem nostræ insulæ, alteram e contra deorsum potes intelligere: & rursus trans zonam torridam, debes intelligere superiorem & inferiorem insulam habitabilem.



d 4


TERRAE

Terra fundata est super stabilitatē suam: abyssus sicut pallium amictus eius. Sicut enim ignis sedes non est nisi in ignibus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu: sic & terræ coherētibus cunctis in se locus non est, naturā cohibente, & quo cadat negante. Quæ in centro uel cardine mundi sita, humillimum in creaturis, ac medium tanquam gratissima, locum tenet cum aqua, aer, & ignis ut leuitate naturæ, ita & situse ad altiora præueniant.


GLOSSAE IN CAP. XLV. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: incerti authoris.

Terra fundata est super stabilitatem suam: abyssus sicut pallium amictus eius.] Qualiter terra super aerem fundata libratis creditur stare ponderibus, sic dicit beatus Ambrosius: De terræ autem qualitate siue positione sufficiat secundum scripturam Iob. Sciendum, quia suspendit terram in nihilo. Philosophi quoque similiter opinantur aere denso terram sustentari, & esse in modum spongiæ, atque in medio aeris mole sua immobilem pendere, sicque ut æquali motu hinc atque inde ueluti alarum suffulta remigis, ex omni parte librata propendeat: quia scribitur, Qui fundauit terram super aquas, uel quomodo aer mollis & tenuis molem possit sustentare terrenam, aut super aquas stat tam immane pondus: quomodo non demergitur, aut quomodo æquitatis libram teneat, ne in alteram partem propensa incumbat. hoc nulli hominum mortalium scire fas est, nec nobis discutere atque perscrutari licet cuiquam tantæ diuinæ artis excellentiam: dum constat eam lege maiestatis Dei ac super nubes stabilem permanere. Quis enim, inquit Salomon, sufficiat enarrare opera illius, aut quis inuestigauit magnalia eius? Ergo quod mortalium naturæ secretum est, diuinæ potentie relinquendum est.

Vetus commentarius qui sequitur, ostendit aquæ superficiem esse sphericam, atque terram ipsam esse globum.



Maris & totius aquæ, cum est in tranquillitate stabilis, forma apparet globosa, quare si ponamus aquæ superficiem planā & indirecta linea positam, ut est ABΓ, & à puncto terræ, id est K, ducatur linea KB. Cōiungantur autem lineæ KA, & KΓ, quæ singulæ tanto sunt maiores media, id est KB, quantum est AB, ad H. Igitur tranquillæ aquæ per AHΓ ubique curuatur.



Sphæra terræ adscripta sunt ABCD. circa hanc sit aeris orbis, cui adscripta sunt EFGLM. Et utrunque orbem, id est terræ & aeris diuidat linea ducta ab E usque ad L: erit superior ista, quia possidemus & illa sub pedibus. Nisi ergo caderet omne pondus in terram, paruam nimis imbrium partem terra susciperet ab A usque C. Latera uero aeris humorem suum in cœlum ducerent, restat ut ex omni parte aeris humor influat terris.

TERRAM


ORbem terræ dicimus, non quod absoluti orbis sit forma, in tanta montium camporumque dispersitate, sed cuius amplexus, si cuncta linearum comprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat. Inde enim fit, ut septentrionalis plagæ sidera nobis semper appareant, meridiana nunquam: rursumque hæc illis non cernantur, obstante globo terrarum. Septentriones non cernit Troglodytice, & confinis Aegyptus, nec Canopum Italia: quamuis eiusdem orbis penè dimidio maior pars ab oriente ad occasum, quam à meridie ad septentrionem habitetur: hic calore, illic rigore prohibente accessum.

SCHOLIA IN CAP. XLVI. BEDAE PRESBYTERI, De natura rerum: auctore Ioanne Nouiomago.

Septentriones non cernit confinis Troglodytice, nec confinis Aegyptus.] Troglodytæ græcè dicuntur, quod pro domibus antra habitent, sic exigente caloris uehementia. Horum alij sunt in Asia, alij de quibus hoc loco mentio fit, in Africa interiore ultra Aegyptum in torrida zona, & ultra æquinoctialem circulum, uide descriptionem Ptolomæi.


Nec Canopum Italia.] Canopus Menelai nauclerus fuit, quidum in Aegyptum nauigarent Græci, ad repetendam Helenam, submersus est in Nili ostio, quod hinc Canopicum uocatur. Hic relatus est inter sidera, ac constitutus in uauis Argo, sed hanc partem regiones septentrionales non uident, idem de hac stella est apud Aristotelem & Plinium. Sed sunt & alia argumenta, quibus efficitur terram esse globum: luna uidelicet eclipsis, quæ fit per menocides figuras & æquæ uersus, unde constat unam esse esse Pyramidem, quæ ex nulla alia materia prouenit, nisi globata, id quod uetus commentarius hoc schemate proposuit.

Hanc figuram in commentario sequebatur ea, quam hic quoque statim adiecit, in qua demonstratur terram eisdem circulis distingui, quibus cœlum: sumptum autem est ex Macrobij commentario, super Scipionis somnium.



QUOMODO QVINQVE ZONAE CŒLI SVPERIACENT quinque Zonis terræ.

Orbis terræ est cui hic adscriptæ sunt literæ ABCD. Quomodo uero ducantur lineæ inter literas, quæ in circuitu prædictarum sunt uides. Nam spacia duo aduersa sibi, id est à C in I septentrionum, & à D in F, australium intelliguntur pruina obriguisse perpetua. Siquidem id ostendunt lineæ ab I in G, & ab F in E. Inter hos extremos cingulos & medium, sunt duæ mortalibus concessæ, ab I scilicet in N, & ab F in L. Ab his quoque ducuntur lineæ, ostendentes zonas ab N in M, & ab L in K. Nam inter I & N æstiuæ: inter L & F hyemalis constat, quæ utraq; alitersecus frigoris & calor temperie gaudent, quoniam ab N in L semper sole rubet. In interiore quoque rota, quæ hanc præcedit quinque zonas terræ, superiacent quinque zonæ cœli, quæ omnes distinguuntur literis, sicut hic prædictus terræ orbis. Est enim cœli sphaera ABCD, & intra se claudit sphaeram terræ SXTV. His depictis constat singulas partes terræ à singulis cœli partibus super uerticem suam positis qualitatem mutuari.



DE CIRCULIS TERRAE. CAP. XLVII.

Octo circulis terra pro dierum uarietate distinguitur. Primus ab Indiæ parte Australi, per rubri maris accolas, & Africæ maritima, ad columnas Herculis peruenit. Quo æquinoctij die medio gnomon VIII. pedum, umbram IIII. pedes longam reddit. Dies uero longissimus XIII. æquinoctiales habet. Secundus ab occasu Indiæ per Medos uadit & Persas, Arabiâ, Syriam, Cyprum,





æstivalis umbra 12.55. æquinoctialis 43.50. brumalis 103.20.

Duodecimus est parallelus, in quo 14.45. maximus dies horarum æquinoctialium est: hic ab æquinoctiali 38.35. gradibus distat, & scribitur per Smyrnæ: hic qualium quomodo est 60. talium æstivalis umbra 15.20. æquinoctialis 47.50. brumalis 114.55.

Tertiusdecimus est parallelus, in quo maximus dies est horarum 15. æquinoctialium: hic ab æquinoctiali 40.56. gradibus distat, & scribitur per Hellepontum. hic qualium gnomon est 60. talium æstivalis umbra est 12.30. æquinoctialis 52.10. brumalis 127.50.

Quartusdecimus est parallelus, ubi maximus dies 15.35. æquinoctialium horarum: hic distat ab æquinoctiali gradibus 43.5. & scribitur per Mafsiliam. hic qualium gnomon est 60. talium est æstivalis umbra 20.50. æquinoctialis 55.55. brumalis 140.15.

Quintusdecimus est parallelus, ubi maximus dies 15.30. æquinoctialium horarum, distat ab æquinoctiali gradibus 45.1. & describitur per medium Pontum: hic qualium gnomon est 60. talium æstivalis umbra est 23.15. æquinoctialis uero eorundem 60. brumalis 155.15.

Sextusdecimus est parallelus, sub quo maximus dies 15.45. horarum æquinoctialium est: hic ab æquinoctiali 46.51. gradibus distat, & scribitur per Danubij amnis fontes, hic qualium gnomon est 60. talium æstivalis umbra est 25.30. æquinoctialis 63.55. brumalis 171.35.

Decimusseptimus parallelus, ubi cuncti maximus dies 16. horarum æquinoctialium est: hic ab æquinoctiali 48.23. gradibus distat, & scribitur per hostia Borysthenis. hic qualium gnomon est 60. talium est æstivalis umbra 27.30. æquinoctialis 67.50. brumalis 188.35.

Decimusoctauus est, ubi cuncti maximus dies 16.15. horarum æquinoctialium est: hic ab æquinoctiali 50. gradibus distat, & scribitur per mediam Meotida paludem. hic qualium gnomon est 60. talium est æstivalis umbra 29.55. æquinoctialis 71.20. brumalis 208.20.

Decimusnonus parallelus est, in quo maximus dies 16. horarum 30. æquinoctialium est: hic ab æquinoctiali 51.35. gradibus distat, & scribitur per australissimam Britaniæ. hic qualium gnomon est 60. talium æstivalis umbra 31.25. æquinoctialis 75.25. brumalis 229.20.

Vigésimus est parallelus, sub quo 16.45. horarum æquinoctialium maximus dies est: hic ab æquinoctiali 52.50. gradibus distat, & scribitur per Rheni fluij hostia: hic qualium gnomon est 60. talium æstivalis umbra 33.20. æquinoctialis 69.5. brumalis 253.10.

Vigésimus primus est parallelus, ubi maximus dies 17. horarum æquinoctialium est, iste ab æquinoctiali 54.1. gradibus distat, & scribitur per Tanaidos fluij hostia: hic qualium gnomon est 60. talium est æstivalis umbra 34.55. æquinoctialis 82.35. brumalis 278.45.

Vigésimus secundus parallelus est, in quo maximus dies 17.15. horarum æquinoctialium est, iste 55. gradibus distat ab æquinoctiali, & scribitur per Brigantium magnæ Britanniæ: hic qualium gnomon est 50. talium est æstivalis umbra 36.15. æquinoctialis 85.20. brumalis 304.30.

Vigésimus tertius est parallelus, ubi maximus dies 17.30. horarum æquinoctialium est, iste ab æquinoctiali 56. gradibus distat, & scribitur per mediam Britanniam magnam, hic qualium gnomon est 60. talium æstivalis umbra est 37.20. æquinoctialis 88.50. brumalis 335.15.

Vigésimus quartus parallelus est, sub quo maximus dies 17.45. horarum æquinoctialium est: iste ab æquinoctiali 57. gradibus distat, & scribitur per caturactoriū Britannia, hic qualium gnomon est 60. talium æstivalis umbra 39.20. æquinoctialis 92.25. brumalis 372.40.

Vigésimus quintus parallelus est, ubi maximus dies 18. æquinoctialium horarum est: iste ab æquinoctiali 58. gradibus distat, scribitur per parua Britannia australia, hic qualium gnomon est 60. talium est æstivalis umbra 40.44. æquinoctialis 96. brumalis 419.5.

Vigésimus sextus parallelus est, ubi maximus dies horarum est æquinoctialium horarum 18. M.30. Iste ab æquinoctiali 59.30. gradibus distat, & scribitur per mediam Britanniam parua. Nō sumus hic usi incremento quartæ partis horæ unius, tum quoniam crebriores hic paralleli fiant, tum quoniam eleuationum differentia ne integri quidē unius gradus colligatur: & ad hæc quia non similiter nobis in borealioribus scrutanda sunt omnia, propterea & proportionum umbrarū ad gnomones, superfluum putauimus in separatim reconditis locis apponere.

Vbi ergo dies maximus 19. horarum æquinoctialium est, ille parallelus 61. ab æquinoctiali gradibus distat, & scribitur per borealia parua Britannia.

Vbi autem maximus dies 19.30. æquinoctialium horarum est, ille parallelus 62. gradibus ab æquinoctiali distat, & scribitur per insulas quas Ebudas nominant.

Vbi autem maximus dies 20. horarum æquinoctialium est, ille parallelus 63. gradibus distat ab æquinoctiali, & scribitur per Thylem insulam.

Vbi uero maximus dies horarum 21. æquinoctialium est, ille parallelus 64.30. gradibus distat ab æquinoctiali, & scribitur per Scythicas gentes ignotas.

Vbi maximus dies horarum est æquinoctialium 22. ille parallelus 65.30. gradibus distat ab æquinoctiali.

Vbi maximus dies horarum est æquinoctialium 23. ille parallelus ab æquinoctiali 66. gradibus distat.

Vbi autem maximus dies 24. horarum æquinoctialium est, ille parallelus distat ab æquinoctiali gradibus 68.40. Hic primus eorum est qui perisicij, hoc est latine circumbratiles appellantur: in æstiuæ

in æstuali tamen solstitio duntaxat sole non occidente, ad omnes horizontis partes Gnomonis umbra uertuntur: hic æstualis tropicus parallelus semper, Brumalis uero nunquā apparet, ambo enim permutatim horizontem tangunt. Obliquus autem circulus, qui per medium signorum est, quando uerum æquinoctiale punctum oritur, idem fit cum horizonte: si quis uero contemplationis causa uniuersaliora borealiorum declinationum accidentia querat, is inueniet ubi eleuatio poli graduum 67. M.15. ferè est, ibi nequaquam zodiaci gradus, siue orbis signorum partes ad utramque æstualis solstitij partem occidere: ita ut dies maxima & umbrarum ad omnes horizontis partes circunductio, mensura ferè fiat. Hæc quoque facile per iam expolitam obliquationis tabulam intelliguntur. Nam quemcunque distare ab æquinoctiali gradibus parallelum inueniemus, qui uerbi gratia 15. gradibus ab utraque tropici parte intercipiat, quicquid tunc aut semper, aut nunquam apparet, cum intercepta eius circuli parte, qui per medium signorum est, tot profecto gradibus ab 90. unius scilicet quartæ partis, borealis poli eleuatio deficiet.

Vbi autem eleuatio poli 69.30. graduum est, ibi 30. gradus ex utraque solstitij æstualis parte solem non occidere quisquam inueniet: ita ut duorum proximè mensium maximus dies, & Gnomones circumbratiles eodem tempore fiant.

Vbi eleuatio poli 73.20. graduum est, ibi 45. gradus ex utraque solstitij æstualis parte non occidere quisquam inueniet, ita ut maximus Gnomones perisicij ad trium mensium proximè spacium extendatur.

Vbi eleuatio 78.20. graduum est, ibi ex utraque solstitij æstualis parte 60. gradus non occidere quisquam inueniet: ita ut maximus dies & umbrarum circunductio ad mensium quatuor spacium procedat.


Vbi eleuatio poli 84. graduum est, ibi ex utraque solstitij æstualis parte 75. gradus non occidere quisquam inueniet, ita ut quinq; maximus dies mensium ferè fiat & Gnomonum umbræ eodem tempore circunductantur.

Vbi uero totius quartæ partis 90. gradibus borealis polus eleuatur ab horizonte, ibi borealior æquinoctialis, semicirculus signiferi: hoc est, circuli qui per medium signorum est medietas, nunquam sub terra fit Australior, nunquam super terram: ita ut dies unus & nox una anni spacij sint sex proximè mensium, gnomones uero semper perisicij sint. Huius declinationis propria sunt ut borealis polus super uerticem sit: & obliquus quidem tum semper tum nunquam apparet situm accipiat, & borealis semisphærium situm super terram Australis sub terra semper efficitur, æquinoctialis uero situm habeat horizontis.

## GNOMICA DE IISDEM. CAPVT XLVIII.

Vmbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore, æquinoctij die paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest umbra. In oppido Ancona superest quinta tricesima. In parte Italiae quæ Venetia appellatur, isdem horis umbra gnomoni par fit. Simili quidem modo est super Alexandriam V. milibus stadiorum, solstitij die medio nullam umbram facit. Sicut & in India supra flumen Hypasim: quod & apud Troglodytas XLV. ante & post solstitium die fieri dicunt medijs XC. diebus in meridiem umbra sita. Sed & in Meroe insula Nili, V. milibus stadiorum à Syene bis in anno absumi umbras, sole duodecimam partem Tauri, & quartamdecimam Leonis obtinente.

## SCHOLIA IN CAP. XLVIII. BEDÆ PRESBYTERI, De natura rerum: authore Ioanne Nouiomago.



Vmbilici quem gnomonem appellant.] Gnomonica inueniuntur à radijs solis, stylo ad perpendicularum à planitie secundum rectum angulum erecto, qui dum est in lumine umbram necessario facit, quæ ratio ad horologiorum descriptionem et mundi inclinationem et cosmographiam sanè necessaria est. Sit itaque in proposito schemate umbilicus, id est, stylus erectus A B, quæ

qui splendente sole facit umbram, humili quidem sole longam, sublimi breuem. Sit itaque sol in D, radius à contactu umbilici ubi est A, descendit in G, efficiens umbram B G, dimidio breuiorem, stylus enim sit pedum lx, umbra xxx. talis die æquinoctiali fit (solè semper intelliges in meridie) in Aegypto, eadem fit die solstitiali apud Coloniã Agripinensium. Eodem die in oppido Syene nulla fit umbra, in meridie enim erit sol in A, radius uerò recta descendit in B, quæ ratio umbrarum, uergentibus ad meridiem & æquilonem continuo mutatur, ueluti Germaniæ plerisque locis hyberna umbra erit B C, sol enim erit in F. Dum autem sol est in E, fit umbra H B, duodecima parte longior, quam umbilicus, quod fit Coloniæ die æquinoctiali.

Duodecimam partem tauri & quartamdecimam leonis.] Quemadmodum ex signorum partibus antistis constat, hoc sic fieri nequit. Duodecima enim pars tauri antistiam habet decimam octauam leonis non quartamdecimam, ueluti inferius copiosius docebimus de antistis signorum. Legitur & apud Plinium aliter, sed neq; hoc ad recentiorum partium distinctionem quadrat. Vide inferius de æquinoctio.

## DE TERRÆ MOTV. CAPVT XLIX.

TERRÆ motum uento fieri dicunt, eius uisceribus instar spongiæ cauernosis incluso, qui hanc horribili tremore percurrans, & euadere nitens, uario murmure concutit, & se tremendo uel dehiscendo cogit effundere. Vnde caua terrarum his motibus subiacent, utpote uenti capacia: hærensia autem & solida carent. Neq; enim fiunt, nisi cælo marique tranquillo, & uento in uenas terræ condito. Et hoc est in terra tremor, quod in nube tonitruum: hocq; hiatus, quod fulmen. Fiunt simul cum terræ motu & inundationes maris, eodem uidelicet spiritu infusi, uel re sidenti sinu recepti.

## GLOSSAE IN CAP. XLIX. BEDÆ PRESBYTERI, De natura rerum: incerti authoris.

TERRÆ motum, uento fieri dicunt, eius uisceribus instar spongiæ cauernosis inclusa. Terra motus autem illic fieri solet, ubi caua terrarum sunt, in quibus uenti ingrediuntur, & faciunt terræ motum. Nam ubi arenosa est aut solida, non ibi fit terræ motus. Huius autem terræ motatio pertinet ad iudicium, quando peccatores & terreni homines spiritu oris Dei concussi, commouebuntur. Item: Terræ commotio, hominum terrenorum ad fidem est conuersio, unde scriptum est: Pedes steterunt, & commota est terra, utiq; ad credendum.

## INCENDIUM AETHNAE. CAPVT L.

TERRÆ Sicilia, quæ cauernosa & sulphure ac bitumine strata, uentis penè tota & ignibus patet, spiritu introrsus cum igne concertante, multis sæpè locis fumum, uel uapores, uel flammam eructat, uel etiam uento acrius incumbente, harenarum lapidum moles egerit. Inde montis Aethnae ad exemplum gehennæ ignium tam diutinu durat incendium, quod insularum Aeolidum dicunt undis nutriri, dum aquarum concursus spiritum secum in imum profundum rapiens, tam diu suffocat, donec uentis terræ diffusus fomenta ignis accendat. Hinc Scyllæi canes latrare finguntur, dū procul nauigantes undarum fremitu terrentur, quas sorbente uoragine colliditæ stus.

## DIVISIO TERRÆ. CAPVT LI.

TERRARUM orbis uniuersus, oceano cinctus, in tres diuiditur partes: Europam, Asiam, Africam. Origo ab occasu solis, & Gaditano freto, qua irumpes oceanus Athlanticus in maria interiora effunditur: hinc intranti dextra Africa, laeta est Europa, inter has Asia magnitudine compar est alijs duabus. Terminum sunt amnes Tanais & Nilus. xv. passuum in longitudine quas diximus fauces Oceani patent: v. in latitudine. Europa ergo ab occidente usq; ad septentrionem, Asia uerò à septentrione per orientem usq; ad meridiem, atque inde Africa à meridie usque ad occidentem extenditur.

## GLOSSAE IN CAPVT LI. BEDÆ PRESBYTERI, De natura rerum: incerti authoris.

Terrarum orbis uniuersus Oceano cinctus, in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam. Terra, ut testatur Eginus, mundi media regione collocata, omnibus partibus æquali desinens interuallo, centrum obtinet. Oceanus autem regione circumductionis sphaeræ profusus, propè totius orbis alluit fines. Itaq; & signa occidentia in eum cadere existimantur. Regio autem terræ diuiditur trifarie: è quibus una pars Europa, altera Asia, tertia Africa uocatur. Europam igitur ab Africa diuidit mare, ab extremis Oceani finibus, & Herculis columnis. Asiam autem & Libyam cum Aegypto determinat ostium Nilus fluminis, quæ Canopicon appellatur. Asia autem, ut ait beatus Augustinus, à meridie per orientem usque ad septentrionem peruenit: Europa uerò à septentrione usque ad occidentem, atque inde Africa ab occidente usque ad meridiem. Vnde uidentur orbem dimidium due tenere, Europa & Africa: alium uerò dimidium sola Asia. Sed ideo illæ due partes sunt, quia inter utrunque ab oceano ingreditur, quicquid aquarum terræ interluit, & hoc mare magnum nobis facit. Totius autem terræ mensuram geometrici, centum octuaginta milium stadiorum aestimauerunt. Ambrosius in libro Hexameron: Cælum legimus, cælum accipiamus, Terram legimus,

mus, terram intelligamus frugiferam. Quid mihi querere quæ sit eius mensura circuitus, quam geometria centum octuaginta milium stadiorum aestimauerunt? Libenter me fateor nescire quod nescio, imò nescire, quod scire nihil proderit. Quemadmodum possumus comprehendere, quod impossibile esse hominibus scriptura demonstrat, dicente Domino: Quis mensus est manu aquas & cælum palmo, & uniuersam terram clausa manu?

Marginibus ternis tellus hæc cingitur omnis,  
Obliquatq; latus per cunctas linea partes,  
Indorum terras, hinc Thetios æquora claudunt,  
Quas primo Titan ascendens lumine cernit:  
Hesperios fines, inmanis terminat Indus,  
Ad Thülen ueniens, qui nocte dieq; relucet.



## LIBRI DE NATURA RERVM, FINIS.

# VENERABILIS BEDÆ

presbyteri, Anglosaxonis, in librum  
De Temporum ratione,  
Præfatio.



De natura rerum, & ratione temporum, duos quondam stricto sermone libellos discentibus, ut rebar, necessarios composui. Quos cum fratribus quibusdam dare atq; exponere cœpisssem, dicebant eos breuius multo digestos esse quam uellent, maxime ille De temporibus. Cuius propter rationem Paschæ potius uidebatur usus indigere: suadebantq; mihi, latius aliqua de temporum statu, cursu, ac fine differere. Quibus concitus parens, perspectis patrum uenerabilium scriptis, prolixiorum de temporibus librum edidi, prout ipso largiente potui, qui æternus permanens, tempora quando uoluit constituit, & qui nouit temporum fines: imò ipse labentibus temporum curculis, finem cum uoluerit imponet. In quo uidelicet opere, ne quem forte offenderet, quod Hebraicam magis ueritatem, quam LXX translatorum editionem in seculi præcedentis serie secutus sim: & illam quoq; per omnia quoties discrepare uidebatur inserui, ut legens quisq; simul utrunq; conspiciat, & quod amplius sequendum putat eligat. Fixa autem mihi stat sententia, quam à nullo prudentium redarguendam autumo, ut sicut reuerendissimus eiusdem Hebraicæ ueritatis interpres obrectatoribus sui operis: non damno, inquit, non reprehendo LXX, sed omnibus his Apostolos præfero: ita & ego confidenter profiteor, quia non reprehendo ueteres Chronographos: qui translationem LXX interpretum modo secuti esse, modo prout libuit præbantur habuisse contemptui, sicut etiam in processu huiusce opusculi nostri monstrabitur, sed omnibus his Hebraicæ ueritatis integram præfero puritatem, quam præ eminentissimi doctorum, Hieronymus in libris Hebraicarum quæstionum: Augustinus in libris De ciuitate Dei, Eusebius ipse Chronographus in tertio historiae Ecclesiasticæ libro: ex uerbis Iosephi historici, aduersus Appionem Grammaticum scribentis, breuiorem temporum seriem, quam in LXX. editione uulgo fertur continere comprobant: neq; hanc amplius sequendam, etiam hi qui LXX. magnis diuinisq; laudibus ad cælos tollunt, dubitant: quorum quisq; dicta perspexerit, credo mox nostro labori carum Bedæ tom.

lumniam facere desisset, si non hunc tamen liuidis, quod absit, contemplatur obtutibus. Verum utcumq; ferant, hæc mea scripta legentes, primo editum pro captu meo libellum, tibi dilectissime abbas Huchercte percurrendum offero: multum deprecans, ut si quid in eo tu uituperabile deprehenderit, statim mihi corrigendum insinues. At ubi ordinate ac rationabiliter actum uideris, mecum Deo qui donauit, & sine quo nihil possumus facere, deuotus gratias agas. Si quem sane uel illud offendit, cur aliquid de huiusmodi negotio tentare præsumpserim: quare de his quæ sparsim in ueterum scriptis inueniri poterant, ipse nouum opus condere studuerim, audiat, dicente sancto Augustino: quia ideo necesse est plures à pluribus fieri libros diuerso stylo, non diuersa fide, etiã de quæstionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa peruenit: ad alios sic, ad alios autem sic. Audiat & me pro me simpliciter respondentem: cui displicet, uel superfluum uidetur, quod hæc rogatu fratrum undecumq; collegi, uniusq; libelli tenore conclusi, dimittat ea legenda: si quis uelit, & ipse de communibus patrum fontibus, quæ libi suisq; sufficere arbitretur hauariens, mecum nihilominus debita fraternitatis intemerata iura custodiat.

### Ad Lectorem.



**M**ors est scriptorum, ut in initijs librorum tria ponant: personam uel delictum, locum & tempus: ideoq; hæc tria requirenda sunt. Persona dicitur, eo quod per se sonat: id est per se sonando se ipsam demonstrat. Locus dicitur à locando, eo quod ibi aliquid collocetur. Est autem locus, situs uel positio: quia quicquid corporeum est, loco continetur, & non potest esse nisi in loco: id est, quicquid dextrum & laeuum, ante & retro, supra & subtus habet, locale & corporeum est. quod autem his caret, incorporeum & illocale, id est spirituale est.

Quid sit tempus, inuenies capitulo primo. Locus est, monasterium beatorum apostolorum Petri & Pauli, quod est ad ostium Viuri amnis, & iuxta amnem Tinam, in loco qui uocatur Ingruum: quod etiam beatus pater Bist, cognomento Benedictus, construxit, cum cooperatore ac socio eiusdem operis Ceolfrido, qui post ipsum Benedictum, ipsius monasterij abbas per triginta annos extitit. Tempus magni Caroli, filij Pippini, filij Ansigisi, qui genuit Pippinū patrem Caroli. Persona BEDA, qui ut ipse in sequentibus demonstrat, gentis Anglorum indigena fuit. Est igitur quedam Oceani insula, cui quondã Albion nomen fuit, & modo Britannia dicitur, inter septentrionem & occidentem locata, Germania, Gallia, Hispania, maximis Europæ partibus multo interuallo aduersa. Hæc in præsentia iuxta numerum librorum, quibus lex diuina scripta est, quinq; gentium linguis, unam eandemq; summæ ueritatis & ueræ sublimitatis scientiam scrutatur & confitetur, Anglorum uidelicet, Britorum, Scotorum, Pictorum & Latinorum, quæ meditatione scripturarum cæteris omnibus est facta communis. Interpretantur autem Angli secundum beatum Gregorium, quasi angeli, ob pulchritudinem corporum. De quorū scilicet Anglorum prosapia, Venerabilis Beda originem duxit: qui natus in territorio prædicti monasterij, cum esset annorum septem: cura propinquorum datus est educandus reuerendissimo abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido: cunctumq; ex eo tempus uitæ in eiusdem monasterij habitatione peragens, omnem meditandis scripturis operam dedit, atq; inter obseruantiam disciplinæ regularis, & quotidianam in ecclesia cantandi curam, semper aut discere aut docere, aut scribere dulce habuit. Decimonono autem uitæ suæ anno diaconatum: tricesimo gradum presbyteratus: utrumq; per ministerium reuerendissimi episcopi Ioannis, iubente Ceolfrido abbate, suscepit. Ex quo tempore accepti presbyteratus usq; ad annū ætatis suæ L X I. scripturam sanctam ex opusculis uenerabilium patrū breuiter annotare, siue etiam ad formam sensus & interpretationis eorum superadungere curauit. In principium Genesis usq; ad natiuitatem Isaac, & eiectionem Ismaelis, libros IIII. De tabernaculo & uasis eius, ac uestibus sacerdotum, libros IIII. De ædificatione templi allegoricè, libros II. Item in Regum librum, XXX. quæstiones. In Prouerbia Salomonis, libros III. In Cantica canticorum, libros VII. In Ezram & Neemiam, libros III. In librum beati patris Tobia, explanationis allegoricæ de Christo & Ecclesia, librum I. Item capitula lectionum in Pentateuchū Moysi,

Moysi, Iosue, Iudicum. In libros Regum, & Verba dierum. In librum beati patris Iob. In parabolas, Ecclesiasten. In Euangelium Matthæi, libros IIII. In Euangelium Marci, libros IIII. In Euangelium Luca, libros V. In Euangelium sancti Ioannis. In Apostolum quæcumq; in opusculis sancti Augustini exposita inuenit, cuncta per ordinem transcribere curauit. In Actus Apostolorum lib. II. In epistolas sex canonicas, libros singulos. In Apocalypsin sancti Ioannis, libros III. Item librum epistolarum ad diuersos: quarum de sex ætatibus seculi una est. De ratione bissexti una. De æquinoctio iuxta Anatholium una. Vitam sancti patris monachi simul & antistitis Cuthberti, & prius heroico metro, & postmodum plano sermone descripsit. Historiam Ecclesiasticam suæ insulæ ac gentis, in libris quinque. Martyrologium de natalitijs sanctorum diebus, in quo omnes quos inuenire potuit, non solum quæ die, uerum etiam quo genere certaminis, uel sub quo indice mundum uicerint, diligenter annotare studuit. Librum hymnorum diuerso metro siue rhythmo. Librum de Orthographia, alphabeti ordine distinctum. Item librum de metrica arte, & huic adiectum alium de schematibus siue tropis libellum: hoc est, de figuris modisq; locutionum, quibus scriptura sancta contexta est. De natura rerum: & de temporibus libros singulos. Inter quæ omnia composuit hunc pulcherrimū librum, anno uidelicet iuxta Dionysium ab incarnatione Domini DCC. XXV. quem titulauit De temporibus, siue de ratione temporum, ac postea nouem feliciter uixit annos, migravitq; ad Christum, pro cuius amore præsens contempsit seculum.

### De trimoda temporum ratione. Caput primum.



**T**EMPORA igitur à temperando nomen accipiunt, siue quod unumquodq; illorum spacium separatim temperatum sit: seu quod momenti, horis, diebus, mensibus, annis, seculisq; & ætatibus omnia mortalis uitæ curricula temperentur. De quibus singulis, prout Dominus dederit, exposituri, primò Lectorem admonemus, trimoda ratione computum temporis esse discretum. Aut enim natura, aut cōsuetudine, aut certè autoritate decurrit. Et ipsa quidem autoritate bifariè diuisum: humana uidelicet, ut Olympiadas quatuor annorum, nundinas nouem dierum, indictiones XXV. annorum ambitu celebrari. Diem quoq; qui ex quadrantibus cōficitur, mense Februario uel Augusto intercalari Gregci, Aegyptij, Romaniq; pro suo quicq; captu iusserunt. Diuina autem, ut septima die sabbatum aegi, septimo anno à rurali opere uacari, quinquagesimum annum iubileum uocari in lege Dominus præcepit. Nam etsi barbaræ gentes hebdomadas habere probentur, à populo tamē Dei mutasse non latet. Consuetudine uerò humana firmatum est, ut mensis XXX. diebus computetur, cum hoc nec solis, nec lunæ cursui conueniat. Siquidem lunam duodecim horis minus, salua ratione saltus: solem uerò decem horis & dimidia plus habere, qui solertius exquirere testantur. Porrò natura duce repertum est, solis annum CCCLXV. diebus, & quadrante confici: lunæ uerò annum, si communis sit, CCCLIII. Si embolismus, CCCLXXXIII. diebus terminari, totumq; lunæ cursum decennouenali circulo comprehendī. Sed & errantia sidera suis quæq; spacijs zodiaco circumferri, quæ natura non iuxta ethnicorum dementiam dea creatrix una de pluribus, sed ab uno uero Deo creata est, quando sideribus cælo inditis præcepit, ut sint in signa, & tempora, & dies & annos.

GLOSSAE IN CAPVT I. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Bridiferto Ramesiensi.

Tempora igitur à temperamento nomen accipiunt, siue quod unumquodq; illorum spacium separatim temperatum sit, &c. ] Unumquodq; tempus ab altero temperatur, sicuti dicit in post. ubi de temporibus loquitur: & omnes fructus in temporibus à frigore, calore, pluuia, temperamentum assumunt, & ab ipso temperamento tempora uocantur. Illorum, scilicet temporum. Temperatum sit, scilicet ab altero: secretum ab inuicem, ut uer. Nam aliam temperationem habet quàm ætas, similiter, &c. Et de mensibus similiter potest intelligi. Secula dicta à secu deo, à quo gentiles philosophi secula esse putabant. Secus autem Græcum nomen est, & interpretatur forma. Secula namq; generationibus constant, indeq; secula à sequendo dicta: à uerbo scilicet sequor, quia sequuntur. Abentibus enim alijs, alij succedunt. Annis siquidem quinquaginta, seculum terminari dicunt. Hinc est quod ille Hebraeus aure pertusa, seruire iubetur in seculum: hoc est, usq; ad annos quinquaginta. Aetas est tempus, quod de multis instruitur. Nam ætas pro uno anno, & pro septem, & pro centum, & pro quouis tempore ponitur. Temperantur,

tur, id est, disponantur. Trimoda ratione discretum, id est, separatim. Spacium uniuscuiusque temporis, XCI. dies sunt. Decurrit, scilicet temporis compotus. Bisariam, id est duobus modis. Humana, scilicet auctoritate: hoc est, que ab hominibus constituta est. Non solum diuina, uerumetiam humana auctoritate decurrit tempus: humana uidelicet, ut Olympiades. Olympus mons est in Græcia, iuxta quem ciuitas est Olympias, in honorem solis constructa, ubi in fine quatuor annorum ludi agonum, et sacra in honorem solis agebantur, que Olympiades dicebantur. Olympias apud Græcos spacium quatuor annorum, quando solis et Iouis Olympici fiebat. Semper enim per quadriennium bissexilem peragitur cursum, quo etiam anno bissexus apud Romanos fit. Vnde et lustrum dicitur tempus quinquennij. Inchoante enim semper quinto anno agon agebatur, quando sol oriens ab æquinoctiali puncto, primum à bissexto incipit annum. Dicitur autem Olympias quasi Ololampias, id est, tota illuminatio: et Olympus, quasi hololampus, hoc est, totus lucidus et ardens, propter uicinitatem uidelicet solis. Et quia nubes sua excedit altitudine, pro cælo frequenter apud auctores ponitur. Sic etiã holofericas dicimus uestes, id est, totas sericas: quia holos Græcè, totus dicitur latine. Nundinae, id est, negotiationes à nonis usque ad idus. Inuenies in ante in decimotertio capitulo. Nundinae sunt paganorum, itemque rusticorum, quibus conueniunt negotijs proprijs uel mercibus prouisuri. Sunt autem nundinae, publicæ conuentiones et commercia, dictæ quasi nouem dies, id est, nonas et idus. Est autem nundina Romanorum dea, à nono die nascentium nuncupata, qui lustricus dicitur. Est lustricus dies, quo inantes lustrantur, et nomen accipiunt: sed is maribus nonus, obitauus est sceminis. Indictiones dictæ sunt à certo annorum indicio. Primum lustrum soluebatur es, deinde argentum, deinde aurum. Est autem lustrum penteresin, id est, quinquennium, quod quinto anno dicitur conditi à Romanis. Est autem quinquennale tempus: ideo uero sic uocatur, eo quod sensu per quinquennium in republica peractio, urbs Roma lustrabatur. Quindecim annorum: quia hic numerus facilis est ad multiplicandum. Diem quoque, scilicet bissexilem. Quadrans est quarta pars diei. Sol namque signiferum circulum percurrit in CCCLXV. et quadrante, unde in quatuor annis perficit totum diem, qui naturaliter in XV. Calend. April. interponi debuisset, quia ibi in creatione mundi positus est, et cœpit currere. Nunc uero in VI. Calend. Mart. ponitur bissexus apud Romanos, et apud Aegyptios quarto Calend. Septemb. quia in auctoritate humana decurrit tempus. Quinquagesimum annum iubileum uocari Dominus in lege præcepit. Iubileum annus uocatur à iubilando, quia eo anno tubis personabant. Iubileum, id est, remissibilem. Iubileus etiam dicitur remissionis annus, quia eo anno cuncta debita et omnis agriculturæ labor remittebatur: serui etiam empticij liberi remittebantur. Quinquagesimus etenim annus in lege iubileus, id est remissionis, siue iubilacione plenus appellari iussus est: in quo populus ab omni operatione quiesceret, omnia debita laxarentur, serui empticij liberi redirent: animusque ipse maioribus solennijs ac laudibus diuinis eminentior ceteris existeret. Merito per hunc numerum illa summæ pacis tranquillitas indicatur, quando sicut Apostolus ait: in uoce archangeli nouissima clangente tuba, resurgentibus cunctis reuertetur ad omnes antiqua possessio carnis. Tunc reuertetur ad antiquam terram carnis sue, in qua habitauit Abel, de qua eiectus est per Caim. Tunc Noe, Abraham, Isaac et Iacob: sed et omnes animæ mortalium recipient corpora sua à quibus exierant, ut possideant ea in æternum: ubi cessantibus huius seculi laboribus et erumnis, dimissis omnium culparum debitibus, in sola diuinae uisionis contemplacione cum ceteris electorum populus in æternum gaudebit, impleto illo desiderabili Domini ac saluatoris nostri mandato: Vacate et uidete, quoniam ego sum Deus. Barbaræ gentes dicuntur à barba et rure. Consuetudine uero humana firmatum est, ut mensis triginta diebus computaretur: cum hoc nec solis nec lune cursui conueniat. Si quidem lunam duodecim horas minus, salua ratione saltus: solem uero decem horas et dimidiam plus habere, qui solertius exquisiere, testantur. Cuius igitur in ante ad undecimum capitulum perueneris, inuenies satis ad quid istæ horæ ualeant. Et cum ad quadragesimum secundum capitulum perueneris, uidebis apertius quid sit saltus. Si quidem lunam duodecim horas minus, salua ratione saltus, salua ratione saltus lune, materies uidelicet, de qua saltus efficitur, saluatur. Si ex illis duodecim horis, in quibus luna post uiginti nouem dies commoratur, nil subtrahimus, donec ad congruum disputandi locum perueniant. Porro natura duce repertum est solis annum, et c. Modo dicit de natura temporis. Quadrante, id est, sex horis. Si communis sit, id est, ex duodecim mensibus, CCCLIII. scilicet diebus terminari. Si embolismus, id est supercrescens, qui habet tredecim menses. In unoquoque mense lunari crescit saltus in quatuor momentis, et uncia unius momenti, et atomo. Nam una lunatio trigesima est semper, altera undetrigesima. Multiplica ergo sexies triginta, et sexies uiginti nouem, et inuenies CCCLIII. totumque lune discursum. Totus lune cursus in nouendecim annis peragitur. Nam ad eadem loca signorum, in quibus nunc uerbi gratia accensa est, ad eundem mensis diem, ad idem accensionis momentum, ad eandem signiferi latitudines et altitudines, ad eandem coitus solis congruentiam non reuertetur priusquam CCCLXXXV. coitus, id est menses perficiet decennouenali circulo. Ista enim luna que in presenti appellatione est, non erit in eadem appellatione usque ad nouendecim annos. Quod ita facillime exempli causa probari potest. Ianuarius habet regulares nouem, ad ætatem lune inquirendam: si autem cum illis XXXII. epactas iungimus, sunt simul XXXXI. remotis XXX. remanet unus. Prima fuit hoc anno luna in Calend. Ianuar. que nequaquam in prædictis Calendis iterum inuenitur, donec nouendecim anni expleti fuerint: que natura non iuxta ethnicorum dementiam dea creatrix una de pluribus, sed ab uno Deo uero creata est. Natura dicta est ab eo, quod nasci aliquid faciat, quam dicunt ethnici creatricem esse omnium rerum: cum ipsa non sit creatrix, sed potius creata. Ethnicorum, id est gentilium. Vna de pluribus. Plures enim deæ fuerunt, sicut Iuno, Minerva, Venus. Creata est, scilicet ipsa natura temporum. Indictis, id est, infertis. Ut sint in signa, id est, que significant. Sæpe enim ex sideribus cognoscitur tempestas et serenitas. Signa non illa dicit, que obseruare uanitatis est: sed utique, utilia, et usibus huius uitæ necessaria, que uel nauis obseruant in gubernando, uel alij homines ad præuidendas aeris qualitates per æstatem et hyemem, et autumnalem uernalemque temperiem. Et nimirum hæc uocat tempora, que per sidera fiunt: non spacia morarum, sed uicisitudines affectionum cæli huius.

SCHOLIA IN CAPVT I. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Ioanne Nouiomago.

Tempora igitur à temperando nomen accipiunt. ] M. Varro libro 5. de origine uerborum eandem etymologiam recipit. Tempus, inquit, esse aiunt interuallum mundi et motus. id diuisum in partes aliquot maxime ab solis et lune cursu: itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum. Est quoque (ut id obiter indicem) in his Varronis monumentis temporis definitio, et quædam M. Cicero in libris de inuentione, dicit facilius intelligi quam exprimi posse: eam diffinitionem Macrobius lib. 1. Saturnaliũ, et C. Solophilus Agricola lib. 1. explicatiõibus uerbis posuerunt, ut sit tempus ex cæli cõuersione et c. notus enim est utrobique locus. Diem

Diem quoque qui ex quadrantibus conficitur. ] Ex quadrantibus, id est, senis horis, nam solis cursus per signiferum perficitur diebus CCCLXXV. et quarta diei parte, proinde annus cum cursu solis exire nequit, nisi ex quater senis horis, quarto quoque anno dies unus ciuili intercalatur, quod Romani faciunt ex institutione Numæ Pompilij mense Februario, qui ob id apud Ciceronem intercalaris dicitur et dies ille intercalaris, intercalatum autem fuit mense februario, quia is omnium breuissimus est, ultimus non est factus, ne incertum habeatur Februarij ne sit an sequentis. Sexti uero Calendas potius quam alterius diei locum obtinuit, ut ex sexti appellatione originem suam que ex senis horis fuit, indicaret. Bissexus dictus, uel quod bis dicatur sexto Kalendas Martij, priusquam ad septimum procederetur, seu quod à besse momenti dies sit constitutus, ut Festus Pompeius, uersa e littera in i: putant alij reliquum esse supplementum uocabuli nihil significans, ut in postliminio et medullio, liminium et tullium, ita in bissexto bis.

Consuetudine humana firmatum est. ] De mensum et annorum ratione alibi dicitur.

Sed & errantia sidera. ] Tempus quo quisque planeta cursum in signifero conficit, est annus, nam annus circuitum significat, unde annulus, ut Saturni annus XXX. uulgaribus constat, id est, solaribus annis, Iouis duodecim, Mars duobus. Dicuntur hi anni uertetes, ad differentiam illius magni anni, que Platonem primum notasse scribitur, de quo est apud Ciceronem in sexto de Repub.

Quæ natura non iuxta ethnicorum dementiam. ] Reprehendit Beda obiter opinionem eorum qui naturam deam faciunt, quemadmodum Plato, Plinius secundus, et c. Non enim ipsa dea est, sed à deo uti quædam sideribus indita, ut sint non bis in signa et tempora, quemadmodum scriptum est Genesis primo, ipsa autem sidera anima, et proinde uoluntate carent: quare dii non sunt, sed dei instrumenta quibus mundum gubernat.

DE MINVTISSIMIS TEMPORVM SPA- CIIS. CAPVT II.

Hora duodecima pars diei est: siquidem XII. horæ diem complent, Domino attestante, qui ait: Nonne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulauerit in die non offender. Vbi quamuis allegoricè se diem, discipulos uero qui à se illustrandi fuerant, horas appellauerit, solito tamen humana computationis ordine numerum definiuit horarum. Verum notandum est, quia si omnes anni dies duodenis horis supputentur, æstiuos necesse est dies longioribus, brumales uero breuioribus horis includi. Si uero omnes horas æquiparare, hoc est, æquinoctiales habere uolumus, brumali diei nihilominus pauciores, et æstiuo necesse est plures tribuamus. Recipit autem hora IIII. punctos, X. minuta, XV. partes, XL. momenta, et in quibusdam lunæ computis V. punctos. Non enim hæc diuisiones temporum naturales, sed uidentur esse conditiuæ. Nam calculatores cum necesse esset uel diem in XII. uel horam in IIII. aut X. aut XV. aut XL. aut in alias quaslibet minores, maioresue quid distribuere particulas, quæsiere sibi uocabula, quibus id quod uolebant nuncupare, et alterutrum dinoscere possent, horam uidelicet appellantes, quod certi temporis ora, id est, terminus sit: sicut et uestimentorum, fluuiorum, maris quoque fines oras uocitare solemus. Punctos uero à paruo puncti transcensu, qui fit in horologio. Minuta autem à minore interuallo uocantes. Partes à partitione circuli Zodiaci, quem tricenis diebus per menses singulos findunt. Porro momenta à motu siderum celerrimo nuncupantes, cum aliquid sibi breuissimis in spacijs cedere atque succedere sentitur. Minimum autem omnium, et quod nulla ratione diuidi queat tempus, atomum Græcè, hoc est, indiuisibile, siue inestimabile nomen: quod ob sui pusillitatem grammaticis potius quam calculatoribus uisibile est: quibus cum uersum per uerba, uerba per pedes, pedes per syllabas, syllabas per tempora diuidant, et longæ quidem duo tempora, unum breui tribuant, ultra in quod diuidant non habentibus, hoc atomum nuncupari placuit. Attamen Mathematici in explorandis hominum genituris, ad atomum usque peruenire contendunt, dum Zodiacum circulum in XII. signa, signa singula in partes XXX. partes item singulas in punctos XII. punctos singulos in momenta XL. momenta singula in ostenta LX. diuisiunt, ut considerata diligentius positione stellarum, fatum eius qui nascitur quasi absque errore deprehendant. Quæ quia uana, et à nostra fide aliena est obseruatio, neglecta ea uideamus potius quod Apostolus ad celeritatem resurrectionis intimandam huiusmodi temporis uocabulo utitur, dicens: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in atomo, in icu oculi, in nouissima tuba. Nec prætereundum, quia etiam calculatores necessarîo discernant, plurimi tamen scriptores indifferenter breuissimum illud temporis spacium, quo palpebra oculi nostri moueri potest, quod in icu pungentis transcurrit, quod fecari et diuidi nequit, nunc momentum, nunc punctum, nunc atomum uocant.

duodecim hora in Euangelio quid significet.

GLOSSAE IN CAPVT II. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Brideferro Ramesiensi.

Hora duodecima pars diei est: siquidem duodecim horæ diem complent, et c. ] Recipit autem hora quatuor punctos, decem minuta, quindecim partes, quadraginta momenta: et in quibusdam lunæ compotis, quinque punctos. Constat autem hora quatuor punctis: hoc est hora in sole. Unus punctus, quarta pars horæ est. In una hora quatuor puncti: in uno puncto, duo minuta: in uno minuto, quatuor momenta. DLXIII. atomi, unum momentum faciunt. Attamen mathematici in explorandis hominum genituris, ad atomum usque peruenire contendunt. Mathesis, doctrina. Inde mathematicus, id est, doctrinalis. Mathematici, uani philosophi, id est, genethiaci, qui de naturis et sideribus disputant. Mathesis sine aspiratione, uanitatem, id est nanant

doctrinam significat: cum aspiratione, doctrinam ueram, et scientiam perfectam. Genituræ, natiuitatibus, id est, quales sint futuri, utrum boni an mali. Contendunt, certant in duodecim signa. Dicunt enim mathematici, quia ille qui nascitur sub signo piscium, piscator erit. Et reliqua quæ beatus Gregorius in homelia de Epiphania Domini sapienter destruit.

In punctos duodecim. ] Maiores sunt isti cæteris punctis prædictis, et his utuntur mathematici. Vnus enim ex his punctis continet unam horam in se.

In ostenta LX. ] Ostentum est ostensio signi alicuius. Fatum, fortunatum euentum. Virgilius: Fatum quicquid dii santur, aut bonum aut malum. Quæ obseruatio scilicet Mathematicorum in stellis.

Omnes quidem refurgemus. ] Hieronymus, An iuxta quædam exemplaria, non omnes quidem dormiemus. Omnes immutabimur, scilicet in gloriam.

In atomo ] Augustinus, in summa celeritate. Atomos Græcè, in diuisibile interpretatur.

In ictu oculi. ] Ictus oculi est celerissima radiorum ex pupillis emissio, in id ad quod tendunt. Tuba: id est, preconio aut signo. Subaudi, ideò; sine illa obseruatione mathematicorum debemus uti hoc sicut et Apostolus.

Quia etsi calculatores necessariò discernant. ] Calculatores uerò à calculo nomen acceperunt. Calculus dictus est à calculo lapide. Calci enim, sunt lapilli quidam minutissimi, rotundi et lenes: qui ideo ita uocati sunt, quia calcari sine molestia queunt, quibus ueteres omnia numerabant. Antiqui enim ante inuentionem numeri nescientes numerare, ex lapillis sua tempora suosque dies numerabant: in prosperitate candidis, in aduersitate nigris. Vnde Persius: Hunc Macrine diem numeram meliore lapillo: id est, candido. Discernant, scilicet atomum, ab alijs spacijs temporum. Momentum in oculo à motu palpebræ usque; ad aliud momentum: id est, quamdiu palpebræ quiescunt. In una hora, sunt quatuor puncti, et faciunt decem minuta, id est, quadraginta momenta: quæ quadraginta momenta, quindecim partes reddunt. A principio ortus uniuersiusque signi, usque ad extremum, duæ horæ peraguntur. Viginti quatuor horæ sunt inter diem et noctem, et duodecim signa sunt in cælo, et ideo unicuique signo duæ horæ pertinent in oriendo. Talis est ratio: Natura est ut sol circueat totam terram in uiginti quatuor horis, et triginta partes sunt: id est, triginta linee in unoquoque signo, et per unamquamque de illis uiginti quatuor horis, quindecim de illis lineis apparent in ortu uniuersiusque signi, quando se erigere inchoat, supra terram ueniens ab imo. Aliter: Recipit autem hora, scilicet solis quatuor punctos: in quantum uerò ad lunam pertinet, recipit hora lunaris quinque punctos, et hoc facit uelocitas lune. Punctus lunaris habet duo minuta, id est, quintam partem unius horæ, punctus uerò solaris habet duo minuta et semis, partes tres et semis, et quartam partem partis, momenta decem. Minutum habet partem unam et semis, momenta quatuor. Pars habet momenta duo et bisse: id est, duas tertias partes. Quindecim partes, scilicet in ortu signi. Motus cæli in quindecim partibus horam efficit, id est, quindecim partes signiferi in una hora oriuntur uel occidunt, uel de loco ad locum mouentur. Vnaqueque enim pars mouetur duobus momentis et bisse unius momenti: id est, duabus tertijs partibus. Quod spacijs duorum momentorum et bisse unius momenti, quindecies ductum integrum facit horam. Hac igitur ratione una hora quindecim partes habere dicitur. Nam trecentesima sexagesima quinta portio signiferi pars appellatur. Et uiginti quatuor horæ, id est, totus dies quibus sol illum signiferi partem illustrat, et spacijs illud quo illa pars signiferi de loco in locum mouetur, partes appellantur. Sed sicut uariatur mensura horarum, pro longitudine dierum, ita etiam momentorum. Aliquando hora æquinoctialis est, id est, naturalis: aliquando maior uel minor: unde efficitur ut cuiuscunque longitudinis aut breuitatis hora fuerit, quadragesima pars illius momentum appellatur. Recipit autem hora, ut iam dictum est, momenta quadraginta, ostenta sexaginta, uel secundum Mathematicos LXXXII. DLX. Et in quibusdam lunæ computis, scilicet hora noctis recipit quinque punctos. Non enim hæc diuisiones, id est, hora, punctus, minutum, pars, momentum, ostentum, atomus, naturales, scilicet sunt temporum: sed uidentur esse conditiuæ, id est, factitiæ et nominatiuæ, et ab auctoribus inuenta et nuncupatæ. Calculatores, id est, computatores: dicti à calculis, id est, lapillis, per quos numerando computabant. In duodecim scilicet horas, uel in quatuor scilicet punctos, aut in decem scilicet minuta, aut in quindecim scilicet partes, aut in quadraginta scilicet momenta, aut scilicet cum necesse esset in alias minores, scilicet sicut ostenta sunt et atomi, maioresue scilicet sicut trientes, quadrantes et dodrantes. Anni in dies, et mensures, et hebdomadas, uel dies hebdomadæ.

Quid distribuere particulas. ] Quid, id est, aliquid, quibus scilicet uocabulis. Alterutrum, aduerbialiter, scilicet quid esset una pars, aut quid altera. Horam, id est, terminum et finem. Hora, id est, tempus oris, cum aspiratione, cæterarum autem rerum sine aspiratione scribitur. Punctos uerò, scilicet appellantes. Punctus est quarta pars horæ, scilicet in sole, id est, transcensus unius puncti. Punctus à pungendo est dictus, eo quod quibusdam punctationibus certæ designationis in horologijs designetur. Horologium, id est, series horarum, de puncto scilicet in punctum. Minuta, à minore intervallo, scilicet puncti. Nam minutum minus spacijs est quam punctus, decima scilicet pars horæ. Partes, scilicet uocantes, decima quinta pars horæ, à partitione circuli, zodiaci. In unaquaque die currit sol unam partem zodiaci, id est, signiferi, per uiginti quatuor horas, in quantum ad illum attinet cursum, quem facit contra firmamentum: in quantum uerò ad illum, quem facit cum firmamento, eadem pars quam per uiginti quatuor horas in suo cursu peragat, quæ est decima quinta pars dimidij signi, nam dimidium signum quindecim partes habet. Mouetur de loco ad locum, per decima quintam partem unius horæ: id est, per duo momenta, et bisse unius momenti. Et ideo rectè dixit Beda, quod partes horarum, à partibus zodiaci circuli uocantur, dum eadem pars est horæ et pars signi, quamuis bino cursu intelligatur. Et quia diuersæ significationes frequenter inueniuntur, necesse est eas singillatim distinguere. Aliquando enim duodecim signa, zodiaci appellantur partes siue particule. Et spacijs illud quod sol perficit per horas uiginti quatuor, pars nominatur, uidelicet illa quæ est decima quinta pars dimidij signi, et ipsa hora quindecim partes habere fertur. Partes à partitione zodiaci circuli.

RECAPITVLATIO HVIVS GLOSSAE.

Duos cursus facit sol in cælo: unum cum firmamento, alterum contra firmamentum. Nam quotidiè unam partem graditur in cælo, per uiginti quatuor horas istud ipsum tamen cælum uoluitur circa terram per uiginti quatuor horas: hoc est, duodecim signa. Dimic unum cælum, id est, sex signa, uoluitur per duodecim horas. Et si per duodecim horas uoluntur sex signa, per duas tantum horas uoluntur sex signa, id est, si per duas horas uoluitur unum signum, dimidia pars unius signi uoluitur per unam horam, in qua continentur quindecim partes. Nam triginta partes sunt in integro signo, in dimidio autem signo quindecim partes. Inde decima quinta

quinta pars dimidij signi, hoc est una pars, mouetur de loco ad locum per decima quintam partem unius horæ. Et ideo rectè dicitur dominus Beda: quia cursus solis per unam partem, id est per uiginti quatuor horas conficitur. Motio tamen illius unius partis de loco ad locum cum cælo per decima quintam partem horæ fit. Et hic iterum querendum est, utrum æquali spacio temporis uoluitur: illud ipsum cælum circa terram per se, et cum sole uoluitur. Ad hoc respondendum, quia inæqualiter uoluntur. Nam ab ortu solis usque; dum oriatur iterum, uiginti quatuor horæ sunt: in reuolutione autem cæli, decem decima quinta pars horæ. Verbi gratia: Ortus solis hodie in prima parte arietis, primo mane: cras tamen oriatur sol in secunda parte arietis, et ante solem oriatur prima pars arietis tota, in decima quinta parte horæ: inde fit ut post quindecim dies, dimidium signum oriatur ante solem: post integrum autem annum, uoluitur totum cælum ante solem. Inde fit, ut quamdiu sol trecentis sexages quinque circuit terram, circueat cælum per se trecentis sexagesies sexies. Nam in una reuolutione superat cælum reuolutionem solis. Quem scilicet zodiacum, trigenis, id est, triginta diebus findunt, id est, diuidunt, scilicet calculatores.

Porrò momenta. ] In initio motionis, momentum fit, initium enim motionis, quo mouetur sidus aliquod, momentum dicitur: non tota motio sideris, uel cuiusque rei: sed hoc est cum aliquid sibi, id est, sideri cedere, scilicet à loco: id est, transire atque succedere, scilicet in loco, quod per foramen aliquod probatur, quando stella aliqua perspicitur. Nam unum signum per duas horas mouetur. Vna stella uelocissime, id est, per unum momentum mouetur. Sentitur, scilicet à calculatores. Minimum omnium, scilicet temporum, atomus. In tempore taliter constat. Cum maiora spacia temporis, sicuti est dies uel hora, per punctos uel cæteras minores partes diuidens, ad talem particulam perueneris: quæ ob sui pusillitatem, id est, paruitatē nullam habeat moram talem, quæ ullo modo diuidi possit, sicuti est ictus oculi, et ipsam scias esse atomum.

Quod ob sui pusillitatem grammaticis potius, quam calculatoribus usibile est. ] Scilicet quia calculatores non habent, nisi quod diuidant. Grammatica, est scientia rectè loquendi, et origo et fundamentum liberalium literarum. Hac in disciplina per litteras communes inuenta est, ut hi iam qui didicerant litteras, per eam rectè loquendi rationem sciant. Grammatica autem à literis nomen accepit. Grammatica enim Græci litteras uocant. Ars uerò dicta, quod artis præceptis, regulisque constat. Attamen Mathematici in explorandis hominum genituris, et cætera quæ sequuntur, iam superius exposita sunt: hic tamen in ordine esse debuissent.

SCHOLIA IN CAPVT II. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Hora est duodecima pars diei. ] Diffinit horam temporalem, quam nunc inæquale uocant: alij etiam dicunt planetariam, ea est uniuersiusque diei naturalis: seu ut uulgo dicitur, artificialis, pars duodecima. Has æstiuis diebus longiores esse facile intelligitur, hybernis uerò breuiiores, quia spacijs temporis inter solis exortum et occasum non semper æquale est: unde apud bonos scriptores horas solstitiales, maximas intelligimus, brumales uerò minimas. Veluti apud Platunum hora æstiuæ pro longa, huiusmodi horis Romani et Iudei pariter in temporis diuisione sunt usi, quarum prima exortum cepit ex oriente sidere solis, sexta semper in meridie: unde apud Persium in desidijs iuuenes: Stertimus, quinta dum linea tangitur umbra: id est, ut nos iam numeramus, usque ad horam undecimam. Sic et hymni quos ecclesia canit ad preces horarias, distributi sunt, ut hora prima: iam lucis orto sidere, ad sextam: Et ignibus meridiem: has horas ubique, ubi horarum mentio fit in sacris Biblijs, oportet intelligere. ueluti in Euangelio, qui hora undecima uenerunt, una hora uenerunt ante solis occasum, et apud Ciceronem nona dici hora inserere prouerbialiter. Sunt alie horæ æquinoctiales, quas æquales uocant, quibus ipsi non utuntur nisi ad clepsydram: nos autem ipsi utimur nunc dato signo per rotarum ferrearum machinas, quæ ad temporales horas accommodari non possunt. Veteres pro his machinis solaris sunt usi, quæ non pluribus quam 22. lineis constabant. Vocantur autem æquinoctiales horæ, quod colligantur à partibus circuli æquinoctialis transactis: ueluti dum æquinoctialis circuli semuncia una exorta est, hora quoque una præterijt, dum duodecim horæ quoque lapsæ sunt. Has necesse est contineri hybernis diebus pauciores, æstiuis uerò plures. Hoc ob id pluribus egi, ne in sacris usum horarum æquinoctialium putemus. Locus quem citat Beda, est ioannis 11.

Recipit autem hora quatuor punctos ] Ampla solaris diuisa habent linearum interualla tribus punctis, unde deprehenduntur horarum quadrantes: quemadmodum et in astrolabijs ponuntur singulæ horæ quadripartite: et quibusdam machinis ferreis redditur signum ad singulos horarum quadrantes.

Decem minuta. ] Intellige minuta uulgaria, non autem physica. Uulgaria minuta dicuntur quælibet portiones integri in partes quaslibet diuisi: ut si assem diuidas in partes duodecim, quæque duodecima pars minutum est, horum in disciplinis rarior usus. Physica autem minuta, sunt partes quæ sunt diuisione alicuius facta per sexaginta, ueluti tricesima pars signi, seu (ut recentiores loquuntur) gradus unus diuiditur in sexaginta minuta prima, quorum quodlibet rursus diuiditur in sexaginta alia, quæ dicuntur minuta secunda: illa iterum in minuta tertia, quod fit usque; ad denarium. Græci, unde hoc mutuati sumus, sic efferunt τριῶντα λεπτά, λέπτα δέ τριῶντα, λέπτα τ ἑξήκοντα, ἑξήκοντα λεπτά. Horum in mathematicis tantum est usus, ob id annotaui.

Horam uidelicet appellantes. ] Hora græca uox est: uocant autem horas Græci et has, quas nos deinde quatuor anni partes trimestres, uer, æstatem, autumnum, et hyemem: et Homerus quatuor huius nominis deas celebrat, quæ cælum claudunt atque recludunt. Scholiastes intelligit per signum hoc, partes anni iam dictas.

Partes à partitione circuli. ] Hora inæqualis, quindecim habet partes, propterea quod dum hora exigitur, exbriuntur quindecim partes æquinoctialis, seu quindecim gradus, id est, dimidium signum.

Partes item singulas in punctos duodecim. ] Horum punctorum, neque etiam ostentorum (ut uocat) apud alios scriptores nullam inueni obseruationem.

DE DIE. CAPVT III.

Dies est aer sole illustratus, nomen inde sumens, quod tenebras à luce disungat ac diuidat. Nam cum in primordio creaturarum tenebræ essent super faciem abyssi, dixit Deus: Fiat lux, et facta

facta est lux: & uocauit Deus lucem diem. Quæ definitio bifariè diuiditur, hoc est, uulgariter & proprie. Vulgus enim omnem diem solis presentiam super terras appellat. Proprie autem dies 24. horis, id est, circuitu solis totum orbem lustrantis impletur: qui secum semper & ubiq; lumen diurnum circumferens, nõ minore aerum spacio noctu subter terras quàm supra terras interdium creditur exaltari. Quod multorum quidem & nostrorum, & secularium literarum testatur autoritas. Sed nos unius patris Augustini testimonium ponere sat est. Dicit in libro quaestionum Euangelij secundo, 72. discipulorum summam figuraliter explanans: Sicut 24. horis totus orbis peragitur atq; lustratur, ita mysterium illustrandi orbis per Euangelium trinitatis in 82. discipulis impletur. Vices enim quaterni septuagies terni diuidentur. Dicit idem in libro de Genesi ad litteram primo: An dicendum est, quod cum cito peractum esset hoc opus Dei, tamdiu stetit lux nõ succedente nocte, donec diurnum spaciū perageretur: & tandiu mansit nox luci succedens, donec spaciū nocturni temporis præteriret, & mane fieret diei sequentis, uno primoq; transactor. Sed si hoc dixerim, uereor ne ridear & ab ijs qui certissime cognouerunt, & ab ijs qui possunt facillime aduertere, quod eo tempore quo nox apud nos est, eas partes mundi presentia lucis illustret, per quas sol ab occasu in ortum redit: ac per hoc omnibus 24. horis non deesse per circuitum gyri totius alibi diem, alibi noctem. Et paulo post, commemorata Ecclesiasticis sententia de sole: Australis ergo pars, inquit, cum habet solem, nobis dies est: dum autem partem aquilonis circumiens peruehitur, nobis nox est: non tamen in aliam partem non est dies, ubi presentia solis est: nisi forte poetice pigmentis cor inclinandum est, ut credamus solem mari se immergere, atq; inde lotum ex alia parte mane surgere. Quamquam si ita esset, abyssus ipsa presentia solis illustraretur, atq; ibi esset dies: posset enim & aquas illuminare, quando ab eis non possit extinguui. Sed hoc monstruosum est suspicari. Ante uero solis creationem primitiua lucis circuitu, quod nunc per solem fit, agebatur: primo quidem secundoq; die aquas abyssi, quæ omnem terram texerant: tertia uero aere uacuum sua circumuagatione lustrantis. Sunt etenim quidam patrum, qui in eo quod scriptum est: In principio creauit Deus cælum & terram, terra autem erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: in formam cæli, terræ & aquæ, omniumq; elementorum confusionem putent esse designatam, ita ut nec aqua, nec terra, nec cælum, sed eorum omnium una, ut ita dixerim, seminaria sit indicata materies. Ideoq; non inuenientes mundi locum, primæ lucis capacem, necessariò cuncta quæ de septem primis diebus leguntur aliter, quàm consuetudo nostri seculi se tenet, altius persequendo dogmatizant. Sed multò facilius est sensus, si iuxta traditiones patrum atq; catholicorum, cæli nomine circuli cæli superioris intelligatur esse monstratus. Terræ nomine tellus ipsa, suis quibusq; ut nunc est, finium spacijs inclusa: excepto quòd nihil uidentium germinum, nihil uiuentium produxerat animantium. Abyssus uocabulo infinita aquarum diffusio, omnem alluentium terram, in quarum medio postmodum firmamentum cæli esse factum commemoratur. Deniq; sanctus Clemens apostolorum discipulus, & Romanæ ecclesiæ tertius post Petrum episcopus, in sexto historiæ suarum libro ita scribit: In principio fecit Deus cælum & terram, terra autem erat inuisibilis & incompressa, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus Dei ferebatur super aquam. Qui spiritus Dei iussu Dei, quasi ipsa conditoris manus lucem se parauit à tenebris, & post illud inuisibile cælum, istud uisibile produxit: ut superiora quidem habitacula faceret angelis, inferiora uero hominibus. Propter te ergo iussu Dei aqua, quæ erat super faciem terræ secessit, ut terra tibi produceret fructus. Consentit huic Ambrosius Mediolanensis antistes, in libro Hexameron secundo. Sed & Basilus Cæsareæ Cappadociæ episcopus, qui in quarto eiusdem operis libro: Congregentur, inquit, aquæ, ut appareat arida. Velamentum subducitur, ut conspicua fieret quæ interim non uidebatur. Hieronymus quoq; sacræ historiæ doctissimus interpres, in expositione prophetice sententiæ, qua dictum est: Qui dicebas in corde tuo: In cælum ascendam, super sidera Dei exaltabo solium meum, meministi cæli superioris, ita scribens: Vel antequam de cælo corrueret, ista dicebat, uel postquam de cælo corruisset: Si adhuc in cælo positus, quomodo dicit, Ascendam in cælum: Sed quia legimus, Cælum cæli Domino, cum esset in cælo, id est, firmamento: in cælum, ubi solium Domini est, cupiebat ascendere, non humilitate, sed superbia. Sin autem postquam de cælo corruisset, ista loquitur, uerba arrogantie debemus intelligere, qui nec præcipitatus quiescat, sed adhuc sibi grandia repromittat, non ut intrer astrâ, sed super astrâ Dei sit. Quantum ergo nobis uestigia patrum sequentibus consicere datur, cum diceret Deus, Fiat lux, mox tenebræ quæ abyssum texerant, abierunt, & lux ab oriente medias inter undas emergens, cunctam terræ superficiem operuit latitudine sui fulgoris, boreales australesq; necnon & occiduas oras attingens: paulatimq; se completo diei unius spacio subducens, inferiora terræ gyrando subijt, atq; aurora procedente, diem secundum tertiumq; simili ordine compleuit: hoc tantum à solari luce differens, quod caloris fotu carebat: & quia sidera nondum erant, præcis adhuc tenebris noctes illas relinquebant obscuras. Quod si cui uideretur incredulum, meatus aquarum luminis esse capaces, uideat opera nautarum, qui olei aspergine perspicuum sibi profundum maris efficiunt, ut intelligat rerum conditorem Deum multò amplius sui oris afflatu, quantamlibet aquarum profunditatem illustrare potuisse: maxime cum tenuiores tunc aquæ fuisse credantur, priusquam eas conditor in congregationem unam cogeret, ut apparere posset arida. Et diem quidem uulgarem Dominus sententia quam & supra posui, definiuit, dicens:

Clemens liber  
historiarum.

Nauta olei aspergine profunda rimantur.

dicens: Nonne duodecim horæ sunt diei: Moyses autem proprium ita descripsit. Et factum est, in quibus uespere & factum est mane dies unus. Quem Hebræi, & Chaldæi, & Persæ sequentes iuxta primæ conditionis ordinem diei cursum à mane ad mane deducunt: umbrarum uidelicet tempus luci supponentes. At contra Aegyptij ab occasu ad occasum. Porro Romani à medio noctis in medium: Umbri & Athenienses à meridie ad meridiem dies suos computare maluerunt. Diuina autem authoritas, quæ in Genesi dies à mane usq; ad mane computandos esse decreuit, eadem in Euangelio totius diei tempus à uespere inchoari, & consummari sanxit in uespera: quia qui in exordio mundi prius lucem uocauit diem, deinde tenebras noctem, ipse in fine seculorum primo noctem gloriae resurrectionis illustrauit. Sic diem se discipulis ostendendo conletrauit: quos etiam uespera procedente conuescendo, & se palpandum offerendo, spiritus quoq; sancti gratiam tribuendo plenius suæ resurrectionis fide confirmauit. Et quia tunc post creatam lucem factum est uespere & mane dies unus, nunc autem uespera sabbati lucefcit in prima sabbati, ipsa mutatio temporis nos quoque à paradisi quondam lumine translatos in cõuallem lachrymarum, iam modò à peccatorum tenebris ad cœlestis gaudium transferendos esse designat. Neque enim aliter quàm nocte diei præposita potest explicari, quod Dominus in exemplum Ionæ tres dies & tres noctes in corde terræ fuerit: ubi synecdochicè, si diei parascues partem, qua sepultus est, cum præterita nocte, pro nocte ac die accipies, hoc est pro toto die sabbati noctem, & diem integram, & noctem Dominicam cum eodem die illucescente, ac per hoc incipiente partem pro toto: habes profectò triduum, & tres noctes. Merito autem queritur, quare populus Israel, qui diei ordinem iuxta Moyli traditionem à mane semper usq; ad mane seruabat, festa tamen omnia sua, sicut & nos hodie facimus, uespere incipiens, uespere consummarit legislatore dicente: A uespere usq; ad uesperam celebrabitis sabbata uestra.

GLOSSAE IN CAPVT III. BEDÆ PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Brideserto Rameliensi.

Dies est aer sole illustratus, nomen inde sumens, quòd tenebras dislingat ac diuidat. Scilicet à luce. Dies dicitur à dislingendo, eo quòd lucem diuidit à tenebris. Dies enim naturaliter est spaciū temporis uiginti quatuor horarum, ab ortu ad ortum. Dies enim geminè appellari solet. Proprie à solis ortu, donec rursus oriatur: abusu uero, à solis ortu usq; quo ueniat ad occasum. Mylicè quoq; dies imaginem legis portat. Sicut enim diei claritas obscura tenebrarum illuminat, ita & lex uiam uitæ demonstrans, depellit tenebras errorum, lucem declarat uirtutum, & iniquorum peccata arguens, bonos ad meliora perducit. Dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Si autem queritur, quibus in locis iubente Deo facta sit lux, cum abyssus adhuc omnem terræ amplitudinem contegeret: patet profectò, quia in superioribus eiusdem terre partibus, quas & nunc diurna solis lux illustrare consueuit, tunc principalis lux emicuit. Non igitur totas mundi tenebras luce dissipat infusa, sed ab una illum parte illustrans, aliam reliquit obscuram. Et si rursus querit aliquis, quale potuerit esse lumen diurnum ante creationem siderum: non ab re est credi, quòd tale fuerit, quale uidemus quotidie mane, proximante scilicet solis ortu, & necdum terris apparente: quando lucet quidem obtusis stellarum radijs dies, sed minime adhuc dicitur, sol oriatur, resulget: unde nulla tunc esse discretio temporum potest, diei solum & noctis poterit. Item: Dixit Deus, Fiat lux. Et facta est lux, & uocauit Deus lucem diem. Remigius: Dixit Deus non uoce carnea, nec motu labiorum: sed dixit, id est, uoluit. Velle enim eius, dicere est. Vnde scriptum est: Dixit, & facta sunt. Vel etiam dixit, id est, filiiu genuit, per quem omnia facta sunt.

Fiat lux. Lux dicitur à luendo, id est, purgando tenebras. Lux autem illa non eiusmodi erat, quæ nunc est sole super terram posita, sed qualis esse solet, uel ante solis ortum, uel post eius occubitum. Et uidit Deus lucem quod esset bona, non quod tunc primum uiderit, in cuius presentia semper hoc fuit: sed uidit, id est, uideri à nobis uoluit lucem esse bonam. Sunt etenim quidam patrum, qui in eo quod scriptum est, in principio creauit Deus cælum & terram, terra autem erat inanis & uacua. Beda in Genesi: Non in principio temporis creauit Deus cælum & terram. Deus enim fecit tempora, & ideo antequam faceret tempora, non erant tempora. Non enim possumus dicere, quando Deus nondum aliquid fecerat. Itaque non in principio temporis fecit Deus cælum & terram: sed principium filius est accipiendus. Quod ergo dictum est, in principio creauit Deus cælum & terram: materiam totius creaturæ ostendit, rationalis & corporalis, angelorum & huiusmodi. Vtrumq; igitur fecit Deus, materiam & formam: & uox & uerbum simul sit, quamuis uox prior sit origine. Vnde scriptum est: Qui fecisti mundum de informi materia. Proinde duas res ante omnem diem & ante omne tempus condidit Deus, angelicam creaturam, & informem materiam: quamuis simul omnia facta sint, ut Salomon ait, Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. sed ut diximus, origo materie informis, antecedit formatam speciem, sicut uox uerbum. Itaq; non omnia ex nihilo fecit Deus, sed quædam ex nihilo, quædam ex aliquo. De nihilo, mundum, & angelos & animam: ex aliquo hominem. Deniq; sanctus Clemens apostolorum discipulus, & Romanæ ecclesiæ tertius post Petrum episcopus, in sexto historiæ suarum libro, ita scribit: In principio fecit Deus cælum & terram, terra autem erat inuisibilis & incompressa: & tenebræ erant super abyssum, & spiritus Domini ferebatur super aquas. Remigius: Plato tria dixit esse principia, Deum uides licet, exemplar & materiam: & Deum non quasi auctorem ex nihilo cuncta creasse, sed quasi opifici ei in rebus creandis, materiam adiutoriam præstitisse. Aristoteles autem duo dixit esse principia, materiam scilicet & speciem: tertium quiddam, nescio quid uolens dicere, operatorium appellauit. Quorum erroribus obuians Moyses, utpote à Domino electus, ueritatem rei demonstrauit: ostendens Deum ex nihilo cuncta formasse, non quidem in tempore, sed in initio temporis, dicens: In principio. Dum dicit, in principio, & subauditur temporis: patet proculdubio, tunc tempus coepisse, quòd ante minime erat. Creauit Deus cælum & terram. Cælum non istud uisibile firmamentum accipere debemus: sed illud empyreum, id est, igneum: uel intellectuale cælum, quòd non ab ardore, sed à splendore igneum dicitur, quòd statim repletum est angelicis spiritibus. de quibus in iob dicitur: Cum me laudarent simul astram matutina, & inbilarer omnes filij Dei.

Terra

Terra autem erat inanis & uacua. Id est, inuisibilis, & infructuosa & incompressa. Omnia enim elementa commixta erant & confusa, & totum hoc aeris spaciū quod est à terra usque cœlum, plenum erat aquis: quæ tamen non erant eius qualitatis cuius nunc sunt, sed in modum nebule tenuis, quam qualitatem adhuc supercœlestes aquæ retinent.

Et tenebræ erant super abyssum. Tenebræ à tenendo dicte, quia tenent oculos ne uideant. Vtrumque autem fecit Deus & lucem & tenebras: scilicet ut in luce operarentur homines, & in nocte requiescerent. Ergo & tenebræ opus Dei sunt. Unde in hymno trium puerorum, in quo omnis creatura ad benedicendum Deum inuitatur, etiam tenebræ cum luce ponuntur.

Et spiritus Domini ferebatur super aquas. Sic mens uel sapientia alicuius artificis superfertur operi, quod facturus est, ut quomodo uult illud faciat: ita & spiritus sanctus superferebatur, præordians & quasi prædisponens, quid qualiter facere uellet. Allegorice quod dictum est, in principio creauit Deus cœlum & terram: nomine principij filium Dei non incongrue possumus accipere, sicut ipse de se iudeis dicit, Ego principium, qui & loquor uobis. Deus etenim pater principium est, sed non de principio, quia à nullo: filius uero de principio, sed de patre non factus nec creatus, sed genitus est. Per quod principium Deus pater cœlum & terram creauit, id est, cœlestes & terrenos. Per cœlum enim, cœlestem uitam ducentes: per terram, terrenis ne gocijs inhiantibus signatur. Qui utriusque per principium creati sunt: quia humanato Christo Iesu patuit, qui essent cœlestes, quique terreni.

Terra uero erat inanis & uacua. Id est, corpus humanum inane à meditatione cœlesti, uacuum à fructu bonæ operationis. Et tenebræ erant super faciem abyssi, quia tenebræ infidelitatis & ignorantie abyssum humani cordis operiebant. Spiritus Domini ferebatur super aquas, quia diuina præscientia super fluida & infructuosa corda hominum ferebatur, præuidens & disponens, quorum corda digne possent inhabitare.

Fiat lux. Lux uocabulo, fides accipitur. Bene ergo lux prima die facta est: quia primo mandato legis, fides commendatur, cum dicitur: Audi Israel, Dominus Deus tuus unus. Augustinus, ubi de uera innocentia loquitur: Ordo temporum in æterna Dei sapientia sine tempore est, nec aliqua sunt apud illum noua, qui fecit quæ futura sunt: quapropter uoluntas Dei est prima & summa causa omnium corporalium & spiritaliumque motionum. Nihil enim fit uisibiliter, quod non de inuisibili atque intelligibili summi imperatoris aula, aut iubeatur, aut permittatur secundum ineffabilem iustitiam. Item Augustinus in libro undecimo de Ciuitate Dei: Videndum est istis, qui Deum conditorem mundi consentiunt, & tamen de mundi tempore querunt: quid respondeamus, quid ipsi respondeant de mundi loco. Ita enim queritur, cur potius tunc, & non antea factus sit: quem admodum queri potest, cur hic potius uel ibi est, & non alibi. Nam si infinita spacia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non uidetur Deus ab opere cessare potuisse: similiter cogitent extra mundum infinita spacia locorum, in quibus si quisquam dicat, non potuisse uacare omnipotentem, nōne consequens erit, ut innumerabiles mundos cum Epicuro somnari cogantur, ea tantum differentia, quod eos ille fortuitis motibus atomorum gigni asserit, & resolui: isti autem opere Dei factos dicturi sunt, sed eum per interminabilem immensitatem locorum, extra mundum circumquaque, patientium uacare noluerunt, nec eosdem mundos quod etiam de isto sentiunt, ulla causa posse dissolui. Quod si cui uidetur incredulum meatu aquarum luminis esse capaces, uideat opera nautarum, qui olei aspergine perspicuum sibi profundum maris efficiunt. Nec mirandum, nobis diuina operatione lucem in aquis posse resplendere, cum & hominum operatione consistat eas sepius illustrari: nautarum uidelicet, qui in profundo maris demersi, emissi ex ore oleo, perspicuum sibi hoc ac lucidum reddunt. Si enim homo talia per oleum sui oris potest, quantam Deus per spiritum oris sui lucem creare posse credendus est? Moyses autem primum ita describit: Et factum est, in quibus, uespere, & factum est mane, dies unus. Sciendum est, quia sicut habet dies uesperum, ita & nox. Hoc tamen inter utrumque distat: quia uesper diei tenebre scire consueuit in noctem, uesper autem noctis luce scire in diem. Ambrosius: Querunt aliqui cum prius uespere, postea mane scriptura memorauerit, ne forte noctem priusquam diem significare uideatur: nec aduertunt quod primo præmisit diem dicendo, Et uocauit Deus lucem diem, & tenebras noctem: deinde quod uespere finis diei sit, & mane finis noctis. Ergo ut prærogatiuam & primatus natiuitatis diei daret, prius finem diei significat, post quem se cutura nox esset, deinde postea finem noctis adiunxit. Bedæ: Factum est uespere occidente paulatim luce, post expletum spaciū diurnæ longitudinis, atque inferiores mundi partes subeunte, quod nunc uisitato solis circuitu agi solet. Factum & mane redeunte eadem paulatim supra terram, atque alium diem initiante, & huc usque dies expletus est unus, uiginti scilicet & quatuor horarum. Cuius commendatione uerbi scriptura uigilanter admonet, ut lucem quæ facta est, inferiora orbis occasu suo illustrasse discamus. Nam si non hoc faceret, sed magis tota factio paulatim uespere periret, ac rursum paulatim mane recreata resurgeret: non iam in mane diei sequentis, sed à potius in uespere primi unum diceret esse diem perfectum: unde uesperam & mane, quam noctem ac diem factam dicere maluit, ut insinuaret tunc primarie lucis actum esse circuitu, quod nunc circuitu solis die noctisque geri constat, præter hoc solummodo, quod post creatam sidera nox quoque, sua tamen minore, quam luce perfunditur, triduo autem illo primo tenebrosa prorsus & obscura manebat. Decebat namque omnino dies, ut dies incipiens à luce in mane diei sequentis esset protelatus, quatenus intimaretur opera eius, qui est lux uera, & in quo tenebræ non sunt ulla, à luce inchoare, & in lucem cuncta esse completa. Item beatus Augustinus in undecimo libro de Ciuitate Dei: Videmus quippe istos dies notos non habere uesperam, nisi de solis occasu, nec mane, nisi de solis ortu, illi autem priores tres dies sine sole peracti sunt, qui die quarto factus refertur, & primitus quidem lux uerbo Dei facta, atque inter ipsam & tenebras Deus separasse narratur: & eandem lucem diem uocasse, & tenebras noctem. Sed qualis illa sit lux, & quo alternante motu, qualenque uesperam & mane fecerit, remotum est à sensibus nostris: nec ita ut est intelligi à nobis potest, quod tamen sine ulla habitatione credendum est. Quem Hebræi, Chaldei, & Persæ sequentes, iuxta primæ conditionis ordinem diei cœsum à mane usque ad mane deducunt, & c. Hebræi uocati sunt ab Heber, qui pronepos fuit Sem. Casdei, qui nunc Chaldei uocati sunt, à Casdeb filio Nachor fratris Abrahamæ cognominati sunt. Persæ à Perso rege sunt uocati, qui è Græcia Asiam transfens, ibi barbaras gentes graui diurnoque bello perdomuit, nouissime uictor nomen subiectæ genti dedit. Aegyptij ab Aegypto quodam rege suo uocati sunt: interpretantur autem lingua Hebraica, Aegyptij affligentes, eo quod afflixerunt Dei populum, priusquam diuino auxilio liberarentur. Romani à Romuli nomine nuncupati, qui urbem Romanam condidit, gentisque & ciuitati nomen dedit. Hi autem à Saturno, Saturni, à Latino Latini nuncupati sunt. Umbri, Italia gens est. Cecropi Atheniensium regi, successit Granus, cuius filia Athis, nomen & regionis & genti dedit. Ex ea Attici cognominati, qui sunt Athenienses. Ipsa mutatio temporis nos quoque à paradisi quondam lumine translatis, in conuallem lachrymarum, iam modò à peccatorum tenebris ad cœlestem gaudium transferendos esse designat. Hic de uespere prima hora specialiter loquitur, ad ostendendam ipsam temporis mutationem, qua nunc à uespere ad uesperam omnes dies computamus. In Euangelio ubi dicitur, Uespere sabbati, quæ luce facta in prima sabbati, uenit Maria Magdalena, & c. de matutina hora intelli-

intelligendum est, quando mane in die Dominica mulieres ad sepulchrum uenerunt. Ibi enim sceminine profertur cum dicitur, Quæ luce facta: quia hic & hæc uesper dicitur. Uespere sabbati, & uespera sabbati potest dici: quia uesper uesperis, & uespera uespere, id est: id est, quando nox deficit, & dies sequitur. Uesperum uero uesperis, est illud tempus, quo sol ab hora nona descendit à centro, usque ad noctem. Antea enim nox sequebatur diem, id est, à mane ad mane computabatur, eo quod dies primus factus fuit quam nox: nunc autem dies sequitur noctem, id est, computatur à uespere ad uesperam, quia antea post gaudium paradisi, secuta est mors & tenebræ, nunc uero post tenebras mortis & peccati, adueniente Christo, sequitur cœlestis gaudium, sicut lux post tenebras: & ideo dies inchoat semper ab occasu solis, quamuis quidam aliter sentiant, qui dicunt, à media nocte, ab ortu solis, siue à sexta hora diei illum inchoare, quod nequaquam credendum ac sequendum est. Haimo: In Domini namque resurrectione, etiam ipse ordo temporis mutatus est. Ab initio enim seculi usque ad Domini resurrectionem, dies præcedebat, & sequebatur nox: à Domini uero resurrectione nox præcedens ad sequentem diem pertinet, quia qui in huius noctis ultima parte à morte resurrexit, ipsam noctem lucidam atque coruscantem reddidit, & quodammodo in diem commutauit: de qua scriptum est, Et nox illuminatio in delicijs meis. Et apte quondam dies præcedebat noctem: quia primus homo à uera luce discedens, in tenebras erroris incidit. apte etiam nunc dies noctem sequitur: qui per Domini resurrectionem de tenebris erroris liberati, ad ueram lucem conuersi sumus: sicut ait Apostolus, Nox præcessit, dies autem appropinquit. Neque enim aliter quam nocte diei præposita, potest explicari, quod Dominus in exemplum Ionæ tres dies & tres noctes in corde terre fuerit, & c. Nota est historia de Iona, quod cum fugeret à facie Domini in Tharsis, ceto sorbentem deuoratus est, & ibi fuit tribus diebus & tribus noctibus: hoc factio significans mortem Domini, qui latuit in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Et quomodo Dominus dicitur tribus diebus & tribus noctibus iacuisse in sepulchro, cum constat eum ibi non tot diebus & noctibus ex integro mansisse: siquidem sexta feria hora sexta cruci affixus est, nona autem emisit spiritum: uespere uero post occasum solis depositus est de cruce, & collectus in sepulchrum, & non ibi iacuit nisi triginta sex horis. Sed in hoc loco regula scripturæ attendenda est, quia frequenter à parte totum demonstratur. Si enim accipiamus sextam feriam cum nocte præcedente, & sabbatum cum nocte præcedente, noctem autem Dominicam cum sequenti die, secundum hanc rationem tres dies & tres noctes inuenitur mansisse Dominus in sepulchro. Hinc Augustinus in libro de sancta trinitate quarto: Ipsum autem triduum, non totum & plenum fuisse, scriptura testis est. Sed primus dies à parte extrema totus annumeratus est, dies uero tertius à parte prima, & ipse totus: medius autem inter eos, id est secundus dies absolutè totus uiginti quatuor horis fuit, duodecim in nocturnis, & duodecim in diurnis. A uespere autem sepulture usque ad diluculum resurrectionis, triginta sex horæ sunt, qui est quadratus senarius. Iona interpretatur columba siue dolens. Columba pro gemitu, quando in uentre ceti triduo fuit: dolens autem uel propter tristitiam, quam habuit de salute Ninuitarum, uel propter hederam subito arefcentem, cuius umbraculo tegebatur contra solis ardorem, ipse est & Amathi Sareptanæ filius uiduæ, ut Iudei affirmant, quem resuscitauit Helias, matre postea ad eum dicente: Nunc cognoui, quoniam uir Dei es tu, & uerbum Dei in ore tuo uerum est. Si uis scire quot atomos, & momenta, & minuta, & punctos, & horas habeat in die uel in hebdomada, necnō & in mense naturali, istam calculationem attende, & inuenies. Primitus ad horam incipiamus, DLXIIII. atomi, faciunt unum momentum, quatuor momenta faciunt unum minutum, duo minuta & dimidium faciunt unum punctum solarem, quatuor puncti faciunt unam horam solarem, hora autem lunaris habet punctos quing, minuta decem, partes quindecim, momenta quadraginta, ostenta sexaginta. Punctus lunaris habet minuta duo, partes tres, momenta octo, ostenta duodecim. Vnum minutum habet partem unam & dimidium, momenta quatuor, ostenta sex. Vna pars habet momenta duo, & duas partes tertij momenti, ostenta III. & tres partes unius momenti. Vnum momentum habet ostentum unum & dimidium. Vna enim hora habet atomos XXXII. DLX. ostenta LX. momenta quadraginta, partes quindecim, minuta decem, punctos quatuor in sole, in luna quing.

Dies quippe habet horas uiginti quatuor, punctos nonaginta sex, secundum solem: secundum lunam, CXX. minuta CCXL. partes CCCLX. momenta DCCCCLX. ostenta MCCC. atomos DXLI. CCCCXL.

Hebdomada habet horas CLXVIIII. punctos sexingentos sexaginta duos, minuta MDCLXXX. partes III. D. XXX. momenta VI. DCCXX. ostenta XXXXX. atomos III. CXC. DCCC.

Mensis XXX. dierum, habet horas DCCXX. punctos III. DCCC. LXXX. minuta VII. CC. momenta XXXVIII. DCCC. ostenta XLIII. CC. atomos XVI. CXXIIII. CC.

Si uis scire quot horæ sunt in anno, multiplica CCC. per XXXIII. uices, sunt VII. CC. ite multiplica LX. per XXIII. uices, sunt M. CCCC. XL. Item multiplica quing, ipsos uidelicet qui CCCLX. superant numerum, per uiginti quatuor uices, sunt CXX. Hi autem id est VII. CC. & MCCCXL. & CXX. in simul iuncti, VII. DCCCLX. reddunt. Tot igitur horæ sunt in anno communi, CCLXXV. dies. ideo per uiginti quatuor multiplicari oportet, quia uiginti quatuor horæ sunt in unoquoque die.

Si uis scire quot puncti sunt in anno, duc VII. per quater, sunt XXXII. Item multiplica DCC. per quater, sunt III. DCCC. Item multiplica sexaginta per quatuor, sunt ducenti quadraginta. Hinc autem totum numerum simul iunge, & inuenies XXXV. XL. ideo autem horæ totius anni per quatuor multiplicari conuenit, quia quatuor puncti unâ horâ solarè faciunt.

Si uis scire quot minuta sunt in anno, multiplica bis supradictum numerum, sunt LXXX. LXXX. Adde etiam dimidiam partem supradictorum punctorum, id est XVII. D. XX. Hunc autem totum numerum in simul coniunge, & habebis LXXXVII. DC. ideo autem numerum punctorum bis multiplicari, & insuper eorum dimidiam partem addere diximus: quia duo minuta & dimidium, unum punctum faciunt.

Si uis scire quot momenta sunt in anno, multiplica quater supradictum numerum, hoc est LXXXVII. DC. sunt CCCCL. CCCC. ideo autem numerum minutorum per quatuor multiplicari diximus, quia quatuor momenta unum minutum efficiunt. Sunt quoque in anno ostenta DXI. CCCC. LX. atomi CXCVII. DCCCLX. DCCC. LX. Hæc autem omnia si ita esse non credis, diligenter inquire.

SCHOLIA IN CAPVT III. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Ioanne Nouomago.

Dies est aer sole illustratus. Diem definiunt philosophi hoc pacto: Dies est latio solis supra horizontem, ut Aristoteles. Bedæ tom. 2. f teles.



teles. Alij, quod idem ualet, spacium inter solis exortum & occasum. Est autem definitio diei naturalis, quam literatorum uulgi ar-  
tisticalem appellat. Beda uulgarem uocat. Alius est dies ciuili, quem nunc naturalem uocant: spacium quo sol terram supra ac infra  
circumuoletur, quod fit spacio horarum æquinoctialium, XXIII.

Nomen inde sumens quod tenebras à luce disiungat atq; diuidat. ] Diem Festus à Deo deducit: alij à  
dio, quod significat lumen sub coelo diurnum: unde sub dio dicimus extra tecta. Ego arbitror diem dici à Ioue, quem Greci dia uocāt.  
Nam solem etiam per Iouem intelligimus, ut testatum est uulgato Orphei uersiculo:

Eis Zeus, eis Zeus, eis Zeus, eis Zeus, eis Zeus, eis Zeus.

Et Iuppiter, Diespiter quod dici pater fit, atq; lucis.  
Nisi forte poeticis figmentis. ] Inuenti sunt etiam philosophi, qui serio disputarent, solem dum occideret, mergi ac  
extingui humore: accendi autem rursus, dum oriretur. Euerunt in hac opinione Epicurei, quos et Lucretius sequitur. Vide Strabo-  
nis primum de Geographia. Verum solem tam expedito spacio infra terras ferri, ut supra, iam uulgo quoq; non est incognitum.

Vmbri & Athenienses. ] Memoria lapsus Bedam existimo, dum passim constat Athenienses diem ab occasu solis inci-  
pere: qua de re lege apud Gellium & Macrobius plura.

• VBI PRIMVS DIES SECVLI SIT.  
CAPVT IIII.

QVo sane in loco primus seculi dies sit, nonnulli quærentes, VIII. Calendarum Aprilium: alij  
XI. Calendarum supra scriptarum die magis adnotatum putarunt, uno utriq; hoc est, æqui-  
noctij argumento nitentes, quasi rationi congruat, ut quia Deus æquis in principio partibus lu-  
cem tenebrasq; diuiserit, ibi præcipue tunc caput mundi, ubi nunc æquinoctij fieri creditur: be-  
ne quidē inquirentes, sed non plenè q; dicerent prouidentes, multo utiq; peritius acturi, si tēpus  
æquinoctij non primo diei quo lux, sed quarto quo luminaria sunt facta, potius adsignaret, ibi nā  
que temporis initij statuit, qui luminariibus conditis dixit, Vt sint in signa, & tēpora, & dies, &  
annos. Nam præcedens triduum, ut omnibus uisum est, absq; ullis horarum dimensionibus, ut  
pote necdum factis syderibus, æquali lance lumen tenebrasq; pendebat: & quarto demum mane  
sol à medio procedens orientis, horis umbratim suas per lineas currentibus, æquinoctium quod  
annuatim seruaretur inchoauit: positus uidelicet cum primo terris oriretur in eo cœli loco, quæ  
philosophi quartam partem Arietis appellant, eundemq; peracto annuo circuitu, post dies CCC  
LXV. & sex horis repetiturus, cuius argumento quadrantis efficitur, ut ipse uernalis æquinoctij  
punctus modò mane, modò meridie, modò uespere, modò medio noctis occurrat: luna e contra,  
riò uespere plenissima, neq; enim quid imperfectum creator æquissimus instituit, stellis una sul-  
gentibus, ac medio apparens orientis, quartam partem libræ, qua æquinoctium autumnale adse-  
uerant, tenuit, initiumq; paschale suo consecrauit exortu. Neq; enim alia seruanda paschæ regu-  
la est, quam ut æquinoctium uernale plenilunio succedente perficiatur: at si uel uno die plenitudo  
do lunæ præcesserit æquinoctium, iam non primi mensis, sed ultimi luna putetur. Oportet enim,  
ut sicut tunc primo sol potestatem diei, deinde luna cum stellis potestatem noctis accepit, ita &  
nūc ad insinuandum nostræ redemptionis gaudium, primo dies noctem longitudine adæquet, ac  
deinde luna plenissima eam luce perfundat, certi utiq; mysterij gratia: quia uidelicet sol illi crea-  
tus omnium illuminator astrorum, æternam ueramq; lucem significat, quæ illuminat omnem ho-  
minem uentientem in hunc mundum. Luna autem & stellæ, quæ non proprio ut dicunt, sed aduē-  
titio, & à sole mutuato lumine fulgent, ipsum ecclesiæ corpus, & quosq; uirum sanctos insinuāt:  
qui illuminari, non illuminare ualentes, cœlestis gratiæ munus accipere sciunt, dare nesciunt. At  
qui in celebratione maximæ solemnitatis Christus ecclesiæ debuit anteponi, quæ non nisi per il-  
lum luceret. Nam si qui plenilunium paschale ante æquinoctium fieri posse contenderit, ostendat  
uel ecclesiam sanctam priusquam saluator in carne ueniret, extitisse perfectam; uel quemlibet  
bet fidelium ante prouentum gratiæ illius aliquid posse supernæ lucis habere. Neq; enim sinera-  
tione paschalis obseruantia temporis, qua mundi salutem & figurari & uenire decebat, ita diui-  
nitus est procurata, ut neq; prima die qua lux facta est: neq; secunda, qua firmamentum: neq; ter-  
tia, qua arida apparuit: neq; mox quarta inchoante, qua sol æquinoctialis tanquā è thalamo pro-  
cessit, sed ad uesperam tandem oriente luna sortiretur exordium. Expectata est enim hora, quæ il-  
luminacionem ecclesiæ olim in Christo uenturam designaret. Vt sicut in mysterio sacrificij cœle-  
stis nec uinum solum, nec aquam solum offerre licet: ne uidelicet ipsa oblatio uel Deo tantū, uel  
homini conueniat: sed sanguinē, qui torculari crucis expressus est, nostræ fragilitatis aqua tēpera-  
mus: granū quoq; frumenti, passionis mola contritum, aqua miscemus, ut iuxta q; Apostolus  
ait, Adhærentes domino, unus cum eo spiritus effici ualeamus. Ita etiam in eiusdem sacrificij tē-  
pore obseruando, nec solis tantummodo cursum quæritemus, quasi dominum quidem creden-  
tes, sed ultra nostræ curam sublimatum, iuxta eos qui dicunt: nubes latibulum eius: nec nostra cō-  
siderat, & circa cardines cœli perambulat. Nec item lunæ solius plenū captemus exortum, qua  
si iuxta Pelagianos absq; gratia superna beati esse non queamus: uerum iuxta eum qui dixit: De-  
us meus misericordia eius præueniet me. In nostra Paschæ celebratione æquinoctiale solis ex-  
ortum, cuncta uidelicet tenebrarum offendicula deuincens, plenilunio nostræ deuotionis eue-  
stigio sequente, dedicemus. Hanc Moyses Paschæ rationem die proprie resurrectionis perfecit,  
qui

Obseruanda  
Paschæ ratio.

Sol. Christus,  
luna ecclesia.

Paschæ exor-  
dium.

qui non uenit soluere legē, sed adimplere. De quibus singulis suo loco consequentius, prout Do-  
minus dederit, exponemus: nunc admonere contenti, XI. Calendarum Aprilium die occursum  
æquinoctij, & ante triduum, hoc est, X V. Calendarum earum dem primū seculi diem esse notā-  
dum: cuius ad iudicium primitus ibi reor antiquos initium Zodiaci circuli uoluisse præfigere.  
Neq; enim illa die uel Romanorum, uel Græcorum, uel certe Aegyptiorum mensis annus ue cu-  
ius hoc causa fieret, oritur: sed nec ab his gentibus, quamuis se Græci iactent, uerum ab antiqui-  
oribus Chaldæorum astrologia cœpit, à quibus Abraham patriarcha, ut Iosephus testatur, edo-  
ctus, ut Deū cœli syderūq; conuersione cognouit, ipsam mox disciplinam ueracius intellectam  
Aegyptiorum genti aduexit, eū apud eos exularet. Nā & in libro beati Iob, qui non longe post  
Abraham extitit, mazaroth, id est, signa horoscopi legimus. Igitur iuxta Zodiaci quidem diuisi-  
onem X V. Calendarum Aprilium die, quando facta est lux, sol Arietis signum ingreditur. Iuxta  
uero primæ suæ conditionis ordinem XII. Calendarum supra scriptarum initium sui circuitus,  
& omnium simul temporum caput attollit, iuxta quod Anatholius Laodicæ Antistes de æqui-  
noctio scribens euidentur adstruit: In qua inquit, die inuenitur sol non solum conscendisse pri-  
mam Signiferi partem, uerum etiam quadrantem in ea die iam habere, id est, in prima, ex XII.  
partibus. Hæc autem particula prima ex duodecim uernale est æquinoctium, & ipsa est initium  
menium, & caput circuli, & absolutio cursus stellarum, quæ planetæ, id est uagæ dicuntur, ac fi-  
nis duodecimæ particula, & totius circuli terminus. Vbi & uertissimè intellexit, & elegantissi-  
mè promptè, non nisi in æquinoctio uernali, quantum ad naturā, caput esse Signiferi, & ibi XII.  
signa, quæ ab illo particula nuncupatur, initium ibi habere & terminum, ibi quadrantem, quem  
bis sextum dicimus, ibi saltum lunæ incipere ac finire, ibi annū magnum, hoc est, planetarū cur-  
sum, exordium finemq; fortiri.

Abraham astro-  
logia peritus.

GLOSSAE IN CAP. IIII. BEDAE PRESBYT-  
RI, De temporum ratione: auctore Bredfero Ramesiensi.

Ibi namq; temporis initium statuit, qui luminariibus conditis dixit: ut sint in signa, & tempora, & dies & annos. Nam præcedēs  
triduum, ut omnibus uisum est, absq; ullis horarum dimensionibus, utpote necdum factis syderibus, æquali lance lumen tenebrasq; pen-  
debat. Priusquam sidera fierent, non erat quibus ordo temporum annotaretur indicij: non erat unde meridiana hora dinosceretur,  
antequam sol medium cœli conscenderet igneus orbem: non unde cetera diei noctisq; signarentur horæ, donec astra polum, æquali  
inter se sorte die noctisq; diuiderent. Nam totum illud triduum superioribus, in deserto cursus sui processu transferat, nullam penitus di-  
mensionem horarum habens: utputa, quia lumine primario adhuc generaliter omnia replente, nullumq; caput habente, quod nunc  
de sole accipit, nisi quæ ardentes illuxerant, nulla sub caute uel arbore quasi remotior umbra frigeat. Vt sicut in signa, &  
tempora, & dies & annos: hoc uel propter terminum paschalem dicitur, quia luna signum est paschalis termini, qui non nisi in deci-  
ma quarta luna celebratur: uel quia sidera signa sunt nauigantibus per mare, uel iter agentibus per Libyam, ubi uestigium itineris  
ad motum uenti dissipatur. Et quarto demum mane sol à medio procedens orientis, horis umbratim suas per lineas currentibus, æqui-  
noctium quod annuatim seruaretur, inchoauit. Illam enim uim per omnia sol habuit primo creatus, quam nunc habere creditur. An-  
te creationem solis non erat tempus neq; hora: quia uidelicet non erat qui umbram faceret, per quam temporis uel horæ fieret deter-  
minatio. Æquinoctium. Sol æquinoctialis fuit creatus, nihil inæquale fecit Deus æquus. Cuius augmento quadrantis efficitur, ut ipse  
uernalis æquinoctij punctus, modò mane, modò meridie. Prima positio solis in ariete, modò primo anno mane, meridie secundo an-  
no, uespere tertio anno, medio noctis, quarto anno occurrit, ut subaudias iterum mane. Ita & nunc ad insinuandum nostræ redē-  
tionis gaudium, primo dies, noctem longitudine adæquet. Primo dies, id est, prius antecedit Christus, deinde sequatur ecclesia. Li-  
cet enim nunc, propter Dominicæ resurrectionis honorificentiam dies sequatur noctem, tamen in æquinoctio secundum primæ con-  
ditionis ordinem nox sequitur diem, & propter gratiam sacramenti in ipsa nocte sequenti sit adimpletio æquinoctij. Sacramentum  
autem cur hoc fiat, satis hic dominus Beda demonstrat. Noctem scilicet sequentem, quæ æquinoctio deputatur. Ac deinde luna ple-  
nissima eam luce perfundat, certi utiq; mysterij gratia. Solaris enim perfectio, quæ est in æquinoctio, antecedere debet, & deinde per-  
fectio lunaris sequi. Expectata est enim hora quæ illuminationem olim in Christo uenturam designaret, ut sicut in mysterio sacrificij  
cœlestis, nec uinum solum nec aquam solum offerre licet, sicut non conuenit primus dies, nec secundus, nec tertius, nec quartus, ubi  
sol fuit procreatus ecclesie, antequam luna uenit in uespere creata: sic nec uinum solum, nec aqua sola debent offerri, antequam sat-  
guis uicæ cum aqua commisceatur, & granum frumenti contritum cum aqua mixtum. Et sicut non decet uinum offerre sine aqua,  
nec aquam sine uino: sic non debet pascha celebrari propter cursum æquinoctialem solis, antequam peruenerit decima quarta luna.  
Expectata est uespertina hora, per quam intelligitur ecclesia à Christo illuminata. Per matutinam enim horam intelligitur Christus  
illuminator ecclesie: & per uespertinam intelligitur ecclesia à Christo illuminata, ita etiam in eiusdem sacrificij tempore obseruan-  
do. In paschali festiuitate utrunq; obseruari debet, æquinoctium uidelicet uernale, & luna decima quarta post æquinoctium. Si enim  
æquinoctij tantum sit obseruatio, quasi credulitatis nostræ in Deum, sit tantum demonstratio, illius prouisus à nobis sublato regimi-  
ne: si uero decima quarta lune tantum obseruatio quasi nil salutis à Christo, sed à seipso humanum genus & habeat & habuerit. Cu-  
ius ad iudicium primatus, ibi reor antiquos initium zodiaci circuli uoluisse præfigere. Cuius primatus, id est, primordij & dignita-  
tis: ibi, id est, X V. Calend. April. initium temporum. Neq; enim illa die uel Romanorum, uel Græcorum, uel certe Aegyptiorū men-  
sis annus ue, cuius hoc causa fieret, oritur. In eo quippe die neq; annus neq; mensis Græcorum aut Aegyptiorum inchoatur, & nulla  
alia causa nisi primordij die in X V. Calend. April. initium zodiaci positum esse deprehenditur. A quibus Abraham patriarcha, ut  
Iosephus testatur, edoctus. Refert Iosephus duos filios Noe, Sem & Iaphet, inuentores fuisse omnium liberalium artium: tertium ue-  
rò, id est Cham, magicarum artium fuisse repertorem, sicuti est astronomia, & similia. Audientes autem à patre  
diluuium uenturum, per quod omnia aut igne aut aquis perire poterant, in duabus columnis ex latere & lapide factis, ipsas artes con-  
scripsit.

scripserunt, ne deleantur memoria, quæ sapienter inuenerant: sed transacto diluuiio seruariantur, & ad notitiam hominum peruenirent: quarum lapide. columna fertur diluuium euasisse, & hæc in Syria permanere. Nam & in libro beati Iob, qui non longe post Abraham exiit, mazarothe, id est, signa horoscopi legimus, non unius significat naturam, sed translatiue dicitur de toto zodiaco. Horoscopus horarum speculator, ab hora & σκοπεῖν. Scopin, id est, uidere. Translatiue tamen totum significat signiferum. Mazarothe, id est, duodecim signa, uel signum multarum stellarum, uel nomina duodecim signorum. Horoscopi, id est, signiferi circuli. Iob filius Thare de Bosra, rex Idumæorum quartus post Esau, successor Balæ filij Beor, homo gentilis, fide stabilis, humilitate summus, hospitalitate præcipuus, in disciplina mansuetus, in eleemosynis largus, diues in censu. Ex templo factus egenus locuples, in liberis repente orbatus, tentationi traditus: sed contra tentationem fide religionis armatur, fit gloriosus in certamine: æquanimis in dolore, damna rerum pertulit, funera pignorum doluit, corporisq; uulnera patienter excepit, & intersupplicia semper Deum glorificauit: mala suadentem in sape patienter sustinuit coniugem, uerba amicorum superauit, pro tanta uirtute patientie duplici in finem subleuatur remuneratione, recipiens post rerum casum multiplicem claritatem donorum. Post noctem enim tristitia, diem genuit post factores uiciorum, castæ fragrantiam edidit: post abiectionem, cornu in unctionem regni promeruit, & tibiam in accentu laudis assumpsit. Vixit autem post plagam septuaginta annis, & fuerunt omnes dies uitæ eius ducenti quadraginta octo, & mortuus est, & sepultus in regione sua. Hunc Hebræi asserunt non fuisse de genere Esau, sed de Nachor fratris Abraham descendisse stirpe, & fuisse eum temporibus patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius stirpe creditur generatus, secundum quod in exordio uoluminis eius notatur: Vir erat in terra Hus, nomine Iob. In libro Hebræicarum questionum, sic dicit sanctus Hieronymus: Primogenitus Nachor fratris Abraham, de Melcha uxore eius, filia Aran natus est Hus, de cuius stirpe Iob descendit, sicut scriptum est in exordio uoluminis eius: Vir fuit in terra Hus, Iob nomen eius. Male igitur quidam æstimabant, Iob de genere esse Esau. Si quidem illud quod in fine libri ipsius habetur, eo quod de Syro sermone translatus sit, & quartus sit ab Esau: & reliqua quæ ibi continentur, in Hebræis uoluminibus non habentur. Hæc autem particula prima ex duodecim, uernale est æquinoctium. Omnia enim ista sunt secundum naturam in ariete, in duodecimo Calend. April. Signa duodecim appellantur partes, quorum primum est aries, ultimum pisces. Initium mensium, scilicet anni, uel caput circuli, id est, zodiaci, uel anni. Naturaliter enim in primo signo, ubi sol & luna sunt creata, id est, in ariete, est initium & finis mensium & annorum: & ibi cursus omnium planetarum deligatur, id est, ad unam concordiam uenit, ubiq; omnes circuli iuxta naturam finiuntur. Absolutio Deus finis & terminus laboris, id est, operis.

SCHOLIA IN CAP. IIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Quo sanè in loco primus seculi dies. ] Disputant Theologi quando mundus sit creatus, in uere ne an autumno? Quædam autem in autumno mundum creatum, mouentur hac ratione, ne si in uere esset factus, media perissent primi homines, nullis fructibus adhuc maturis. Probabilior sententia, primum diem fuisse dum sol arietis signum teneret. Disputant de hac questione etiam Astrologi: Vnde Iouinianum Pontanum libro primo de rebus cælestibus. Mazaroth, id est, signa horoscopi legimus. ] Horoscopus est ea pars signi, quæ aliquo nascente exoritur: ueluti nascente Lucio, exoritur octaua pars tauri: eam igitur habet horoscopus, quod & sic efferunt Astrologi: Lucius horoscopus habet in tauro. Homerus ut obseruatum est, in sagittario. Plato in aquario. Vrbs Roma in decima quinta libra. Nam & ciuitates habent horoscopus, hinc uerbum ὁροσκοπεῖν, pro quo nos utimur horoscopare: ut nascente Paride horoscopabat Capricornus.

DE NOCTE. CAPVT V.

NOX dicta, quod noceat aspectibus uel negotijs humanis: siue quod in ea fures latronesq; nocendi alijs occasionem nanciscantur. Est autem nox absentia solis terrarum umbra conditi, donec ab occasu redeat ad exortum, iuxta naturam eius & Poeta inquit:

— Ruit oceano nox,

Inuoluens umbra magna terramq; polumq;


Et Salomon facris literis expressit: Qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Eleganti utiq; sensu decessione noctis inclinationem appellans umbrarum. Nam quoniam pro conditionibus plagarum, quibus solis cursus intenditur, & splendorem eius a nobis obiectio terrenæ molis includit, inumbratio illa, quæ noctis natura est ita erigitur, ut ad sidera usq; uideatur extendi, merito contraria uicissitudine, id est, lucis exortu umbras inclinari, noctem uidelicet deprimi pelliq; signauit: quam uidelicet umbræ noctis ad aeris usq; & ætheris confinium philosophi dicunt exaltari, & acuminatis instar pyramidum tenebris lunam, quæ infima planetarum currit, aliquando contingi, atq; obscurari, nullamq; aliud sidus taliter eclypsim, id est, defectum sui luminis pati, eo quod circa fines telluris solis splendor undiq; diffusus, ea libere quæ tellure procul absunt aspiciat. Ideoq; ætheris quæ ultra lunam sunt spacia, diurnæ lucis plena semper efficiat: uel suo uidelicet, uel syderum radiata fulgore. Et quemadmodum nocte cæca procul accensas faces intuens, circumpolitæ quæq; loca eodem lumine perfundi non dubitas, ita, inquitur purissimum illud & proximum cælo inane, diffusis ubiq; syderum flammis, semper lucidum fit: sed præpeditis aere crassiore nostris obtutibus, sidera quidem ipsa luce radiantia apparent, uerū red dita ex eis illustratio non apparet. Lunam uero aiunt, cum infimas sui circuli absq; plena petita, nonnunquam umbra memorata fuscari, donec paulatim centrum terræ transgressa, rursus a sole cernatur. Verum ne hoc omni plenitudine patitur, latitudinem ei signiferi, quæ XII. partium est, diuersamq; absidum altitudinem succurrere. Nam quia in umbra faciendâ tria simul concurrere

re e necesse est, lucem, corpus, & obscuratum locū: & ubi lux corpori par est, ibi æqualis umbra iacitur: ubi lux corpore exilior, ibi umbra sine termino augetur: ubi lux corpore maior, ibi umbra paulatim rarefendo deficit, argumentantur solem terra esse maiorem, quamuis ob immeritam longinquitatem modicus uideatur: atq; ideo noctis umbram quia sensim decreseat, priusquam ad æthera pertingat deficere. Meminit huius umbræ ac noctis & beatus Ambrosius in sexto hexameron libro ita dicens: An non ille, id est, Moyses, putauit dicendum, quantum de spacio aeris occupat umbra terræ, cum sol recedit a nobis, diemq; obducit, inferiora axis illuminans? & quæ admodum in regionem umbræ huius incidens lunæ globos eclypsim faciat? Est autem noctis umbra mortalibus ad requiem corporis data, ne operis arida continuato labore deficeret ac periret humanitas: & ut animantibus quibusdam, quæ lucem solis ferre nequeunt: ipsis etiâ bestijs, quæ præsentiam uerentur humanam, discursandi ubiq; ac uictum quaritandi copia suppeteret, iuxta quod in Dei laudibus Psalmista decantat: Sol cognouit occasum suum, posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestię syluarum, &c. Quam mira prouisio creatoris ita temperauit, ut ubi ob solis longinquitatem rigidior, ibi ad opera breuianda & fouenda sit mēbra prolixior: quia & hyeme quam æstate uniuerso orbis longior: & in ipsa hyeme multo Scythijs quam Afris est productior: sicut etiâ æstate multo longior in Scythia quam in Africa dies flagrat. Nam si non tanto breuior, quanto ardentior Lybiam dies ureret, totam nimirum iam dudū absumeret. Noctis sanè partes sunt VII. Crepusculum, uesperum, conticinium, intempesum, gallicinium, matutinum, diluculum. Crepusculū est dubia lux: nam creperum dubium dicimus: hoc est, inter lucem & tenebras. Vesperum, apparet stella eiudem nominis, de qua Poeta: Ante diem clauso componet Vesper olympo. Conticinium, quando omnia conticescunt, id est, silent. Intempesum, mediâ nox, quando omnibus sopore quietis nihil operandi tempus est. Gallicinium, quando galli cantum leuant. Matutinum inter abscellum tenebrarum & auroræ aduentum. Diluculū, quasi iam incipiens parua lux dicit: hæc & Aurora, pertingens usq; ad solis exortum.

GLOSSAE IN CAPVT V. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridefero Ramesiensi.

Nox dicta, quod noceat aspectibus uel negotijs humanis. ] Nox est obscuritas mundi, latibulum malorum, requies uiuorum. Est autem nox solis absentia, terrarum umbra, conditis mortalibus ad requiem facta, ne opere diutino arida deficeret humanitas: & ubi rigidior, ibi ad opera minuenda, & membra fouenda prolixior. Sicut dies nonnunquam prosperitatem & scientiam diuina legis significat, ita & nox in scripturis aliquando tribulationem persecutionis, aliquando ignorantiam & cecitatem morum secundum prophetæ dictum: Nocti assimilauit matrem tuam, factus est populus meus tanquam non habens scientiam, quasi dixisset, Non habens lucem.

Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. ] Qui scilicet Christus pascitur inter lilia, scilicet fidei munditia & candore uirtutum. Aspiret, id est, illuminet. Aliter. Qui pascuntur in lilijs, hoc est, delectantur purissimis & nitidissimis sensibus scripturarum. Donec aspiret dies, hoc est, dies illa donec ueniat æterna, quam desiderabat Psalmista, dicens: Melior est dies unius in atrijs tuis super milia. Et inclinentur umbræ, hoc est, transeant morores & perturbationes istius seculi. Donec aspiret dies, id est, oriatur. Apparebit enim dies, id est, oriatur: quando ille uerus sol iustitiæ, id est, Christus apparebit. Et tunc inclinantur umbræ, hoc est, omnia nubila mororis, & tenebræ presentis seculi pertransibunt. Sed est ipsam literam uelimus aspicere, pulchrè expressit ortum diei, & occasum noctis. Nam nox nihil aliud est, nisi umbra terræ, quæ sole sub terras descendente confurgit. Sole autem iterum ascendente, inclinantur umbræ, id est, cadit nox. Pascuntur ergo in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ: quia sanctorum doctorum in presenti tantum uita necessaria est prædicatio & doctrina. Nam in alia uita postquã apparuerit æterna dies, & finita fuerit nox presentis seculi, non necesse erit doceri aliquem: quia omnes reuelata facie gloriam Domini contemplabuntur. Vnde & Dominus dicit per prophetam: Non docebit uir fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me a minimo usq; ad maximum. Beatus Ambrosius in libro Hexameron: Queritur qualiter spaciū aeris occupet umbram terræ, efficiens nobis noctem. Cum sol recedit, diemq; a nobis abducit, tum inferiora axis septentrionalis illuminat. Omne enim corpus facit umbram, & naturaliter umbra corpori adheret, adeo ut etiam pictores corporum umbras, priusquam pinxerint, nitantur exprimere, idq; asserant artis non intermittere uim nature. Ergo sicut in die cum a parte solis aliquod corpus hominis uel arboris occurrit, ex ea parte qua lumen repercutitur, umbra substitit: sic cum recedente die sol ad eum locum peruenierit, ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine a nobis separatur, sic terræ obiectu a septentrionali parte obumbratur aer, adeo ut noctem nobis faciat hæc ipsa umbra terrarum. Quam uidelicet umbram noctis ad aeris usq; & ætheris confinium philosophi dicunt exaltari, & acuminatis instar pyramidum tenebris, lunam quæ infima planetarum currit, aliquando contingi. Et acuminatis tenebris, id est, acutissimis: ab acumino uerbo, & fastigiatis. Instar, id est, ad similitudinem pyramidum, id est, sepulchrorum, quæ inferius spaciuntur, & superius acuminantur. Sic tenebræ & umbra noctis inferius supra terram sunt late & amplæ: superius uerò angustæ & acutæ, a quibus luna dicitur aliquando tangi & obscurari, si fuerit sol sub terra in centro, id est, in eadem parte cæli inferius, in qua luna superius. Pyramis pyramidis, sepulchrum inferius latum & amplum, superius uerò angustum & strictum ad similitudinem pyr, id est, ignis. Antiqui enim talia faciebant sepulchra, sic enim tenebræ & umbra, &c. Omnis structura uel edificium superius acuminatum, pyramis uocatur ab igne. Ignis enim inferius spaciatur, & superius acuminatur. Pyramis est, ut Isidorus dicit, figura quæ in modū ignis ab amplo in acumen confurgit. Ignis enim apud Græcos pyr appellatur. Nullumq; aliud sidus taliter eclypsim, hoc est, defectum sui luminis pati. Nullumq; aliud sidus, id est, non sic cætera errantia deficiunt, sicut luna deficit. Ita enim sol eclypsim



lypsin patitur, ut non deficiat eius splendor, sed ut interiectu terræ luna non appareat. Stellæ quoque errantes, non defectum sui luminis habent, sed cum aliæ ab alijs calantur, deficere dicuntur, quos defectus philosophi occultationes siderum appellant. Luna uero eclipysin patitur, ut penitus lumine priuetur. Pati, scilicet dicunt philosophi. Undique, id est, ex omni parte diffusus splendor solis. Sol enim multo maior est terra, & ideo siue in nocte siue in die, undique circa terram mittit suum splendorem. Noctē autem non potest propter umbram terræ, ipsa loca quæ prope sunt terræ irradiare, irradiat tamen superius spacia ætheris, quæ ultra lunam sunt, & longè à terris. Verum ne hoc omni plenilunio patiat, latitudinem ei signiferi quæ duodecim partium est, diuersamque absidarum altitudinem succurrere. Huius uersiculi glossam in ante capitulo uigesimo septimo pleniter inuenies. Quæ scilicet latitudo duodecim partium, est duodecim signorum, diuersarumque absidarum altitudinem. In altitudine absidarum non patitur hoc luna, id est eclipysin, sed quando prope terræ est. Succurrere, scilicet dicunt philosophi. Absides Græco uocabulo circuli planetarum uocantur. Sed quia lune circulus uariatur, nunc enim propinqua celo, nunc contigua montibus, cum in regionem umbræ uenit, eclipysin facit: cum autem in æthera scandit, ultra umbram euadit, & ideo defectum non patitur, quia illustratur à sole. Nam quia in umbra faciendâ, tria simul concurrere necesse est, lucem, corpus, & obscuratum locum. Sicut in umbra faciendâ tria sunt: id est, ut sit lux, corpus & locus: sic tria umbrarum genera sunt, id est, pyramides, chilindres, turbonides. Nam necesse est ut lux maior sit quàm corpus, aut minor aut equalis. Si ergo maior fuerit lux quàm corpus, pyramides umbra uocatur, sicut umbra terræ, id est nox. Maior enim sol est, ut Macrobius & plures alij docent, quàm terra, octies. Si autem minor lux fuerit quàm corpus, uocatur turbonides: si uero æqualis fuerit lux & corpus, chilindres uocatur. Chilindres est figura quadrata, habens semicirculum superius, ita necesse est lucem, scilicet cuius absentia sit umbra. Aliter enim corpus non potest facere umbram nisi in luce. Sol cognouit occasum suum, usque bestia syluæ. Remigius: Sol cognouit occasum suum, id est, Christus mortuus est, in cuius morte postea sunt tenebræ in toto mundo.

Posuisti tenebras, & facta est nox. Spiritualliter positæ tenebræ facta est nox, quia in passione Christi infidelitas in cordibus apostolorum ascendit. In ipsa nocte pertransibunt omnes bestia syluæ, id est, demones, instigando uel ad crucifigendum Iudeos, uel ad negandum apostolos.

SCHOLIA IN CAPVT V. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Ioanne Nouiomago.

Nox dicta quod noceat. Sic & Varro libro quinto de Origine uerborum, quod nocet noctem dictam esse scribit. Græcè dicitur νύξ, quam Physici definiunt οὐρανὸν ὑπὸ γῆς. Non est autem qualiscumque terræ umbra, sed quæ nascitur ex solis sub terra neo meatu. Nam cum terra sit globus, ut antè demonstratum est: sic & sol globus, & maior quidem quàm terra, necesse est (quemadmodum ex optice constat) ab altera terræ parte quam sol non aspiciat, umbram exire, quæ metæ aut pyramidi similis est. Cum enim materia lucida rotunda est, & in eius radijs posita alia materia crassa seu opaca, omnino necesse est, priorem partem materiæ opacæ illustrari aduerso lumine: alteram uero obscuram longius manente umbra ad figuram pyramidis: ex quo facillè intelligitur, hanc umbram è regione semper contra solem esse positam, ac incipiente sole se mergere uersus occasum, à parte exortina tantum se in altum tollit umbra, quantum sol sub terras abit, dum autem dimidia noctis parte transacta est in hipogeio (sic enim uocant Græci subterraneum eum locum, quem sol occupat medio noctis) umbra terræ uersus austrum proclinat sublimis super terram: unde & profunda & alta nox apud Poetas ex ratione physica intelligitur. Isthæc si uoles clarius intelligere, respice figuram umbrarum quas apposimus libro primo.

Lunam quæ infima planetarum currit aliquando contingi. Quomodo lunæ eclipysis fit, satis intellectum iri existimo ex ijs, quæ diximus in scholijs primi libri. Quod autem alijs sideribus lumē non auferatur per umbram terræ, causa est, quod alia sidera altiora sunt, quàm umbra terræ potest peruenire: itaque supra lunam, umbra definit in conum pyramidis, id est, in uerticem seu accutam extremitatem. Est enim solis orbis longe ac multo amplior quam terræ sphaera, propterea sic exigente ratione luminis, corporis umbra in immensam altitudinem nequit peruenire, & sol radios suos non longè à terra iterum cõponit: unde dicitur sol omnia uidere, quemadmodum & Homeri noto uersiculo celebratum est: ἡ δὲ λῆισθ' ὄσ' ἀείψ' ἐφαρσὲν ἠδὲ πᾶσι τ' ἐπὶ κέφαλα. & cælum idem ἀνύχοιον uocat, id est, sine nocte: in cælum enim umbra terræ, quæ nox dicitur, peruenire non potest.

Cum infimas sui circuli absidas plena petierit. Absides quid sint in planetarum orbibus, ex scholijs & figuris primo libro appositis facillè intelligitur: accepit autem Beda hoc loco absides, pro circulorum commissuris, quas recentiores uocant caput & caudam draconis, Græci ἀναβίβασον τῆς ἠδὲ κατὰ βίβασον τῆς.

Quam mira prouisio creatoris ita temperauit. Somnus frigidis conciliatur: ergo ex re mortalium fuit, ut temporibus ac locis frigidis longior quies hominibus daretur.

DE HEBDOMADA. CAPVT VI.

Hebdomada Græcè à septenario numero nomen accepit, humana quidē consuetudine septenis solum acta diebus, sed scripturæ sacræ auctoritate multis speciebus insignis, quæ tamen cunctæ, ni fallor, ad unum finem spectant: nos scilicet admonentes, post operum bonorum perfectionem in spiritus sancti gratia perpetuam sperare quietem. Prima ergo singularis illa hebdomada & à qua cæteræ formam capeflunt, diuina est operatione sublimis: quia Dominus sex diebus mundi ornatum complens, septima requieuit ab operibus suis, Vbi notandum, quod non à deo senarius numerus est perfectus, quia dominus in eo mundi opera perfecit, sed sicut Augustinus ait: Ideo Dominus qui omnia simul creare ualebat, in eo dignatus est operari, quia numerus est ille perfectus, ut etiam per hunc opera sua probaret esse perfectæ, qui suis partibus primus impletur, id est, sexta & tertia, dimidia, quæ sunt unum, duo & tria, & simul sex fiunt. Ad huius exemplum diuinæ hebdomadis secunda hominibus obseruantia mandatur, dicente Domino: Sex diebus operaberis, facies omnia opera tua, septimo autem die sabbati Domini Dei tui non facies omne

omne opus seruire in eo. Sex enim diebus fecit Deus cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo. Quæ populo Dei hebdomada ita cõputabatur antiquitus: prima sabbati, uel una sabbati siue sabbatorum: secunda sabbati, tertia sabbati, quarta sabbati, quinta sabbati, sexta sabbati, septima sabbati, uel sabbatum. Non quod omnes sabbatorum, hoc est, re quietionum dies esse potuerint, sed quod à quietionum die, quæ suo nomine & cultu singularis excellabat, prima, uel secunda, uel tertia, uel cæteræ suo quæque censerentur ex ordine. Verum gentiles cum obseruationem à populo Israel hebdomadis addidissent, mox hanc in laudem suorum deflexere deorum. Primam uidelicet diem Soli, secundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Ioui, sextam Veneri, septimam Saturno dicentes: eisdem utique monitris suos dies, quibus & errantia sidera consecrantes, tametsi diuerso ordine putantes. Existimabant enim se habere à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte feruorem, à Mercurio sapientiam & uerbum, à Ioue temperantiam, à Venere uoluptatem, à Saturno tarditatem: credo quia Sol in medio Planetarum positus totum mundum spiritus instar calefacere, & quasi uiuificare uideatur. Ecclesiaste attestante, qui de ipso loquens, ait: Gyrys gyrando uadit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Luna per humoris ministerium cunctis incrementum corporibus suggerit. Martis stella, utpote Soli proxima, calore simul & natura est feruens. Mercurius perpetuo circa Solē discurrendo, quasi inexhausta sapientiæ luce radiari putabatur. Iupiter frigore Saturni & ardore Martis, hinc inde temperatur. Venus luminis uenustate, quam ex solis uicinitate percipit suo cernentes allicit aspectu. Saturnus eo tardior cæteris Planetis, quo & superior incedit. Nam xxx. annis Signiferum complet, inde Iupiter xii. annis, tertius Mars ii. annis, quartus Sol ccclxxv. diebus, & quadrante, infra Solem Venus, quæ & Lucifer & Vesper, ccclxviii. diebus à Sole nunquam absistens partibus xlvii. longius. Proximum illi Mercurij sidus ixx. diebus, ocyore ambitu modo ante solis exortus, modo post occasum splendens, nunquam ab eo xxxii. partibus remotior. Noctissima luna xxvii. diebus & viii. horis Signiferum conficiens. Hæc igitur erat stultitia Gentilium, falsa ratiocinatione subnixta, qui quasi iure primam diem Soli, quia maximum est lumine: secundam Lunæ, quia secundum luminare est, se consecrare putabant: dein ordinata alteratione tertiæ diei primam à sole stellam, quartæ primam à luna, quintæ secundam à sole, sextæ secundam à luna, septimæ tertiam à sole præponebant. Ferias uero habere clerum primus Papa Syluester edocuit: cui Deo soli uacanti nunquam militiam uel negociationem liceat exercere mundanam, dicente Psalmographo: Vacate & uidete, quoniam ego sum Deus. Itemque Apostolo: Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. Et primum quidem diem, quæ & lux in principio facta, & Christi est resurrectio celebrata, dominicum nuncupauit: quod illi nomen iam primis Ecclesiæ temporibus fuisse inditum, testatur Ioannes, qui dicit in Apocalypsi: Fui in spiritu in die dominico. Deinde secundam feriam, tertiam feriam, quartam, quintam & sextam de suo adnectens, sabbatum ex uetere scriptura retinuit: nihil ueritus grammaticorum \*ferulas, quificut

regulas

GLOSSAE IN CAPVT VI. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Brîdeferto Ramesiensî.

Hebdomada Græcè à septenario numero nomen accepit. Hebdomada Græcè, latine septimana, quod septem habeat mane, id est, per septem dies currat. Inter hebdomadam per b, & hebdomadam per p, hoc distat: quod hebdo est conuicio, unde hebdomade dicitur conceptiones: hepta uero per p, dicuntur septem. Unde hebdomada dicitur septimana. Marcus Varro in libris, id est, de hebdomadibus septenarij numeri, uirtutes uarias describit. Marcus Varro, homo omnium acutissimus, & sine ulla dubitatione doctissimus, 41. libros scripsit antiquitatum, inter quos sex de temporibus composuit. De quo Terentianus elegantissimo uersiculo breuiter ait: Vir doctissimus undecunq; Varro, qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere uacasse miremur: tam multa scripsit, quàm multa uix quenquam legere potuisse credamus. Si uis audire, quid de eo beatus Augustinus dicit, lege librum de Ciuitate Dei sextum. Is numerus, id est, septenarius, septentrionem maiorem minoremque, facit in celo: & uergillas, quas Græci pleiadas uocant.

uocant, & stellas errantes. Ipse quoque zodiacus septenario numero non caret. Nam in septimo signo fit solstitium à bruma, in septimo mo bruma à solstitio: in septimo æquinoctium ab æquinoctio. Luna quoque penè quater septenis diebus integrum suum conficit cursum. Prima ergo singularis illa hebdomada, & à qua ceteræ formam capessunt, septem dies tantum habuit. Vbi notandum, quòd non ideo senarius numerus est perfectus, quia Dominus in eo mundi opera perfecit: sed sicut Augustinus ait, scilicet in libro de Ciuitate Dei undecimo. In eo, scilicet numero, id est, senario. Quia numerus ille est perfectus, id est, senarius. Par numerus est, qui diuidi & quis partibus potest: ut duo, quatuor, octo. Impar uero numerus est, qui diuidi æquis partibus nequit, uno medio uel deficiente, uel superante: ut, tria, quinque, septem, nouem. Perfectus autem numerus est, qui suis partibus adimpletur, ut senarius, qui non indiget ad iunctionem alterius ad perfectionem, sed diuisus non plus habet quàm perfectus, nec minus. Sic & uiginti octo faciunt intra centenarium, sic intra millenarium CCCXXCVI. intra X.VIII. CXXXVIII. Ut etiam per huc, scilicet senarium. Qui, scilicet senarius. Suis, scilicet in partibus, primus impletur. Ideo primus, quia sunt etiam alij perfecti, qui similiter implentur suis partibus. Sexta, scilicet parte, id est, unum. Tertia, scilicet parte, id est, duo. Et dimidia, scilicet parte, id est, tria. Ad huius exemplum diuina hebdomada, secunda scilicet hebdomada, hominibus obseruanda mandatur. Secunda hebdomada, quæ à prima formam accepit, septem similiter dies deinceps habuit. Verum gentiles cum obseruationem à populo Israel hebdomadis didicerent, mox hanc in laudem suorum deum flexere deorum. Pagani ex pagis Atheniensium dicti, ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agris & pagis gentiles, lucos idolatæ stauerunt, & à tali initio uocabulum pagani sortiti sunt. Gentiles sunt, qui sine lege sunt, & nondum crediderunt. Dicti autem gentiles, quia ita sunt ut fuerunt geniti: id est, sicut in carne descenderunt, sub peccato scilicet idolis seruientes, & necdum regenerati, proinde gentiles primitiu nuncupabantur. Ipsi dicuntur Græcè ethnici. Ethnici enim ex Græco in Latinum, interpretantur gentiles. Ethnos enim Græcè, gens dicitur. Eisdem utiq; monstris suos dies, quibus & errantia sidera consecrantes.

Inter cœlum terramq; septem sidera pendunt, certis discretis spatijs, quæ uocantur errantia, contrarium mundo agentia cursum: id est, leuum, illo semper in dextra præcipiti. Et quamuis assidua conuersione immense celeritatis attollantur ab eo, rapianturq; in occasum, aduerso tamen ire motu per suos quæq; id est, incessus passus aduertuntur, nunc inferius, nunc superius propter obliquitatē signiferi uagantia. Radijs autem solis præpedita, anomala uel retrograda, uel stationaria fiunt. Inter cœlum, id est, firmamentum, Terramq; id est, in æthere, septem sidera. De planetis dicit. Pendunt, scilicet quia non coherent. Pendunt dicit: quia non sunt fixa in firmamento, sicut cætera sidera. Sol & luna, & quinque planetæ, non sunt in firmamento posite, sed in æthere pendunt: quia ergo uicini sunt firmamento, ideo in firmamento posite dicuntur. Discreta, distincta. Distantia inter se, & diuisa certis spatijs. Contrarij cursum, id est, leuum: id est, sinistrum agentia: quia contra mundum pergunt. Cœlum in dextrum ab oriente in occidentem flectitur, planetæ eregione ab occidente in orientem in leuum uoluuntur. Quamuis agilitas cœlestis spheræ tanta sit, ut cursum planetarum præpedit, illasq; impetu suo rapiat: atq; ideo uidentur nobis currere ad occidentem, cum tamen semper ferantur ad orientem. Nam cursum suum nunquam amittunt, licet ad cursum spheræ cœlestis uideantur ferri. Iste locus uariè intelligitur. Primè enim sic: Cum enim homo conuertit faciem ad solis occasum, sinistra pars illius de australi parte erit, contra quam partem omnes planetæ currunt ab occasu ad ortum. Vel etiam terra, quæ uocatur mundus, scilicet fingitur: sicut homo supinus, cuius caput ad orientem est, pedes uero ad occasum, contra cuius sinistram manum omnes planetæ currunt. Vel etiam omne quod est contrarium, leuum dicitur: quia ergo contra mundum currunt, ideo dicuntur currere in leuum. Illo, scilicet mundo, qui semper in dextram partem uoluitur. Præcipiti, id est, uolubili. Assidua, id est, continua, quia mundus in unaquaq; die circa terras aduoluitur: cum sua nocte uiginti quatuor horis. Item: Sol & luna ceteraq; planetarum stella, non sunt fixa in cœlo, ut cætera sidera: sed in aere feruntur, quæ Græcè planetæ, latine autem sidera errantia nuncupantur: non quod ipsa errent, quæ cursum suum secundum diuini imperij dispensationem peragunt, sed nos errare in sui motus inuestigatione faciant, cum interdum in austrum, interdum septentrionem: plerumq; ut quidam dicunt, contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. Item: Sidera errantia, quæ sunt septem, non semper in eodem loco, ubi pridie fecerant ortum, faciunt uel occasum: sed modò ad infima zonæ brumalis descendunt, modò ad alta zonæ solstitialis ascendunt, modò mediam zonæ æquinoctialis lineam repetunt. Sic nimirum, sic sunt heretici, qui lucem ueritatis promittentes, nunquam in eodem statu docendi perdurant: sed modò sic doctriam infirmantes, ipsi utiq; quam sit contemnenda lucis ostentatio, quam pollicentur, insinuant. Credo quia sol in medio planetarum positus, totum mundum spiritus instar calefacere, & quasi uiuificare uidetur, quarto circulo solis cursum est collocatus: qui proinde quia omnibus lucidior est, medius est constitutus, ut tam supernis quàm inferioribus lucem præstet. Luna autem ideo proxima terris est posita, ut nocte nobis lumen facilius exhibeat. Ecclesiaste attestante, qui de ipso loquens ait: Ecclesiastes autem appellatur, qui cœtum, id est, ecclesiam congreget. Cohelet Hebraicè, Ecclesiastes Græcè, cōcio nator latine. Dicitur autem concionator, eo quòd concionetur ad populum, id est, loquatur: & sermo eius non specialiter ad unum, sed ad uniuersos generaliter dirigatur, dicens omnia quæ in mundo cernuntur, caduca & breuia esse, & ob hoc minime appetenda. Gyranus gyrando uadit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Huius uersiculi glossam in ante capitulo uigesimo sexto pleniter inuenies. Martis stella, ut puta soli proxima, calore simul & natura feruens. Mars, ares Græcè appellatur: ares autem, uirtus interpretatur. Mars quasi magna uirtus uocatur. Mercurius quasi mercatorum rex, & id est, dominus. Inter mercatores enim sermo abundat, ideo medius dicitur inter deos & homines. sermo enim inter deos & homines fit. Credebant enim eum aliquando esse in cœlo, & aliquando in terris. Venus pulchredine sui aspectus prouocat homines ad intuendum, quæ sola planetarum, præter solem & lunam, umbram facere dicitur. Venus dicitur uesper & lucifer: Saturnus est à saturando dictus, quidam homo erat, ut dicunt, in Italia, qui cum diuitijs suis homines fame pereuntes saturaret, Saturnus appellatus est, & in diuinum raptus honorem. Iupiter ergo quasi zeotos pater, id est, pater fulminum dicitur. Hæc enim stella à circulo Saturni accipiens aquam, à Martis stella, quæ infra illum est, haurit ignem. Cum autem prægnans igne & aqua, efficitur instar humidi ligni, flamma decocti spargit fulmina in modum uagi sideris apparentia. Septem planetæ ita sunt in ordine, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Ferias uero habere clerum, primus papa Syluester edocuit. Sic legitur in Leuitico cap. 23. dicentē Dominum ad Moysen: Hæc sunt feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debebitis temporibus suis. Mense septimo, decima quarta die mensis, ad uesperam phasæ Domini est: & decima quinta die mensis huius, solennitas azymorum Domini est: septem diebus azyma comedatis, dies primus erit uobis celeberrimus sanctusq; &c.

Sabbatum ex ueteri scriptura retinuit, nihil ueritus grammaticorum ferulas, qui sicut Calendas, Nonas & Idus, ita etiam ferias plurali tantum numero proferendas esse decernunt. Ferula gestamen

gestamen erant grammaticorum, ut ipso etiam gestamine monerent discipulos, feruentes & ardentes esse debere ad discendum: quia ferula ignea natura est, percussus enim ea aliquis, potius calorem quàm dolorem sentit.

Tertia species hebdomadis in celebratione Pentecostes agitur. Hic septem dies pro uno die ponuntur, quia septies septem, quadraginta nouem, addita monade fiunt L.

Cum complerentur dies Pentecostes. Malè quidam codices habent Pentecoste, nam Pentecoste nominatiuo casu, quinquagesima dicitur: Pentecostes genitiuo, quinquagesimæ: Pentecosten accusatiuo, quinquagesimam. Nulla autem ratio finit loquendi ut dicamus, Cum complerentur dies quinquagesimam: sed, Cum complerentur dies quinquagesimæ. uel certe sicut in Græco legitur numeri singularis. Et cum compleretur dies quinquagesimæ. At uero in precibus eiusdem diei dicendum, Et diem sacratissimam Pentecosten celebrantes, id est, quinquagesimam. A cuius uerbi consuetudine putatur huius diei solennitas, à quibusdam qui Græcam linguam nesciunt, etiam nominatiuo casu pentecosten appellari debere. Verum notandum iuxta historiam, quod apud antiquos pentecostes, id est, quinquagesimæ, quo lex data erat, ab occasione agni computabatur. Hic autem non à Domini passione, sed sicut beatus Augustinus exponit, ab eius resurrectione dies quinquagesimæ, quo spiritus sanctus est missus, computatur: qui redeunte signi ueteris exemplo, ipse sibi manifestissime diem Domini cum suo consecrauit aduentu, quo etiam temporis articulo uerum pascha die Dominico monstrauit esse celebrandum. Nam sicut hic, sic & illic in ignis uisione Deus apparuit, dicente in Exodo: Totus autem mons Synai fumigabat, eo quòd descendisset Dominus super eum in igne. Hic ignis & sonus, sic & in monte utrumq; erat & ignis & sonus: sic illic sumus, hic leguntur lingue diuise uelut ignis. Nam in ipsa datione legis & gratiæ apparet euidentissima ueteris & noui testamenti distantia. Ibi plebs longè stabat territa, hic fideles lætabantur spiritus sancti gratia accepta: illic timor, hic amor: ibi à monte terruit, hic domum intrauit: ibi legem digito in lapide scripsit, hic spiritu sancto suam gratiam in corde signauit. Legem ante illam glossam, cuius initium est: Initium sanè & causa festiuitatis, quæ etiam sic finitur, ob reuerentiam resurrectionis Dominicæ tradiderunt. Quarta septimi mensis hebdomada. Quarta septimi mensis hebdomada erat, id est, Septembris, qui septimus est à Martio. Hic ponitur mensis pro una die. Septimus mensis pro septenario sui ordinis numero, hebdomada appellatur. Vel certe idem septem mensis hebdomada appellatur, pro septenarij numeri ratione, quæ per septem dies primam fecit hebdomadam. Sciendum nanq; secundum Augustinum, pontificem omni die per annum intrasse sancta sanctorum: sed non obtulisse sacrificium sanguinis, nisi tantum hac una designata die. Quæ etiam ex causa memoratur semel in anno introiisset: uidelicet offerendo sacrificium sanguinis, quæ sola per annum pontifex derelicto foris populo, intrabat in sancta sanctorum. Vna etenim tantummodo per annum solennitas erat, in qua pontifex sancta sanctorum intrante, nullum prorsus hominum intra fores templi remanere liceret: sed omnes tempore oblationis iuberentur orare. Hæc autem erat statuta solennitas paschæ, septimo mense, decimo die mensis, quæ dies propitiationis siue expiationis uocabatur, quia uidelicet oblati in altare holocausti uictimis, sanguis in sancta sanctorum ad expiandum inferebatur. Quinta hebdomada septimi anni, quo totus populus ab agricolandi opere legis imperio uacabat. Hic ponitur annus pro una die: quia isti septem anni pro septenario tantum numero hebdomadis nomine cesentur. Sexta anni iubilei, hoc est, remissionis hebdomada est: quæ septem hebdomadibus annorum, hoc est, quadraginta nouem annis textitur. Hic ponuntur septem anni pro una die. Anni iubilei, hoc est, quinquagesimi: hoc est, remissionis. Quæ septem hebdomadibus annorum textitur, id est, conficitur. Nanq; septem anni septies multiplicati, quadraginta nouem explicant. Ista sexta hebdomada efficitur, ex hebdomada quinta speciei septies computata, & ideo dicitur ex septem hebdomadibus annorum. In quinta enim hebdomada continentur septem anni: in ista sunt septem septies, id est, quadraginta nouem. Superius enim, hoc est in quinta, annus pro una die ponitur: hic septem anni pro una die ponuntur, & in quantum ad septem hebdomades, annus pro una die ponitur: in quantum uero ad unam hebdomadam, septem anni pro una die ponuntur. Quæ, scilicet sexta specie hebdomadis expleta, tube claris, scilicet quàm in alijs solennitatibus resonabant. Eo enim tempore ueniebant omnes in ciuitatem, & resonabant tube, & serui emptitij & ancillæ dimittebantur liberi, & agri & uineæ reuertebantur ad pristinum possessorem gratis. Lege in Leuitico cap. 25. ubi scriptum est, Sex annis feres agrum tuum, ibiq; de quinta & sexta hebdomada & de tubis ita scriptum inuenies: Numerabis quoq; tibi septem hebdomadas annorum, id est, septem septies, quæ simul faciunt quadraginta nouem: & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in uniuersa terra uestra, sanctificabisq; annum quinquagesimum, & uocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iubilus. Hæc igitur tubas Domino iubente, personabant sacerdotes, quando coram Iosue muri Hiericho funditus corruerunt. Quod mysticè in hac ecclesia completur, in qua per septem dies, hoc est per omne tempus huius uite prædicatoribus tubam doctrine insonantibus, omnis fortitudo infidelium ruit.

#### SCHOLIA IN CAPVT VI. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Hæc uero Beda tractauit partes temporis, quas facit conuersio mundi, id est, naturales: deinceps profectur tempora, quæ sumuntur ex mystico exemplo diuine operationis, quæ supra dixit esse constituta ex auctoritate Dei. Est autem hebdomada seu hebdomada Græca uox, significans septimanam, quæ accipimus pro septem dierum spacio, quæ temporis ratio neq; ex mundi ambitu, neq; stellarum cursu deprehenditur, sed diuina præceptione introducta est: ut uidelicet per sex dies homines operarentur prophana, septimum autem uacatione rerum externarum Deo facerent sacrum. Veluti cum ipse sex diebus mundum creasset, septimo quiescit. Huius hebdomada prima est sabbatum, reliqui sex ex ordine ab antegresso sabbato denominantur: ut prima sabbati, secunda sabbati, & sic deinceps: ut nos, dies lune, Martis, Mercurij, &c. quod gentilitium est. Ecclesia feriarum nomine reliquos dies appellat, quam consuetudinem Syluester Romanus pontifex introduxit primum.

Sed sicut Augustinus ait: Dominus qui omnia simul, &c. De perfectione numeri senarij & septenarij ex professo agunt arithmetici, ut Boetius libro primo Arithmetices. Georgius Valla lib. 2. cap. 16. & 17. Vide Macrobius super somnium Scipionis lib. 1. cap. 5. & 6. Porro de septenarij encomio, multa scripta sunt à Christianis & gentilibus: à Pythagora tum uirago, tum Minerua, tum Amator appellatur, quod eorum qui intra denarium sunt, nullum gignat, nec à quoquam gignatur. Nam quatuor à binario gignitur, cum quo octonarium parit: sex autem à dyade pariter gignitur, & gignit tria, trinarius uicissim sex, & nouem, quinarium pariter decem: septem uero sola unitate gignitur, neq; ullum alium parit, quando bis VII. efficiunt plura, quam intra denarium

tra denarium continentur: huius subtilitatis plurimis argumentis præponunt septenarium. Vide etiam A. Cellium lib. 3. cap. 10.  
 Primam uidelicet diem soli. ] Gentiles septimanæ diebus imposuerunt nomina planetarum, cuius rei etiam uestigiū seruat lingua Germanica: nam diem Dominicum à Sole, Sonntag; sequentem à Luna, Montag; tertij & quarti diei nomina Germanica, quid sibi uelint, nondum inueni: quartus à tonitruis, Donnerstag, intelligitur Iouis esse: sequentis nomen à Venere corruptū est: sic tamen, ut drigo remanserit. Postremus est Saturnus tag. Vulgò creditum est, primam diei horam, quæ est ab exortu solis, esse sub dominio eius planetæ, unde dies nomen habet. Secundam sub eo qui sequitur terram, uersus à coelo, & sic deinceps eo ordine quo constituti sunt in cælo, quæ serie exacta ad Saturnum redemur: ut, prima hora diei Dominici, est solis; secunda, Veneris; tertia, Mercurij; quarta, lune; quinta, Saturni; sexta quæ est in meridie, Iouis. Sed hoc ratione caret, neq; à ueteribus astrologis traditum inuenio. Cur autem planetarum in dierum assignatione non sit seruatus ordo, pulchrè Beda reddit rationem physicam, sumptam ex qualitate & uisiderum: quæ de re uide plura apud Pontanum in commentarijs super C. sententias Ptolemæi, & lib. 4. de rebus cælestibus.

Quæ Lucifer & uesper. ] Quando solem matutino ortu præcedit, Lucifer dicitur, colore candenti; quando sequitur, colore quidem resurgenti, uocatur hesperus: unde Græci hespera uocant loca ad occidentem posita, ab occasu enim semper apparet hesperus noctis initio, quam partem istinc Latini uocant uesperam. Desumpit autem hæc Beda ex 2. libro Plinij, cap. 8.

Nunquam ab eo uiginti duabus partibus remotior. ] Apud Plinium legitur uiginti tribus, cum quo conferunt magis quæ tradunt recentiores: quare negligentia describendi, commissum uitium esse arbitror, aut Bedam memoria lapsam.

DE HEBDOMADIBVS LXX. PROPHETI-  
 CIS. CAPVT VII.

Septima species hebdomadis est, qua Propheta Daniel utitur, more quidem legis septenis annis singulas complectens hebdomadas, sed noua ratione ipsos annos abbrevians, duodenis uidelicet mensibus lunæ singulos determinans. Embolismos uerò menses, qui de annuis xi. Epactarum diebus adcrefcere solent, non lege patriæ tertio uel altero anno singulos adijciens, sed ubi ad duodecimum numerum augetendo peruenirent, pro integro anno pariter inferens. Hoc autem fecit non ueritatis cognitionem querentibus inuidendo, sed prophetiæ more ipsum quærentium exercendo ingenium: malens utiq; suas margaritas à filijs claufas fructuoso sudore inuestigari, quàm profusas à porcis fastidiosa despectione calcari. Verum ut hæc apertius elucescant, ipsa iam angeli ad Prophetam dicta uideamus: Septuaginta, inquit, hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorum. Nulli dubium quin hæc uerba Christi incarnationem delignant, qui tulit peccata mundi, legem & Prophetas impleuit, unctus est oleo lætitiæ præ participibus suis, & quod hebdomades LXX. per septenos annos distinctæ ccc. & xc. annos insinuent. Sed notandum quod eandem hebdomadam non simpliciter adnotatas siue computatas, sed adbreuiatas asserit: occulte uidelicet lectorem commonens, ut breuioribus solito annos nouerit indicatos. Scito ergo, inquit, & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Hierusalem, usq; ad Christum ducem hebdomades vii. & hebdomades lxxii. erunt, & rursus ædificabitur platea & muri in angustia temporis. Esdra narrante, didicimus: quod Neemias cum esset pincerna regis Artaxerxis, xx. anno regni eius, mense Nisæ impetrauerit ab eo restaurari muros Hierusalem, templo multo ante Cyro permittente constructo: ipsū quoq; opus ut dictum est, in angustia temporis perfecit, adeo scilicet à finitimis gentibus impugnatus, ut structores singuli gladio renes accincti una manu pugnas, altera murum recuperasse narrentur. Ab hoc ergo tempore usq; ad Christum ducem hebdomadas lxx. computa, hoc est annos duodenorum mensium lunariū ccc. & xc. qui sunt anni solares ccc. lxxv. Si quidem Persæ à præfato xx. anno regis Artaxerxis, usque ad mortem Darij regnauerunt annis cxvi. Exhinc Macedones usq; ad interitum Cleopatæ annis ccc. Inde Romani usq; ad xvii. Tiberij Cæsaris annum, monarchiam tenuerunt annis lxx. qui sunt simul, ut diximus, anni ccc. lxxv. Et continentur circulis decenouenalibus xxv. decies nouies enim uiceni & quini sunt ccc. lxxv. Et quia singulis circulis embolismi septem adcrefcunt, multiplica xxv. per vii, fiunt clxxxv. qui sunt embolismi menses ccc. lxxv. annorum. Si ergo uis scire quot annos lunares facere possint, partire clxxxv. per xii. duodecies deni & quaterni clxxxv. xiiii. ergo annos faciunt, & remanent menses vii. hos iunge ad supra scriptos ccc. lxxv. fiunt simul ccc. lxxxix. adde & menses superfluos vii. partemq; xviii. anni imperij Tiberij, quo Dominus passus est, & inuenies à tempore præfinito ad eius usq; passionem lxx. hebdomadas adbreuiatas, hoc est, annos lunares ccc. & xc. Ad eius uerò baptismum, quando uictus est sanctus sanctorum, descēdente super eum spiritu sancto sicut columba, non solum hebdomades vii. & lxxii. fuisse computatas, sed & partem iam septuagesimæ hebdomadis inchoatam. Et post hebdomadas, inquit, lxxii. occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Non statim post sexaginta duas hebdomadas, sed in fine septuagesimæ hebdomadis occisus est Christus: quam ideo, quantum conijcere possumus, segregauit à cæteris, quia de hac erat plura relaturus. Nam & Christus in illa crucifixus, & à populo perfido non modo in passione, uerum continuo, ex quo à Ioanne prædicari cœpit, negatus est. Quod autem sequitur: Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio: non ad septuaginta hebdomadas pertinet: prædictum enim fuerat, quod ipsæ hebdomades ad Christi usq; ducatum pertingerent, sed scriptura prædicto aduentu & passionis ipsius, quid etiam post hanc populo qui eum recipere nollet, esset euenturum ostendit. Duce enim uenturum Titum dicit, qui quadragesimo anno Dominicæ passionis ita cum populo Romano, & ciuitatem & sanctuarium dissipauit, ut non remaneret lapis super lapidem. Verum ijs per anticipationem prælibatis, mox ad exponendum hebdomadæ, quam omiserat, rediit euentum. Confirmauit autem pactum multis hebdomas una. Hoc est in ipsa nouissima, in qua uel Ioannes Baptista, uel Dominus & Apostoli prædicando multos ad fidem conuerterunt. Et dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium. Dimidium hebdomadis huius, decimus quintus annus Tiberij Cæsaris erat, quando inchoato Christi baptismo, hostiarum purificatio fidelibus paulatim uilefcere cœpit. Item quod sequitur: Et in templo erit abominatio desolationis, & usq; ad consummationem & finem perseverabit desolatio: ad sequentia tempora respicit, cuius prophetiæ ueritatem, & historia ueterum, & nostrorum hodie temporum testatur euentus. Totum ideo Prophetæ testimonium ponentes, quantum facultas suppetebat, exposuimus: quia hoc & à plerisque lectoribus ignorari, & speciale genus hebdomadæ flagitare cognouimus. Falluntur autem qui putant Hebræos annis talibus usos, alioqui tota ueteris instrumēti series uacillat, nec ullius ætas tanta, quanta scripta est debet intelligi, sed ad lunæ cursum stringi. Et Græcos quidem ueteres legitimus ccc. lxxxiii. diebus, annum ad lunæ cursum computantes, octauo semper anno nonaginta dies qui nascantur, si quadrans cum undecim diebus epactarum octies componatur, pariter intercalasse, in tres uide licet menses tricenarium dierum distributos. Iudæos autem nunquam, sed altero uel tertio anno mensum lunæ tertiumdecimum, quem embolismum uocamus, inferere solitos, sicut notissima decimaquarta lunæ paschalis aperte ratio probat. Sciendum sanè quod Africanus hebdomadarum cursum, quem nos in decimum septimum uel decimum octauum Tyberij Cæsaris annum, quo Dominum passum credimus, iuxta Chronicam Eusebij perduximus, ab eodem quo nos incipiens exordio, decimo quinto eiusdem Imperatoris anno, quo eum passum credit, putat esse completum, ponens annos regni Persarum cxv. Macedonum ccc. Romanorum lxx. Sed diligens lector quod magis sequendum putauerit, eligat.

Septima species hebdomadis est, qua propheta Daniel utitur. ] De septuaginta hebdomadibus abbreuiatis super populum Dei, ut consummetur præuaricatio totius mundi in passione Christi, cum tulerit peccatum mundi, & iustitiæ adduxerit Euangelij, uaria patrum est expositio. Namq; propheta Daniel tales conscripsit hebdomadas. Quæ, scilicet species, more legis ideo dicit: quia similiter complectuntur in ista singula hebdomada septem annos, sicuti in sexta specie faciunt. Legaliter, id est, per legem. Annis septenis singulas, scilicet ex illis septuaginta complectens, id est, colligens. Terminans, scilicet illas species. Sed noua ratione, scilicet quia antea non fuerat hoc factum, nisi à Daniele. Abbrevians, scilicet septuaginta annos hebdomadarum tollendo embolismos. Ipsos annos abbrevians. Notandum est in hoc tenore hebdomadis, quod quantum à Daniele spiritu prophetiæ illuminato computentur, quod communes, id est, lunares anni essent ab exitu sermonis regis Artaxerxis, usq; ad Christi passionem: non sic tamen ab hominibus computabantur, sed iuxta seriem temporum consueto more, communium & embolismorum annorum computati sunt. Aliter enim à propheta numerati sunt, aliter secundum seriem temporum exacti sunt. Propheta ergo Daniel nullum ibi posuit embolismum, sed omnes communes, scilicet quantum Hebræi nostro more computent, interponentes embolismos, sicut & nos. Non ad hoc abbreviauit illos annos, ut tolleret inde embolismos. Vbi enim embolismi menses ad duodecimum numerum conueniret, ait, & conueniebat, ibi cursus solis & lune. Pro integro anno pariter inferens, scilicet illos menses embolismos: sed in hoc illos abbreviauit, quia omnibus illis duodecim menses tantum dedit. Nimiores enim annos nostris, qui tredecim menses in tertio uel secundo anno habent, intulit & plures. Ergo post triginta tres annos, ubi embolismi menses ad duodecimum numerum conueniunt, designauit de illis duodecim embolismis integrum annum computare, & sic in antea usq; ad finem septuaginta hebdomadarum, id est, usq; ad quadragesimos nonaginta annos. Vnde quia non computantur in hac computatione anni tredecim mensium, sed duodecim tantum, fit ut plures anni intelligantur nostris annis & minoribus. Et si aliquis secundum istam supputationem annos computaret, nulla ætas tanta intelligi potuisset, & non pauciores est computata. Hoc autem fecit, scilicet Daniel prophetiæ more: scilicet quæ obscure loqui consueuit. Ipsum ingenium, id est, ut exerceret suum ingenium, qui hoc quæreret: occulte uidelicet lectorem commonens, ut breuioribus solito annos nouerit indicatos. Non enim Daniel propheta in hac supputatione, sicut iam supra diximus, annos posuit embolismos, sed communes. Nam si solito more annos computaret, embolismos uidelicet communibus inferens, quindecim anni minus à ccc. & xc. inuenirentur.

GLOSSÆ IN CAPVT VII. BEDÆ PRESBYTERI,  
 De temporum ratione: authore Bridefero Ramesiensi.

Septima species hebdomadis est, qua propheta Daniel utitur. ] De septuaginta hebdomadibus abbreuiatis super populum Dei, ut consummetur præuaricatio totius mundi in passione Christi, cum tulerit peccatum mundi, & iustitiæ adduxerit Euangelij, uaria patrum est expositio. Namq; propheta Daniel tales conscripsit hebdomadas. Quæ, scilicet species, more legis ideo dicit: quia similiter complectuntur in ista singula hebdomada septem annos, sicuti in sexta specie faciunt. Legaliter, id est, per legem. Annis septenis singulas, scilicet ex illis septuaginta complectens, id est, colligens. Terminans, scilicet illas species. Sed noua ratione, scilicet quia antea non fuerat hoc factum, nisi à Daniele. Abbrevians, scilicet septuaginta annos hebdomadarum tollendo embolismos. Ipsos annos abbrevians. Notandum est in hoc tenore hebdomadis, quod quantum à Daniele spiritu prophetiæ illuminato computentur, quod communes, id est, lunares anni essent ab exitu sermonis regis Artaxerxis, usq; ad Christi passionem: non sic tamen ab hominibus computabantur, sed iuxta seriem temporum consueto more, communium & embolismorum annorum computati sunt. Aliter enim à propheta numerati sunt, aliter secundum seriem temporum exacti sunt. Propheta ergo Daniel nullum ibi posuit embolismum, sed omnes communes, scilicet quantum Hebræi nostro more computent, interponentes embolismos, sicut & nos. Non ad hoc abbreviauit illos annos, ut tolleret inde embolismos. Vbi enim embolismi menses ad duodecimum numerum conueniret, ait, & conueniebat, ibi cursus solis & lune. Pro integro anno pariter inferens, scilicet illos menses embolismos: sed in hoc illos abbreviauit, quia omnibus illis duodecim menses tantum dedit. Nimiores enim annos nostris, qui tredecim menses in tertio uel secundo anno habent, intulit & plures. Ergo post triginta tres annos, ubi embolismi menses ad duodecimum numerum conueniunt, designauit de illis duodecim embolismis integrum annum computare, & sic in antea usq; ad finem septuaginta hebdomadarum, id est, usq; ad quadragesimos nonaginta annos. Vnde quia non computantur in hac computatione anni tredecim mensium, sed duodecim tantum, fit ut plures anni intelligantur nostris annis & minoribus. Et si aliquis secundum istam supputationem annos computaret, nulla ætas tanta intelligi potuisset, & non pauciores est computata. Hoc autem fecit, scilicet Daniel prophetiæ more: scilicet quæ obscure loqui consueuit. Ipsum ingenium, id est, ut exerceret suum ingenium, qui hoc quæreret: occulte uidelicet lectorem commonens, ut breuioribus solito annos nouerit indicatos. Non enim Daniel propheta in hac supputatione, sicut iam supra diximus, annos posuit embolismos, sed communes. Nam si solito more annos computaret, embolismos uidelicet communibus inferens, quindecim anni minus à ccc. & xc. inuenirentur.

Scito ergo, inquit, & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Hierusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursus ædificabitur platea & muri in angustia temporis. ] Scito ergo & animaduerte, scilicet hoc quod dico tibi: quia ab exitu sermonis Artaxerxis regis, quando dedit licentiam reaedificandi muros Hierusalem. Siue ab exitu sermonis, id est, ex quo exijt sermo responsonis regis Artaxerxis, ut ædificetur Hierusalem: quod fuit anno uigesimo regni eius, petente Neemia, qui fuit ipse pincerna, usq; ad Christum ducem, id est, filium Dei, scilicet, erunt hebdomades septem, id est, septem anni, qui habent annos quadragesima nouem. Et rursus ædificabitur platea, scilicet & ita fuit, id est, reaedificatio infra illas septuaginta hebdomades. In angustia temporis, in spacio quinquaginta duorum dierum. A primo anno Cyri usq; ad sextum annum Darij, anni sunt quadragesima nouem, id est, hebdomades septem, in quibus totum opus templi consummatum est. Non tamen de istis hebdomadibus dicit hic. Deniq; & Iudei in Euangelio

Anni Hebræorum ad lunæ cursum non exiunt.

Euangelio ex hac opinione loquuntur ad Dominum: *Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?* Quod aiunt, templum quadragesima sex annis edificatum est, non primam, sed secundam illius edificationem significant, quando filij transmigrationis sub principibus Zorobabel & Iesu filio Naue, opus quod faciebant propter impugnationem gentium uicinarum, ante quadragesima sex annos implere nequiverunt. Tot enim sunt anni à primo anno Cyri regis, qui libertatem dedit uolentibus Iudeis reuerti in patriam, usq; ad sextum annum Darij regis, sub quo templi opus omne completum est. Anno autem secundo aduentus sui, mense secundo templi fundamenta iecerunt: anno incensionis eius iuxta Aphricanum septuagesimo secundo, sed impediti à Samaritanis & alijs in circuitu nationibus, intermissum est opus usq; ad annum Darij secundum. Porro Iosephus & alios tres annos addit, in quibus peribolus templi & quedam alia que remanserant, perfecta sunt: qui additi quadragesima sex annis, faciunt quadragesima nouem annos. Aphricanus deniq; Chronicus non à prima indulgentia Cyri, quia amplius quam septuagesima hebdomadae sunt, & multo plus: sed ex qua die locutus est angelus ad Daniel, has hebdomadas comprehendit, in quo non est sequendus. Debemus ergo credere magis has hebdomadas septuagesima contineri ab exitu sermonis Artaxerxis regis, quam ex quo locutus est angelus ad Daniel. Eusebius uero à sexto anno Darij, qui post Cyrum & Cambysen filium eius regnauit in Persis, quando templi opera consummata sunt, usq; ad Herodem & Cesarum Augustum, id est, primum annum regni eius, & Cesaris Augusti decimum numerat septem & sexagesima duo hebdomadas, que faciunt annos CCCCLXXXIII. quando Christus, hoc est Hircanus pontifex nouissimus de genere Machabeorum ab Herode iugulatus est, & cessauit iuxta legem Dei pontificum successio. Non ergo ad istum Christum anni completi creduntur, licet hoc Eusebius dicat: sed ad Christum redemptorem mundi, hebdomades septem & sexagesima duo erunt. Hebdomades septem quadragesima nouem anni: hebdomades LXII, CCCCLXXXIII. Iungit ergo quadragesima nouem, & CCCCLXXXIII. ad nouissimam hebdomadam, que similiter ut cetera, septem continet annos, sunt anni CCCCLXXXIII. lunares, Eusebius Pamphilus dicit. Nec nos moueat, quod primum numerantur septem hebdomades, & postea sexagesima duo: & rursum unaquæq; in duas partes diuiditur. Est enim hoc idioma, id est, proprietates sermonis Hebraici, & antiquorum sermonis Latini, ut ante minorem numerum supputent, & postea maiorem. Verbi gratia: Nos iuxta proprietatem lingue nostre nunc dicimus, Abraham uixit annos centum septuagesima quinque: illi econtrario loquuntur, Vixit Abraham annis quinque, & septuagesima, & centum. Non igitur ut legitur, ita impletur, sed ut totum pariter supputatur, ita finem accipit. Lege expositionem uisionis decime, & audi quid in ea beatus Hieronymus de isto numero dicit. Adde & menses superfluos septem, partemq; octauam decimi anni imperij Tyberij, quo Dominus passus est. Notandum in hoc loco, quod si terminus huius hebdomadis propheticæ à mense Nisan, id est, à luna paschali, in quo sermo regis exiuit ut iterum edificaretur Hierusalem, usq; in illum Nisan, in cuius decima quinta luna passus est Christus: & inter hos duos terminos non inueniuntur amplius quam CCCCLXXXIII. anni, & menses septem: ideoq; desunt quinque menses, ut impletur ultimus annus, unde hi quinque menses adijciuntur. Si ex parte decimi septimi anni, ergo non in numero hebdomadarum continentur, quia post Christi passionem sunt: nisi forte ita putandi sunt anni huius hebdomadis, ut incipiant numerari à Calendis Ianuarijs, que præcesserant Nisan exitu sermonis, & finem habeant Calendis Ianuarijs, ante Nisan Dominicæ passionis: ut sit illa pars quam adijci iubet, de decimo septimo anno Tyberij ab ipsis Calend. Ian. in quibus finitus est numerus annorum, usq; ad ipsam Dominicam passionem. Sed si ita est, in eiusdem questionis reuoluimur difficultatem. Nihil enim interest, utrum ante annum post hebdomadas, quinque menses adijciantur, quia in uisceribus eorum non inueniuntur. Sunt autem quidam qui uolunt hanc questionem ita solui, ut suppleantur quinque menses, ex bissextilibus omnium annorum quadrantibus & embolismis mensibus. Si enim colliges embolismos omnium annorum menses, & si omnes diuiseris in æquas partes, ut altera pars eorum triginta habeat dies, altera uero undecim, remanebit tibi multum. Sunt enim embolismi menses omnium annorum centum septuagesima quinque. Dimidium enim eorum LXXXVII. ex quibus colligis totidem dierum numerum: id est ex singulis mensibus singulos dies, qui sunt octuaginta octo dies. Item uide quadringentos septuagesima quinque annos, quot habeant bissextiles dies. Quadringenti anni, centum bissextiles dies habent, septuagesima quinque anni, octodecim dies, qui sunt simul CXXVIII. His adde superscriptos embolismorum dies octuaginta septem, sunt simul CCV. Hos diuide per menses, id est, per triginta dies. Sexies triginta, centum octuaginta sunt, & remanent uiginti quinque, uel etiam uiginti octo. Si uolueris trahere tres dies ex sex mensibus, tricenorum dierum. Sex ergo menses faciunt & uiginti octo dies. Non solum autem quinque menses implere potes, sed etiam quinqueaginta octo dies tibi remanent, & in uisceribus hebdomadarum totum annorum numerum inuenisti. Sed & hoc mihi simpliciter placet, ut numerus propheticæ hebdomadis non in integris annis, sed in septem mensibus finiatur. Et hoc maluit diuina prouidentia, ut septenario mensium numero totius spacij perfectio indicaretur, in cuius sine gratia septiformis spiritus mundo illuxit.

Confirmat autem pactum multis hebdomadibus, una, & c.] Confirmabit autem pactum, id est, constitutionem & legem Dei. Una hebdomada, id est, ipsa nouissima, in qua Ioannes Baptista, uel Dominus & apostoli predicando multos ad fidem conuerterunt. Multis hebdomadis, de illis sexagesima nouem dicit, unde ultima remanet, sicut dixi. Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia: id est, sacrificia Iudeorum, quasi dixisset: Antequam septuagesima hebdomada finiatur, deficiet sacrificium Iudeorum, quia quando coepit Christus predicare ac baptizare, coeperunt uilesere Iudeorum sacrificia. Tribus igitur annis & sex mensibus, iuxta Euangelistam Ioannem Christus Euangelium predicauit & confirmauit ueri Dei cultum multis, haud dubium quin apostolis & credentibus, quando post passionem Domini in dimidia rursus hebdomada defecit hostia & sacrificium. Totum ideo prophete testimonium ponentes, quantum facultas suppetebat, exposuimus. Testimonium prophete, scilicet quod ab angelo audiuit flagitare, scilicet illos exponeremus annis talibus, id est, taliter abbreviatis. Alioquin, scilicet si Hebraei tales annos habuissent, tota ueteris instrumenti series uacillat. Nec ullius ætas tanta, scilicet quanta in ueteri testamento scripta est, intelligi potuisset, dum omnis ætas secundum maiores & minores annos est computata.

Sciendum sane quod Aphricanus hebdomadarum cursum.] Aphricanus, scriptor temporum hebdomadarum fuit. Idem quoq; Africanus scribit ad Aristiden quendam de ea que uidetur Euangeliorum dissonantia, & cur Matthæi & Lucæ in generatione Christi feratur diuersa conscriptio: ubi ostendit euidentissimam utriusq; consonantiam, sicut in primo Ecclesiastici hæ historice libro, capitulo sexto beatus Hieronymus docet. Chronica Græcè dicitur, quæ Latine temporum series appellatur: qualem apud Græcos Eusebius Cesariensis episcopus edidit, & Hieronymus presbyter in latinam linguam conuertit. Chronos enim Græcè, latine tempus interpretatur.

SCHOLIA

SCHOLIA IN CAP. VII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Septima septies hebdomadis.] Prophetice Daniel prædixit tempus Dominicæ passionis per annorum hebdomadas, quas Beda luculenter ac doctè hoc capite explicat. Sudarunt etiam nostra ætate quidam in eiusdem libelli expositione. Porro apud Danielem locus est notus.

DE HEBDOMADA ÆTATVM SECVLI.  
CAPVT VIII.

Octaua species hebdomadis uniformis, & sola sine circuitu reuolutionis extans, ad figuram per omnia primæ hebdomadis labentibus huius seculi conficitur ætatibus. Prima enim die facta est lux, & prima ætate homo in paradisi amoenitate locatur. Diuisa luce à tenebris factus est uesperum, & separatis Dei filijs à semine nequam, non longe post natis Gigantibus corrupta est omnis terra, donec Creator poenitens se hominem fecisse, mundum diluuiio perdere disponeret. Secunda die firmamentum in medio libratur aquarum: secunda ætate arca in medio fertur aquarum hinc fonte abysso supportata, illinc cœli cataractis compluta quæ habuit uesperam, quando filij Adam pedes ab Oriente mouentes, qui in construenda superbia turre conuenerant, lingua rum diuisione multati, & ab inuicem sunt dispersi. Tertia die aquis in congregationem unam coactis apparuit, arida, syluis herbisq; decora: & tertia ætate firmatis in cultu demonum nationibus, Abraham patriarcha cognatione patriamq; deserens, sanctorumq; semine fecundatur. Aduenit & uespera quando gens Hebræa malis coacta prementibus contra Dei uoluntatem regem sibi petit, qui mox ordinatus primo Domini sacerdotes Prophetasq; trucidat, postmodum ipse cum tota gente gladio perijt Allophilorum. Quarto die cœlum luminaribus ornatur: quarta ætate gens illa cœlesti fide incluta, regno Dauid & Solomonis gloriosa, templi etiam sanctissimi altitudine rotum nobilitatur in orbem. Sed accepit & uesperam, quando crebescens peccatis regnum illud à Chaldæis dissipatum, templum dirutum, & tota gens est Babyloniam translata. Quinta die pisces auesq; aquis educat, hi patrijs manent undis, illæ æra terramq; peruolant: quinta ætate multiplicatus in Chaldæa populus Israel, pars cœlestium desideriorum pennis sulcata Hierosolimam petunt, pars uolauit destituta uirtutum inter Babyloniam fluentia resident. Succedit & uespera, quando imminente iam Saluatoris aduentu gens Iudæa propter scelus magnitudinem Romanis tributaria facta, insuper & alienigenis est regibus pressa. Sexta die terra suis animantibus impletur, & homo primus ad imaginem Dei creatur, moxq; ex eius latere dormientis sumpta costa forma fabricatur: sexta ætate præconatibus prophetis filius Dei in carne, qui hominē ad imaginem Dei recrearet apparuit, qui obdormiens in cruce, sanguinem & aquam de latere, unde sibi ecclesiæ consecraret emanauit. Huius ætatis uespera cæteris obscurior in Antichristi est persecutione uentura. Septima die consummatas operibus suis Deus requieuit, eamq; significans sabbatum nuncupari præcepit, quæ uesperam habuisse non legitur. Septima ætate iustorum animæ post optimos huius uitæ labores in alia uita perpetuo requiescunt, quæ nulla unquam tristitia maculabitur, sed maior insuper resurrectionis gloria cumulabitur. Hæc ætas hominibus tunc coepit, quando primus martyr Abel, corpore quidem tumulum, spiritu autem sabbatum perpetuæ quietis intravit. Perficitur autem, quando receptis sancti corporibus in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis, & ipsa est Octaua, pro qua VI. Psalmus inscribitur, credo quia in sex huius seculi ætatibus pro septima uel octaua illius seculi ætate est supplicandum. In qua quia iusti gaudia, sed reprobis sunt supplicia percepturi, Psalmus hic ingenti pauore incipit, currit, finitur: Domine ne in ira tua arguas me, & c.

GLOSSAE IN CAP. VIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bredferro Ramesiensi.

Octaua species hebdomadis uniformis, & sola sine circuitu reuolutionis extans.] Uniformis non uaria, quia non uariatur tempus in ea. Et sola, scilicet quia omne tempus continetur in ea. Sine circuitu, quia non reuoluuntur tempora in ea. Uniformis dicitur, quia non habet nisi unam formam temporis. Non enim iteratur tempus in ea, sed omne tempus continetur in se. Ad figuram, id est, ad exemplum primæ hebdomadis, scilicet in qua creatus est mundus, & omnia que in eo sunt.

Non longe post natis gigantibus, corrupta est omnis terra, donec creator poenitens se hominem fecisse, mundum diluuiio perdere disponeret.] Dicitur Deus poenitens, sicut scriptum est: Poenitet me fecisse se hominem super terram. Et rursus: Poenitet me, quod constituerim regem Saul in Israel. Quomodo est poenitens, qui id quod semel fecerit, se fecisse nequaquam dolet? Poenitere dicitur, cui id quod fecit, displicet: & hæc contrà mutando aliquid aliud facit. Et quia ipse immutabilis, id quod uoluerit, mutat, poenitere dicitur: quamuis rem mutet, consilium non mutat. Lege in moralibus sancti Gregorij, librum uigesimum, in quo hæc sacra uerba continentur: Qui in construendam superbia turrim conuenerunt, lingua uero diuisione mutati, & ab inuicem sunt dispersi. Hæmo: Babylon ciuitas fuit, Chaldeorum metropolis, & potentissima, tantæq; magnitudinis, sicut Herodotus narrat, & multi alij historiographi Græcorum, ut ab angulo in angulum extenderetur per quadrum sedecim milia passuum, id est simul sexagesima quatuor, qui faciunt leucas quadragesima duas, & duas partes unius: & est edificata à Bedæ tom.,

g

regina.

regina, quæ dicta est Semiramis, in cuius medio est arx siue capitulum. Turris quam edificauerunt filij Adam post diluuium, antea quam dividerentur per uniuersum orbem, quæ terris dicitur tenere in altitudinem tria milia passuum, hoc est, leucas duas, paulatim de lato in angustas coarctata, ut pondus imminens facilius à lateribus sustentetur. Et quia ibi confusum est labium uniuersæ terræ, uocatur Hebraicè Babel, græcè Babylon. Isidorus: Linguarum diuersitas exorta est in edificatione terris post diluuium. Nam priusquam superbia terris illius in diuersos signorum sonos humanam diuideret societatem, una omnium nationum lingua fuit, quæ Hebraea uocatur, quæ patriarchæ & prophete usi sunt non solum in sermonibus suis, uerum etiam in literis sacris. Initio enim, quot gentes, tot lingue fuerunt. Deinde plures gentes quam lingue, quia ex una lingua multe sunt gentes exortæ. Lingue enim dictæ in hoc loco pro uerbis, quæ per linguam sicut genere locutionis illo, quo is qui efficit, per id quod efficitur, nominatur, sicut os dici solet pro uerbis, & sicut manus pro literis. Septima die consummatis operibus suis Deus, requieuit, eamq; sanctificans sabbatum nuncupari præcepit. Augustinus in libro undecimo de Ciuitate Dei: Cum uerò in die septimo requiescit Deus ab omnibus operibus suis, & sanctificat eum, nequaquam est accipiendum pueriliter, tanquam Deus laborauerit operando, qui dixit & facta sunt: uerbo intelligibili & sempiterno, non sonabili & temporali, sed requies Dei requie significat eorum, qui requiescunt in Deo: sicut letitia domus letitia significat eorum, qui letantur in domo, etiam si non eos domus ipsa, sed alia res aliqua letos facit. Similiter cum leta epistola dicitur, significat eorum, qui letantur in domo, etiam si non eos domus ipsa, sed alia res aliqua letos facit. Similiter cum leta epistola dicitur, significat eorum, qui letantur in domo, etiam si non eos domus ipsa, sed alia res aliqua letos facit. Similiter cum leta epistola dicitur, significat eorum, qui letantur in domo, etiam si non eos domus ipsa, sed alia res aliqua letos facit.

Perficietur autem, quando receptis sancti corporibus, in terra sua duplicia possidebunt, letitia sempiterna erit eius. In terra sua, hoc est in terra uiuentium & mansuetorum. Duplicia possidebunt, id est, in corpore & anima, cum perceperint immortalitatem & incorruptionem in corpore, & incommutabilitatem in anima, & letitia sempiterna erit eis.

## ITEM VNDE SUPRA.

In ipso quidem principio conditionis facta sunt coelum & terra, angeli, aer & aqua de nihilo. Die uerò prima facta est lux, & ipsa de nihilo. Secundo, firmamentum in medio aquarum. Tertia, species maris & terræ, cum eis quæ terræ radicibus inheret. Quarta, luminaria cæli de lumine primo die facta. Quinta, natatilia & uolatilia de aquis. Sexto, reliqua animalia de terra: & homo carne quidem de terra, anima uerò de nihilo creatus, qui in paradiso, quem Dominus à principio plantauerat, constituitur. Septimo Dominus requieuit, non à creaturæ gubernatione, cum in ipso uiuamus, moueamur & simus, sed à nouæ substantiæ creatione.

## HEPTAMERON. PRIMORDIA MUNDI.

Primus in orbe dies, lux primordia sumpsit:  
Alter, splendoris coelum firmavit in horis.  
Tertius, undiuagum mare dat cum germine terræ.  
Quartus, habet phœbum lunamq; & sidera cæli.  
Quintus, plumigeras uolucres piscesq; natantes.  
Sextus, quadrupedis reptans, hominesq; sagaces.  
Septimus, est Domino requies his ritè peractis.

## SCHOLIA IN CAP. VIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Octaua species. Vltima species hebdomadæ, est omnium seculorum ab initio temporum consummatio, cuius septimus dies requies est: perennis, per infinita secula durans. Dicuntur autem huius septimane partes, etates mundi, quorum temporum rationem septem primi dies creationis typicè expresserunt: quam rem Bedæ historiarum collatione & accomodatione luculenter agit.

## DE MENSIBVS. CAPVT IX.

Menses dicti à mensura, qua quisq; eorum mensuratur. Sed melius à luna quæ Græco sermone *μην* uocatur: nam & apud eos menses uocantur *μηνες*. Sed & apud Hebræos Hieronymo teste, luna, quam *לַיְלָה* nominant, mensibus nomen dedit: Vnde & Iesus filius Syrach, qui utiq; Hebraicè scripsit, de luna loquens ait: Mensis secundum nomen est eius. Antiqui enim menses suos non à solis, sed à lunæ cursu computare solebant: unde quoties in scriptura tacra, siue in lege, seu ante legem quora die mensis quid factum dicitur, ue sit indicatur, non aliud quam lunæ ætas significatur, à qua semper Hebræi, quibus credita sunt eloquia Dei, antiquo patrū more menses obseruare non cessant. Primum mensem nouorum, qui Paschæ ceremonijs sacratus est, Nisan appellant, qui propter multiuagum lunæ discursum, nunc in Martium mensem, nunc incidit in Aprilium, nunc aliquot dies Maij mensis occupat. Sed rectius Aprilis deputatur: quia semper in ipso uel incipit uel definit, uel totus includitur, ea duntaxat regula, cuius & supra meminimus, obseruata, ut quæ xv. post æquinoctium luna exiterit, primū sequentis anni mensem faciat: quæ uerò antea, nouissimum præcedentis, sicq; per ordinem. Secundus eorum mensis Iar Maior: tertius Suan lunio: quartus Thamul Iulio: quintus Aab Augusto: sextus Elul Septembris: septimus Theferi

Theferi Octobri, quem propter collectionem frugum, & celeberrimas in ipso festiuitates nouum annum appellant. Octauus Marelian, Nouembri. Nonus Cassiu, Decembri. Decimus Tebeth, Ianuario. Undecimus Sabath, Februario. Duodecimus Adar, Martio similiratione comparatur. Quos uidelicet menses propter lunæ circulum, qui  $\times \times \times$ , semis diebus constat, tricenis undetriceniq; diebus alternantes, secundo demum uel tertio anno exacto, mensem superfluum, qui ex annis  $\times \times \times$ . Epactarum diebus confici solet, intercalant. Vnde nonnulli mouent scrupulo, quo modo maiores nostri diem, qua lex data est, quæ est tertia mensis tertij, quinquagesimam ab agni occisione computent, ponentes uidelicet primi mensis residuos dies numero  $\times \times \times$ . & vii. quia tré decim priores fuerant ante Pascha tranfacti, secundum  $\times \times \times$ . tertij  $\times \times \times$ . qui sunt simul dies  $\times \times \times$ . cum constet duos menses lunares non  $\times \times \times$ . sed  $\times \times \times$ . diebus terminari. Ideoq; si paschalis menses  $\times \times \times$ . diebus computatus,  $\times \times \times$ . sui cursus dies post pascha retinuerit, secundum iam mensem non  $\times \times \times$ . sed  $\times \times \times$ . diebus debere concludi, ac per hoc in summa temporis memorati non plus quàm  $\times \times \times$ . dies inueniri: nisi forte putandum est synchdochicis, quæ est regula sanctæ scripturæ frequentissima, à parte totum computari. Verum hæc utcumq; acta, uel computata fuerint, claret tamen Hebræos ad lunæ cursum suos menses obseruare consueisse. Nec aliter in Genesi recte sentiendum, ubi Noe cum suis  $\times \times \times$ . die secundi mensis arcam ingressus, &  $\times \times \times$ . eiusdem mensis die post diluuium egressus asseritur, quam annum solis integrum, hoc est,  $\times \times \times$ . dierum esse descriptum: quia uidelicet luna, quæ præsentis anno, uerbi gratia: per Nonas Maias septimadecima existit, anno sequente uicelima septima pridie Non. Maias occurrerit. Notandum sane, quod nimium falluntur, qui mensem definitum autumant, quam diu luna Zodiacum circulum peragat, quæ nimirum, sicut diligentior inquisitio naturarum edocuit, Zodiacum quidem  $\times \times \times$ . diebus, &  $\times \times \times$ . horis, sui uerò cursus ordinem  $\times \times \times$ . diebus, &  $\times \times \times$ . horis, salua sui saltus ratione conficit. Ideoq; rectius ita definiendum, quod mensis lunæ sit luminis lunaris circuitus, ac redinte gratio de noua ad nouam. Solaris autem mensis digressio sit solis per duodecimam partem Zodiaci, id est, signiferi circuli, quæ  $\times \times \times$ . diebus & decem semis horis impletur, uiginti uidelicet duabus horis ac dimidia, lunari mense productior, è quibus  $\times \times \times$ . Epactarum dies & quadrans annuatim subcrecere solent: duodecies enim uiceni & bini  $\times \times \times$ . faciunt, quas esse horas  $\times \times \times$ . dierum hinc facile patet, quia undecies uiceni & quaterni eandem summam faciunt. Porro duodecies semis sex faciunt, quæ annuæ sunt horæ quadrantis: siquidem luna  $\times \times \times$ . suos menses  $\times \times \times$ . diebus, ut dictum est, & quadrante breuiores totidem mensibus agens, in ipso peragendis tredecies Zodiaci ambitum lustrat. Sed in utroq; mense computando, consuetudo, uel authoritas, uel certe compendium calculandi naturæ præualuit, nam non solum lunæ menses, quod calculandi necessitas cogit, tricenis undetriceniq; diebus ordinant, sed & lunam superfluum, quæ iuxta naturæ rationem in fine anni debuerat intercalari, periculis ubilibet intercalant, & quod est grauius, tantum inter se calculatores disident, ut uno nonnumquam eodemq; die hic quartamdecimam, ille quibatundecimam, alius sextamdecimam adferent lunam esse putandam, nec non & solis annuos menses dissimilima regula diuerso quæq; gens ordine metitur. Deniq; Aegyptij, qui primi propter ocycorem lunæ discursum, ne uidelicet error calculandi eius uelocitate gigneretur, ad solis cursum, cuius motus tardior facilius poterat comprehenditur, suos menses putare cœperunt, sumpto ab autumnali tempore primordio, tricenis hos produntur includere diebus, quorum primus mensis Thoth,  $\times \times \times$ . Cal. Septembris: secundus Phaoth,  $\times \times \times$ . Cal. Octob. tertius Athir,  $\times \times \times$ . Cal. Nouemb. quartus Choeac,  $\times \times \times$ . Cal. Decembris: quintus Tybi,  $\times \times \times$ . Cal. Ianuarij: sextus Mechir,  $\times \times \times$ . Cal. Februarij: septimus Phamenoth,  $\times \times \times$ . Cal. Martij: octauus Pharmuthi,  $\times \times \times$ . Cal. Aprilij: nonus Pachon,  $\times \times \times$ . Cal. Maiarum: decimus Pauth,  $\times \times \times$ . Cal. Iuniarum: undecimus Epiphi,  $\times \times \times$ . Calendarum Iuliarum: duodecimus Mesori,  $\times \times \times$ . Cal. Augustarum die sumit exordium: quem decimo Cal. Septembris die terminantes, residuos quinq; dies in *avayopelas*, uel intercalares, siue additos uocant, quibus etiã quarto anno diem sextum, qui ex quadrantibus confici solet adnectunt. Vnde fit ut eorum anni primi ab hissextile anno  $\times \times \times$ . ceteri  $\times \times \times$ . Cal. memoratarum die terminentur. Porro dissonantia, quam bissextilibus annis à tempore intercalati ab eis quadrantis dicimus oriri, non ante nostræ temporis intercalationis, quæ fit sexto Cal. die Martij, in computo lunæ, uel earundem festiuitate dierum potest cum nostri anni circulo recipere concordiam: sed idem die festus eadem luna, uerbi gratia septima, quæ apud nos secunda sabbati, apud illos tertia sabbati computantur, & cetera in hunc modum.

## GLOSSAE IN CAP. IX. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

Menses dicti à mensura, qua quisq; eorum mensuratur: sed melius à luna, quæ Græco sermone *Μην* uocatur. Nō nouum, *Μην* Græcè dicitur luna, à quo nomen componitur *neomenia*, id est, exordium nouæ lunæ. Et à *Μην* quæ dicitur luna, uocatur mensis apud illos, qui initium Calendarum non iuxta solis cursum & diuersa mensium spacia, sed iuxta circuitum lune incipiunt & terminant, ut Hebræi faciunt. Hieronymus: *Neomenia mensis exordium est, quod nos secundum Bedæ tom.*

latine lingue proprietatem Calendæ possumus dicere. Verum quia apud Hebræos mensis secundum lune cursum supputatur, & apud Græcos Mene luna dicitur, neomenia quasi nova luna dicitur. Vnde & Iesus filius Syrach, qui utiq; Hebræice scripsit, de luna loquens ait: Mensis secundum nomen est eius. In libro Ecclesiastico ita scriptum habetur: Luna ostensio temporis, & signum æui. Mensis secundum nomen eius. Primum nomen lune, Mene. Secundum nomen lune mensis, id est, Iaret, qui & Maius dicitur. Duodecimus Adar, Martio simili ratione comparatur. Ideo dicitur simili ratione: quia ipsa luna, quæ comparatur Maio, aliquando incipit in Aprilem, & finit in Maio: aliquando inchoat in Maium, & extinguitur in Iunio: aliquando infra ipsum Maium incipit & destitit, totaq; includitur. sicq; de reliquis mensibus intelligendum est.

Vnde nonnullo moueor scrupulo. Vnde, scilicet quia taliter alternantes menses lunares, id est, unus trigentis, aliter undetrigentis. Nonnullo, id est, plurimo, maximo. Moueor, scilicet ego Beda. Scrupulo, id est, ambiguitate. Maiores nostri, id est, Hebræi, qui ad lunam computant diem, qua lex data est, quæ est tertia mensis tertij. Iudei immolauerunt in Aegypto agnum decima quarta luna primi mensis, in æquinoctio uernali, quod fuit primum pascha. Et Christus immolatus est decima quinta luna primi mensis, quod fuit secundum pascha. Quintamdecimam lunam expectauit, ut primum pascha, id est decima quartam lunam, cum suis discipulis celebraret. Et Iudei acceperunt legem in tertia luna tertij mensis, id est quadragesima nona die, à decima quarta luna primi mensis. Et apostoli acceperunt spiritum sanctum in quadragesimo nono die Dominicæ resurrectionis. Et ideo apparet, quia non in una die, nec in una luna celebramus pascha, & pentecosten nos & illi, in proximo tamen celebramus. Quæ est tertia, scilicet mensis tertij, id est Iunij: scilicet ab illo ubi plenilunium est post æquinoctium, qui est semper mensis paschalis. Quinquagesimam, scilicet ab agni occisione, id est à decima quarta Calend. Maij. Computent, scilicet Hebræi. Primi mensis, scilicet Paschalis, id est Aprilis. Restat dies, scilicet ab agni occisione, id est pascha. Iam superius, id est, in octauo capite de die ab agni occisione scripsimus, secundum iam mensum non trigentesimum, sed undetrigesimum debere concludi. Priscianus in libro de figuris numerorum. Vnde uiginti dicitur pro nouendecim, id est unum deest de uiginti. Horatius in secundo Sermonum:

Vnde octuaginta annos natus cui stragula uelutis.

Vnde octuaginta dicit, id est, septuaginta nouem annos habens et atq; hoc est, octuaginta unde unum. Duodeuiginti dicitur, pro octodecim. Undetriginta pro uiginti nouem, & his similia.

Nisi forte putandum est, synecdochicos, quæ est regula sanctæ scripturæ frequentissima, à parte totum computari. Synecdochicos aduerbialiter. Quæ, scilicet species est regula à parte totum, scilicet ut intelligantur per quadraginta nouem, quinquaginta. Synecdochicos enim dicuntur esse, quinquaginta. Habent enim hunc morem scripturæ, ut à parte totum ponant, maxime in temporibus.

Nec aliter in Genesi sentiendum est. Nec aliter, scilicet quamuis computent Hebræi ad lunam suos menses. Vbi Noe cum suis, scilicet filiis & uxoribus. Ita legitur in Genesi cap. 7. Anno sexcentesimo uite Noe, mense secundo, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & in articulo diei illius ingressus est Noe cum suis in arca. Ac deinde: Mense secundo, septima & uigesima dies mensis, arefacta est terra, & Noe egressus est de arca. Sed dicit sanctus Hieronymus in libro Hebræicarum questionum: Ararat, Armenia. Siquidem in montibus Ararat arca post diluuium sedisse perhibetur, & dicuntur ibidem usq; hodie eius manere uestigia: quia uidelicet luna, quæ presenti anno (uerbi gratia) per nonas Maias decima septima extiuit, anno sequenti uigesima septima, secunda Non. Maij occurret. Præterea nonas dicit, & non nonas: quia feriam querit, non appellationem. In ipsa enim feria, in qua nonas Maias appellat hoc anno, appellabit in sequenti anno, in eadem feria pridie nonas Maias. Feria enim manet, appellatio tamen de die in diem in unoquoq; finitur: unde fit ut ista appellatio, quæ presenti anno in prima feria est, in futuro anno sit in secunda: si autem bissextus fuerit, fit etiam in tertia. Sic & solemnitates & anniuersaria de die in diem cum appellatione in anno mutantur. Hæc est enim causa quæ facit illam appellationem mutari. Annus solaris habet dies trecentos sexaginta quinq;. Diuide illos per septem, remanet unus, & in bissextili anno remanent duo. Quæ una dies uel duo in bissextili anno, dum septenarium numerum transcendunt, faciunt illam mutationem. Et quamuis illa mutatio appellationis de die in diem sit in anno, non tamen plures appellationes sunt quam serier: quia est mutetur appellatio de feria in feriam, non tamen supercrecit super ferias. Quæ nimirum sicut diligentior inquisitio naturarum edocuit. Zodiacum quidem uiginti septem diebus & octo horis, sui uero cursus ordinem uiginti nouem diebus & duodecim horis, salua sui saltus ratione conficit. Lege in supra capite decimo sexto, quia meliorem glossam super istum uersiculum inuenire non potui. Sed in utroq; mense computando, consuetudo uel auctoritas, uel certe compendium calculandi nature preualuit. Natura est, ut mensis solaris habeat triginta dies, & decem horas & dimidium: consuetudo tamen, uel auctoritas uel compendium, ut triginta dies habeat. Natura etiam est, ut mensis lunaris habeat uiginti nouem dies, & dimidium: consuetudo tamen uel auctoritas, uel compendium, ut uiginti nouem dies habeat, uel etiam triginta. Et quod est grauius, tantum inter se calculatores dissident, id est, discordant, ut nonnunquam eodemq; die: hic, scilicet Anatholius decima quartam: ille, id est, Dionysius, decima quintam: alius, id est, Victorius, decima sextam: assueverunt lunam esse putandam, id est, computandam, scilicet propter insertionem embolismi: quia ubi iste facit embolismum, ille non facit. Vnde fit ut eorum anni primi à bissexto, tertio Calendarum Septembrium. Quidam enim bissextilia & saltum lune diuersè ponunt. Alij enim ante, ut Anatholius, Victorius, & alij post, ut nos. Illi autem qui quarto Calend. Septemb. bissextilium faciunt, habent in quarto idus Decemb. decima quartam lunam: & illi qui saltum, decima sextam: & illi qui neutrum, decima quintam. Verbi gratia: Est nunc, scilicet apud nos ultimus decennoualis cycli annus, qui habet octodecim epactas, quas iunges regularibus decimo quarto Augusti, & inuenies secundam lunam in Calend. Augusti, quam facies ascendere tricesimam, quarto Calend. Septemb. propter bissextilium qui ibi ponitur, tertio Calend. primam, secundo Calend. secundam. Calend. Septemb. tertiam, & sic computando debes peruenire usq; quartum Id. Decemb. & inuenies ibi in eadem die apud illum qui fecit bissextilium, decima quartam lunam: & apud illum qui fecit saltum, decima sextam: & apud illum qui neutrum fecit, quinta decima. Bissextilis enim unam etatem minuit, & saltus unam in antea creseit. Bissextilis enim creseit lunam, & decreseit etatem. Saltus autem decreseit lunam, & creseit etatem, & in sequentibus mensibus uidetur illa etas crescere uel decrecere. Porro dissonantia, quam bissextilibus annis à tempore intercalati, ab eis quadrantis dicimus oriri: causa eius dissonantiæ est intercalatio apud Græcos, quarto Calendarum Septembrium die. Semper enim absq; bissextilibus annis quartus, Calendarum Septembrium primus anni eorum dies est: in bissextilibus autem annis ultimus est ille dies, id est, quarto Calend. Septemb. Nam dies quadrantis in eo intercalatur. Ideoq; solemnitas, quæ à nobis celebratur, quarto Calend. Septemb. apud illos, id est, Aegyptios, tertio Calend. celebratur. Et à tempore ipso intercalati ab eis quæ

eis quadrantis, eadem diuersitas perseuerat usq; ad tempus nostre intercalationis. Verbi gratia: Vna eademq; solemnitas, quæ apud nos hodie celebratur, apud illos in crastinum peruenit. Similiter & una eademq; etas lune (uerbi gratia) septima, quæ apud nos prima sabbati, apud illos secunda sabbati, septima erit. Sed notandum, quod non simul incipiunt, diuersitas festiuitatum, & lune etatum. Nam festiuitatum diuersitas, à quarto Calend. semper incipit, etatum autem diuersitas lune, à luna Augusti mensis oritur. Omnibus enim bissextilibus annis apud illos triginta dies habet, apud nos autem undetriginta. Vnde fit diuersitas inter nos & illos usq; sextum Calend. Martiarum, etatum autem diuersitas in luna Februarij mensis finem accipit: quæ apud nos in anno bissextili triginta dies habet, apud illos undetriginta.

ITEM VNDE SUPRA.

Mensis lunaris incremento lune senioq; conficitur, dum uiginti nouem semis diebus paulò plus quam zodiacum peragit: sed facilitas computandi tricenit & undetricenit diebus lune menses alternat, solaris autem mensis uigintiduabus horis est amplior: ex quibus undecim epactarum dies accrescunt, quibus sol lune cursum singulis annis exuperat. duodecies enim uiceni & bini, duodecies sexaginta quatuor faciunt: & undecies uiceni & quaterni, eundem numerum complent. Sed Hebræi menses à luna nascente, Romani à Calendis incipiunt, Aegyptij à quarto Calendarum Septembrium, usq; in nonum Calendarum earundem in triginta diebus suos menses putantes, residuos quinq; dies intercalares appellant. Qui primi ad solis cursum Sabinorum regem prius annum in mensibus diuisisse, idus Calendarum, & intercalares dies instituisse. In codicibus autem sanctarum scripturarum duodecim menses fuisse, anni etiam ante diluuium ostendunt. Sic enim ibi legitur: Aqua autem minuebatur usq; ad undecimum mensem. Undecimo autem mense prima dies menses, apparuerunt cacumina montium. Sic enim tunc dinumerabantur menses, sicut & nunc: sed non quos Calendar, sed quos luna cepta & finita concludit: Calendar autem dicitur à colendo dictas. apud antiquos enim semper mensium principia colebantur, idus quoq; dicta à diebus, & nona à nundinis. Menses autem apud Latinos ex Calendarum senuit principium, apud Hebræos ex luna nascentis recursu: apud Aegyptios autem principia mensium ante Calendarum, quatuor, aut sex, aut septem, aut octo dies pronunciantur. Menses dicti à mensura, ut supra.

SCHOLIA IN CAP. IX. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Menses dicti à mensura. Hætenus hebdomadam uarietates, nunc mensium rationem explicat, utpote partes maiores. Sunt autem mensura tempora, partim natura instituta, partim arbitrio hominum. Nam Græcorum menses ex intervallo temporis, quod est inter duo luna silentia, naturale tantum ex motu collectum, naturalis etiam mensis est, spaciū quo sol signum aliquod ab soluit, quod est dierum triginta, horarum decem & semis: sed hic mensis difficultis est obseruationis, quod quemadmodum in lune conuersione, ita homines nulla manifesta nota animi aduertere possunt, solem è signo uno in aliud transitum fecisse: propterea gentes raro talibus mensibus utuntur. Utuntur tamen isti Macedones à signis cœlestibus eos denominantes, ut regi mensis est seu tempus, quo sol est in signo arietis. Cuius primus dies est quinto idus Martij, postremus tertio idus Aprilis. Sic & regi mensis est seu tempus, quo sol est in signo gemini mensis sunt solares. Latinorum autem menses naturales non sunt, constant enim arbitrario numero dierum: ut Ianuarius triginta & altero, Februarij duodeviginti, Aprilis triginta diebus, Epactæ autem embolismi bissextili, alia: intercalationes, etsi ex naturali motu siderum proueniunt, iudicio tamen hominum alijs & alijs mensibus sunt interpositi uel appositii.

Sed melius à luna. Menses dicuntur quasi mensis, id est, dimensa tempora, seu à Græco μῆνας, quod lunam significat lingua Arcadum, & μῆνας mensis: ipsum lune globū. Athenienses uocant μελαλίω, quod fulgorem recipiat. Priori origini, quod scilicet mensis dicatur à luna, unde naturaliter prouenit, Varro assentitur. Sic & Germanicè uocamus mensē, ein monat, quæ uox modò significat quatuor hebdomadas, quibus lune cursus per Zodiacum definitur, modò mensē Romanum, ut Augustus, der Augst monat.

Qui propter multiuagum. Annulnarij qui constant duodecim mensibus lunarij, breuioribus sunt annis solaribus, scilicet uigintiduabus horis & dimidia. Hinc fit quod apud Græcos non semper initia mensium nostris respondēt, ut tamen eorum annus etiam cum solari anno exeat, quemadmodum noster, facit intercalatio epactarum.

Notandum sane. Consultat Beda crassum errorem de mense lunari, ne existimetur esse spaciū, quo luna Zodiacum percurrit, quod fit diebus XXVII. & VII. horis, sed tempus est inter duos lune coitus, quod amplius est quam integer zodiacus, ut ecce, dum luna totam signiferum transit, sol interea serè duodecimam partem signiferi promouit, ad quam priusquam luna peruenit, lapsi sunt dies duo & quatuor horæ, hi additi uiginti septem diebus & horis octo, efficiunt uiginti nouem dies & semis, quod tempus est mensis lunaris. Visum autē est hoc loco describere menses latinorum, & ordinē eorū regione Græcorum, Hebræorumq;, ac aliarum nationum, quarum menses in bonis auctoribus cognoscere oportet. Vbi primum adnotandum est, nullos menses esse stables, præterquam Romanorum, & Aegyptiorum, hoc est, ut primus cuiusque mensis dies: uerbi gratia Ianuarij, semper uenit uigesimo die post brumam, primus Martij decimo die, ante æquinoctium uernum, aliorum, Græcorum scilicet, Hebræorum & Arabum menses non similiter. Præterea Romani incipiunt annum à bruma, itaque Ianuarius primus est Romanorum mensium. Hebræi ab æquinoctio uerno: ergo primus mensis is est, cuius medium, id est, decima quarta luna, proxima est post æquinoctium: alijs primum facit mensē ea decima quarta luna, quæ luget proxime post solstitium:

alij ab ea, quæ est in autumno, ut Aegyptij. Quæ omnia facile deprehendes ex subiecta tabula, quam ex bonis auctoribus sedulo collegimus. Qui è regione ponuntur, eodem tempore eueniunt.



Romanorum.	Aegyptiorum.	Hebraeorum.	Græcorum.	Britannorum.
1 Ianuarius.	5 Thibi.	10 Adar.	8 νυχιών	1 Giuli.
2 Februarius.	6 Mechir.	11 Sabath.	9 Φεργιλίων	2 Solmonath.
3 Martius.	7 Phamenoth.	12 Tebeth.	10 Δισρ	3 Rhod monath.
4 Aprilis.	8 Pharmuthi.	1 Nisan.	11 Φαλιός	4 Costur monath.
5 Maius.	9 Baccho.	2 Iar.	12 ἀρτεμίσι	5 Trimilchi.
6 Iunius.	10 Pancri.	3 Siuan.	1 Δέσι	6 Lida.
7 Iulius.	11 Epiphi.	4 Thaniul.	2 παώνι	7 Lida.
8 Augustus.	12 Mesor.	5 Aab.	3 λω	8 Vveid monath.
9 September.	1 Thoth.	6 Elul.	4 γορδία	9 Algemonath.
10 October.	2 Phaopfi.	7 Thiseri.	5 περιερετα	10 Vuintyrstlich.
11 Nouember.	3 Athur.	8 Maresuan.	6 Δι	11 Blothmonoth.
12 December.	4 Chocac.	9 Cassen.	7 ελαφβολιων	12 Giuli.

Ex Beda sunt præcedentia.

SEQUENTVR MENSES VARIARVM NATIONVM, ex Theodoro Gaza, Calonymo, & reliquis non pœnitendis authoribus.

Romanorum.	Atheniensium.	Achiuorum.	Macedonum.	Bithyniorum.	Cypriorum.
Ianuarius.	γαμηλιών	Διδυμοῦ	ἀεγοκέρως	Ireos.	Aphrodisios.
Februarius.	ελαφβολιων	ποδτερος	υδροχέ	Ermos.	Apogonicos.
Martius.	μενυχιών	Δισρ	ιχθός	Metroos.	Aluicos.
Aprilis.	Φεργιλίων	Φαλιός	κρί	Dionysios.	Iunios.
Maius.	σκιροφοριών	Δεξιμοῦ	παῦ	Heraclios.	Casarios.
Iunius.	ἐκχιδελαίων	Δέσι	Διδυμοι	Dios.	Sebastos.
Iulius.	μετρυπνιων	παώνι	κέρκιν	Bendigeos.	Autocratoricos.
Augustus.	βοηδρομιών	λω	λέων	Stratigios.	Plethytatos.
September.	μαμακτιριών	γορδία	περβ	Arios.	Diamarphexosios.
October.	παυνεφιών	ἀεγοκέρως	συχός	Periepios.	Archireus.
Nouember.	ἀνθεσπιριών	υδροχέ	σκόρπι	Aphrodisios.	Esthis.
December.	ποσεδάων	ιχθός	τοξότης.	Dimetrios.	Romeos.

Aduertendum tamen est Græcorum mensium rationem, apud scriptores parum constare: nam Anthesterion Gazæ respondet Noembri, Macrobio Aprili, ab alijs tribuitur Martio, sic & in Gamelione uariant, ac alijs quibusdam.

BARBARICORVM MENSIVM ENVMERATIO.

Germanorum.	Hebraeorum.	Chaldeorum.	Alexandrinorum.
Herbst monat.	Tifrim p.	Tifri.	Thoth.
Vuëin monat.	Tifrim se.	Maresuan.	Phaopfi.
Vuintier monat.	Remitz p.	Chisleu.	Athir.
Christ monat.	Remitz se.	Teueth.	Chiacb.
Ienner monat.	Sabath.	Senath.	Tybi.
Hornung monat.	Adar.	Adar.	Mechir.
Mertz.	Nisan.	Nisan.	Phamenoth.
April.	Idar.	Yiar.	Pharmuti.
Mey.	Haziram.	Siuan.	Pachon.
Brach monat.	Tamus.	Tamuz.	Pauni.
Heumonat.	Abh.	Ab.	Epiphi.
Augst monat.	Eyul.	Elul.	Mesori.

DE MENSIBVS ROMANORVM. CAPVT X.

Quare autem Romani tam diuersæ longitudinis habeant menses, hæc, ut in disputatione Hori, & prætextati legimus, causa extitit. Romulus cum ingenio acri quidem, sed agresti, statum proprium ordinaret imperij, initium mensis ex illo sumebat die, quo nouam lunam contigisset uideri: quia uerò non continuo euenit, ut eo die semper appareat, sed modo tardius, modo celerius cum certis causis uideri solet, contigit ut cum tardius apparuit, præcedenti mensi plures dies, aut cum celerius

celerius pauciores darentur, & singulis quibusque mensibus perpetuam numeri legem primus casus adduxit: sic factum est, ut alij xxx. & i. alij \* xxx. sortirentur dies. Primum mensē Martij, cuius se filium credi uoluit, dicauit, eo quod hoc mense constet lunonem Martem peperisse in Phrygia, quem mensē anni primum aliquem fuisse, uel ex hoc maxime probatur, quod ex eo septimus, octauus, nonus & decimus inditum antiquitus à numero nomen usque hodie seruant. Secundum mensē nominauit Aprilem, quasi aperilem, eo quod in illo remotis nubibus, pruinis, ac tempestatibus hybernis, cœlum, terra, & mare nautis, agricolis & horoscopis aperiat: arbores quoque & herbae in germen, sed & animantia quaeque in prolem se aperire incipiant. Maium tertium, quartum lunium posuit, in honorem uidelicet maiorum ac iuniorum, in quos diuisit populum, ut altera pars armis, altera consilio rempublicam tueretur. Contendunt alij Maiam Mercurij matrem, Maio nomen dedisse: hinc maxime probantes, quia hoc mense mercatores omnes Maiam pariter Mercurioque sacrificabant. Iunius mensis aut ex parte populi, ut diximus, nominatur, aut ut Cincius arbitrabatur, Iunonius apud Latinos ante uocatus est: & hæc appellatio mensis apud maiores diu permansit, sed post detritis quibusdam literis ex Iunonio Iunius dicitur est: nam & aedes Iunoni Monetæ Calendis Iunij dedicatae sunt. Iulius mensis nomen Quintilis, quod à numero sumpserat, etiam post præpositos Martio duos menses seruauit, sed postea in honorem Iulij Cæsaris dictatoris legem ferente Marco Antonio Marcifilio consule, Iulius uocatus est, quod hoc mense ad IIII. Idus Quintiles Iulius procreatus sit. Augustus mensis Sextilis antea uocabatur, donec honor Augusto daretur ex senatusconsulto, eo quod ipse die primo huius mensis Antonium & Cleopatram superauerit, & imperium populi Romani firmauerit. September mensis, October, Nouember & December, principalem sui retinent appellationem, significantes nomine quoti sint à uerno mense. i. Martio, uel quod imbres in eis immineant. Hæc Romuli fuit annua ordinata dimensio, qui annum x. mensium, dierum uerò ccc. & IIII. habendum esse constituit. Mensesque ita disposuit, ut IIII. ex ijs, Martius, Maius, Quintilis, October tricenos singuli, sex uerò reliqui tricenos haberent dies, qui hodie quintanas habent nonas, ceteri septimanas. Septimanas autem habentibus, ab Idibus reuertebantur Calendæ ad diem septimumdecimum: uerum habentibus quintanas, ad octauumdecimum remeabat initium Calendarum: sed cum hic numerus neque solis cursui, neque rationibus lunæ conueniret, nonnunquam usum ueniebat, ut frigus anni aestiuis mensibus, & contra calor hyemalibus proueniret. Quod ubi contigisset, tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur absumi, quantum ad id anni tempus adduceret, quo cœli habitus instanti mensi aptus inueniretur. Sed secutus Numa quinquaginta dies addidit, ut in ccc. l. & IIII. dies, quibus XII. lunæ cursus confici credidit, annus extenderetur, atque ijs l. diebus à se additis, adiecit alios VI. retractos illis VI. mensibus, qui xxx. habebant dies. i. de singulis singulos, factosque l. & VI. dies, in duos nouos menses pari ratione diuisit, ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit, primumque anni esse uoluit, tanquam bicipitis Dei mensē, respicientem ac prospicientem transacti anni finem, futuri principia. Quidam autem Ianuarium nuncupatum ex eo, quod limes & ianua sit anni. Sed & omnes ingressus Iano Gentiles ascribebant, & hinc eidem duas facies figurabant, unam qua interiora, aliam qua foris posita uideretur aspicere. Ac sic insipientes dum eum de rege mortuo Deum immortalem facere cupiunt, monstrum esse fecerunt, utpote ignorantem eum de quo fructuose dicere possint: Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum. Secundum Numa dicauit Februus, id est, Plutonem, qui Iustrationum potens credebatur. Iustratioque eo mense ciuitatem necesse erat, quo statu, ut iura dijs manibus solueretur. Sed hanc Iustrandi consuetudinem bene mutauit Christiana religio, cum in mense eodem die sanctæ Mariæ plebs uniuersa cum sacerdotibus ac ministris, hymnis modulatae uocis per ecclesias, perque congrua urbis loca procedit, datosque à pontifice cuncti cereos in manibus gestant ardentes, & augete sententia bona consuetudine, id ipsum in ceteris quoque eiusdem beatæ matris, & perpetuæ uirginis festiuitatibus agere didicit, non utique in Iustrationem terrestris imperij quinquennem, sed in perennem regni cœlestis memoriam: quando iuxta parabolam uirginum prudentium, omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus, obuiam sponso ac regi suo ueniunt, mox cum eo ad nuptias supernæ ciuitatis intrabunt. Paulo post Numa in honorem imparis numeri unum adiecit diem, quem Ianuario dedit, ut tam in anno, quam in mensibus singulis, præter unum Februarium impar numerus seruaretur, quasi iuferis & diminutio, & par numerus conueniret. Cum ergo Romani ex hac distributione Pompilij ad lunæ cursum, sicut Græci, annum proprium computarent, necessario & intercalarem mensē instituerunt more Græcorum. Nam & Græci cum animaduertent temere se ccc. l. IIII. diebus ordinauisse annum, quoniam appareret de solis cursu, qui ccc. l. xv. diebus & quadrante Zodiacum conficit, deesse anno suo XI. dies & quadrantem, intercalares statuta ratione commutati sunt, ita ut octauo quoque anno x. dies, ex quibus tres menses tricenorum dierum computauerunt, intercalarent. Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit, sed frustra: quippe fugit eos diem unum, sicut supra admonuimus, additum à se ad Græcum numerum in honorem imparis numeri ea re per octennium conuenire numerus atque ordo non poterat, sed qui exinde sit error genitus, qualiterque eidem sit succursum, in præfata Hori & Prætextati disputatione, unde & ista decerpimus, qui scire uult inueniet. Tandem Caius Iulius Cæsar imitatus Aegyptios, ad numerum solis annum, sicut hodie seruatur instituit,

stituit, X. uidelicet dies obseruationi ueteri superadiiciens, ut annū CCCLXV. dies, quibus ipse Zodiacum lustrat, efficerent. Et ne quadrans deesset, statuit ut quarto quoque anno sacerdotes, qui curabant, mensibus ac diebus unum intercalarent diem, eo scilicet mense ac loco, quo etiam apud ueteres mensis intercalabatur, id est, ante quinq; ultimos mensis Februarii dies. idq; bissextum censuit nominandum. Omni enim intercalationi mensis Februarius deputatus est, quoniam is ultimus anni erat, quod etiam ipsum ex Græcorum imitatione faciebant: nam illi ultimo anni sui mensi superfluos interferebant dies. Verum una re à Græcis differebant, nam illi confecto ultimo mense, Romani non confecto Februario, sed post utcesimum & tertium diem eius intercalabant. Terminalibus scilicet iam peractis, deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant quinq; post intercalationem subiungebant, credo ueteri religionis suæ more, ut Febrarium omnimodo Martius sequeretur.

GLOSSAE IN CAPVT X. BEDAE PRESBYTERII, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramesiensi.

Romani auctoritate Romuli decem mensibus annum ordinatum, diebus uero CCCIII. agebant. Qui primum mensem genitoris suo Marti dicauit: secundum ab apertione frugum nominauit Aprilem: tertium Matrem Mercurij: quartum Iunoni sacrauit. Quintili & Sextili, qui nunc à natiuitate Iulij Caesaris & Augusti triumpho nuncupatur, & ceteris sequentibus à numero nomen imposuit. Quorum initia Calend. appellauit, quia tunc Calata, id est, uocata in Capitolium plebe, dicto quinq; uel septies uerbo Calo, id est, uoco, quot dies superessent, ad nonas pronuntiabatur. Nonas autem, quod non ante idus die confluere in urbem, scilicet tunc quid esset eo mense faciendum. Porro idus diem qui medium diuidit mensem. Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est. His Numa duos menses adiciens, Ianuarium à Iano: Febrarium à Februo deo illustrationum nominando, 354. diebus, annum ad cursum lunæ disposuit. Quem Iulius Caesar undecim diebus adiecit, sicut hodie seruatur, instituit.

Sed postea in honorem Iulij Caesaris dictatoris legum ferente Marco Antonino. Omnes enim imperatores Romanorum Caesares appellabantur, à primo Caio Cesare, qui ob duas causas Caesar est appellatus: uel quia caeso uentre matris exiit, uel quia cum caesarie capitis, id est, cum capillis est natus. Dictatores quinquennij temporis imperio utebantur. Plus enim erant honore quam consules, qui annuas potestates tenebant. Et dicti dictatores, quasi principes & praeceptores. unde & magistris populi nominabantur: unde & edicta dicuntur. Paulo post Numa in honorem imparis numeri unum diem adiecit, quem Ianuario dedit, ut tam in anno quam in mensibus singulis præter unum Febrarium impar numerus seruaretur. Retraxit enim superius à sex mensibus, qui triginta dies habuerunt unum diem, omnes illi sex. i. Aprilis, Iunius, Augustus, September, November, December, & insuper Ianuarius, habent uiginti nouem dies, propter impari numerum. Quatuor autem, id est, Martius, Maius, Quintilis & October, triginta unum diem apud Romulum habebant: & ideo impar numerus erat in omnibus præter Febrarium. Siue aliter. Nam cum in quatuor mensibus triginta unum diem poneret, & in septem, uiginti nouem, simul congregauit trecentos quinquaginta quinq;. Quippe fugit eos diem unum, sicut supra admonuimus, additum à se ad Græcum numerum in honorem imparis numeri. Fugit eos, id est, Romanos diem unum: id est, oblitri sunt diem unum. Vel diem unum dicit, pro dies unus. Græci autem ad lunæ cursum computabant annum, & 354. dies tantum habebant in suo anno, quibus addebant undecim dies epactarum, & quadrantem, ut ad solis cursum possent conuenire: & statuerunt ut in octauo anno nonaginta dies intercalarent, ex quibus tres menses fecerunt. Quos Romani uolentes imitari, non potuerunt. Nam cum ipsi iuxta distributionem Pompilij in quatuor mensibus 31. diem ponerent, & in septem uiginti & nouem, & in uno, id est, Februario, uiginti octo, congregauerunt simul 355. dies. Et ideo si undecim dies, more Græcorum adderent: fugeret, id est, supereresceret eos una dies de concordia Græcorum. Quapropter inuenierunt ut ad solis cursum more Aegyptiorum annum computarent, addentes ad prædictum numerum decem dies tantum & quadrantem, non undecim. Et etiam Græci nunc more nostro iuxta solis cursum computant annum. Sed qui exinde sit error genitus, qualiter eadem sit succursus, in præfata chori & prætextati disputatione, unde & ista decerpimus, qui scire uult, inueniet. Hæc igitur disputatione iam superius est scripta, cuius initium est: Romani uero auctore Romulo, decem mensium habuisse annum comprobantur. Qui annus, sicut Macrobius ostendit, incipiebat à mense Martio, & consuebat diebus 304.

SCHOLIA IN CAPVT X. BEDAE PRESBYTERII, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Quod ex eo septimus, octauus, nonus & decimus. Hi menses habent ex ordine nomē, ut September, October, November, December. ber autem ad uocabuli formam & supplementum pertinet non ad significationem: ueluti atrius in quinquaginta, & tullius in medullis, sic quintus & sextus mensis etiam nominabantur temporibus Ciceronis ad huc quintilis, sextilis, nonus, qui non tam commodè subiungitur syllaba ber, propter aliam terminationem, ob id numerorum uocabula sunt ibi aliter inflexa.

Secundum nominant Aprilem quasi aperilem. Hoc mense aperitur annus spirante fauonio, qui asperitatem hyemis discutit sole existente in tauro, quæ domus est Venere. Quod propterea à doctis hominibus excogitatum est, seu inuentum potius (ne astrologos ledam) quia hoc mense primum copiosus omnia ex terra proueniunt, non solum stirpium genera, sed & uerum scaturigines, quæq; alia sunt sub hyemem interorientia: quin & omnia ferè animalia tunc magis tentantur gignendi cupiditate. Quæ natura uis (quam Aristoteles ait esse maxime secundum naturam, id est, ad naturæ conseruationem) apud ueteres physice cos Venus nominata est, quod ut Cicero inquit, ad cunctas res ueniat. Quare & hic mensis à quibusdā Aprilis, quasi aprilis dictus. æquæ enim Venere apud Græcos nomen dedit: mira breuitate hæc omnia complexus est doctissimè doctissimus poeta unico uersu: Candidas auratis aperit cum cornibus annum Taurus, quod utraq; etymologiam continet.

Horoscopus aperitur. Quid hoc loco Beda uocet horoscopus, fateor me nescire. Nam ὁροσκοπία & horoscopia significat, id est, eam signiferi partem quæ nascente quopiam super horizontem emergit, & celestium rerum temporumq; obseruatorem,

uorem, quem si hoc loco accipere uoles, non uideo cur his annum aperiat Aprilis. Nam hyberne noctes tam sunt idoneæ, & quidē amplius quam uernæ aut æstiuæ.

DE CALENDIS, NONIS ET IDIBVS: CAPVT XI.

Præcis temporibus Pontifici Minori hæc prouidentia delegabatur, ut nouæ lunæ primum obseruaret aspectum, uisumq; regi sacrificulo nunciaret. Itaq; sacrificio à rege & Minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, uocata in Capitolium plebe, iuxta Curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Cal. ad Nonas superesset, pronuntiabat, & quintanas quidem dicto quinq; uerbo καλῶ septimanas repetito septies prædicabat. Verbum autem καλῶ Græcum est, id est, uoco: & hunc diem qui ex his diebus, qui calarentur primus esset, placuit Calendas uocari, & hinc ipsi Curia ad quam uocabantur, Calabræ nomen datū est, & Clasi, quod omnis in eam uocaretur populus. Ideo autem Minor pontifex numerum dierum, qui ad Nonas superesset, calando probebat, quod post nouam lunam oportebat Nonarum die populares, qui in agris essent, confluere in urbem, accepturas causas feriarum à rege sacrorum, scituosq; quid esset eo mense faciendum. Vnde quidam hinc Nonas existimant dictas, quasi nouæ initium obseruationis, uel quod ab eo die semper ad idus nouæ dies putarentur. Porro idus uocari placuit diem, qui diuidit diē. Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est: unde uidua, quasi ualde idua, id est, ualde diuisa: aut uidua, id est, à uiro diuisa. Nonnullis placet, Idus dictas uocabulo Græco, à specie, quæ apud illos εἰδία uocatur, quod ea die plenam speciem luna demonstrat. Notandum autem quod in scriptura sacra Calendas cum legimus, nihil aliud quam nouæ ortum lunæ intelligere debemus. iuxta illud Numerorum: In Calendis autem, id est, in mensium exordijs offeretis holocausta Domino. Quia nimirum Hebræi, ut supra dictum est, non alia mensium exordia, quam Neomenias, id est, nouilunia norunt.

GLOSSAE IN CAPVT XI. BEDAE PRESBYTERII, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramesiensi.

Præcis temporibus pontifici minori hæc prouidentia delegabatur. Id est, tendebatur, committebatur, uel credebatur. Visumq; scilicet eius lunæ sidus, uel uisum, id est, uisionem & apparitionem. Regi sacrificulo, id est, pontifici minori, qui causa adulationis ita uocabatur à rege, id est, à seniore & maiore pontifice. Idem pontifex, id est, minor. Calabram, id est, uocatricem, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad nonas superesset, pronuntiabat, scilicet utrum quinq; dies an septem. Curia Calabræ, nomen loci. Quintanas, scilicet nonas. Et hinc, id est, ex ista re. Ipsi curia & clasi, scilicet Calabræ: quia clasi Græcè, latine uocatio. Vocaretur, id est, calaretur. Feriarum, solemnitarum. Scituos, id est, interrogaturos. Quæsi nouæ initium obseruationis, id est, à noua obseruatione ab eo die, id est, à nonis. Putarentur, scilicet com. diuidit, id est, separat. Diuidere est, scilicet latina lingua. Valde diuisus, scilicet à uiro, idea Græcè, species uel forma latine. Ea die, id est, in idibus. Calendas cum legimus, scilicet quamuis Hebræi non habeant Calend., tamen Romani per suum proprium uerbum nominant initia mensium eorum. Numerorum, libri Moysi, qui liber Numeri dicitur.

SCHOLIA IN CAPVT XI. BEDAE PRESBYTERII, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Notandum quod in scriptura sacra Calendas cum legimus. Græcia non habet Calendas, sed initia mensium sunt apud eos νεμενία: unde prouerbio cum uolumus rem significare nunquam futuram, dicimus, ad Calendas Græcæ.

DE MENSIBVS GRAECORVM. CAPVT XII.

Sed & Græci & Aegyptij, de quibus supra diximus, nullam in suis mensibus Calendarum, Nonarum, Iduum distinctionē obseruant. Verum ab incipiente cuiusq; mensis exordio usque ad terminum eius, crescente simpliciter, & inenarrabiliter dierum concurrentium ordine computando perueniunt. Si quidem Græci (nam de Aegyptiorum anno & mensibus supra disseruimus) mutatis ex hoc tempore & correctis prædictarum intercalationum ambagibus, cunctis fixis in duo decim mensibus anni uertentis ordinare circulum, quorum plerique à Calendis Decembris suum inchoantes annum, eodem quo Romani menses suorum dierum numero perstringunt: nil quidem de Romanorum, ut præfati sumus, Calendis, Nonis, uel Idibus curantes, sed à primo usque ad extremum diem augefcente paulatim numero, singulum quens mensem computantes. Vocatur autem apud eos ipse December, ἐλαφρολιών: Ianuarius, ἰανῶν: Febrarius, φεβρουῶν: Martius, ἰσπῶν: Aprilis, ἄπριλιος: Maius, ἄπριλιος: Iunius, ἰουνῶν: Iulius, ἰουλιῶν: Augustus, ἄγουστος: September, ἰσπῶν: October, ἰσπῶν: November, ἰσπῶν. Quo illos ordine annum obseruare, uel menses, & nuper transmissus ad nos de Roma computus eorum annalis ostendit, & Canones, qui dicuntur Apostolorum, idem antiquioribus literis edocuere, ubi duodecimus dies mensis ἰσπῶν: 111. Iduum Octobr. esse memoratur: quo utiq; colligitur, utrunq;

utrumq; mensē pariter incipere, qui uterq; diem duodecimum habere probatur eundem. Qui- bus etiam liber sancti patris Anatholij, quem de Pascha composuit, astipulatur. ubi scriptum est: Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est x. & i x. annorum circuli principium, secundum Aegyptios quidem mensis Phamenoth uigesimali sexto die: secundum Macedones Dis- tri mensis uigesimo secundo: secundum Romanos uerò undecimo Calend. April. Hic enim uir- cesimam secundam diem Distri mensis æquē uicesimam secundam Martij fore commendans, in- dicat manifeste, quia simul uterq; mensis initium sumit. Et ne quis dicat quod Anatholius in hac sententia non scripserit undecimo Calendas, sed octauo Calendas Aprilis, conuincet hoc non ita esse mensis Aegyptiorum Phamenoth, cuius uicesima sexta dies, non octauus Calendarum, sed undecimus Calendarum Aprilium dies est: utriq; autē, id est, & qui octauo Cal. & qui undecimo Cal. Aprilis, in Anatholio legunt, uigesimali sextum diem Aegyptij mensis in eadem sententia habent annotatam, quæ absq; ulla dubietate in undecimo Cal. April. deuenire probatur, iuxta quod superius eorum annalem describentes signauimus.

SCHOLIA IN CAP. XII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Sed & Græci & Aegyptij. De Græcorum mensibus scripsit Theodorus Gaza, quem uide, si uis plura de his cogno- scere. Quæ ratio sit notandi dies tum apud Græcos, tum apud Latinos, discere ex subiecta tabula: ubi nota, quemadmodum Latini di- uidunt dies mensium in Calendas, Nonas & Idus: sic Græci (ut est apud Pollucem primo ὀνομαστικῶν) 30. dies, & 3. denarios, quo- rum primus dicitur ἰσάμηνος: secundus à naturali ordine: tertius ἡλιώων, seu ἡλιώνων: sumptimus autem Ianuarium & eum, qui huic apud Græcos respondet Gamelionem: uerior enim est hæc sententia quam eorum, qui dicunt esse Octobrem. Nam Aristoteles au- thor est lib. 1. 1. μετεωρῶν, mense Gamelione solem esse in hybernis uersionibus, quod est partim in Decembri, partim in Ianuario.

Table with 3 columns: Greek letters (alpha, beta, gamma, etc.), Roman numerals (I, II, III, etc.), and month names in Greek (Januarij, Februarius, etc.).

Dierum, Calendarum, Nonarum, Iduum, in omnibus mensibus non est par ratio, quam uarietatem complectuntur uersus hi, quos ueri discere solemus: Iulius, Aprilis, septemq; nouemq; tricenos. Maius sex nonas, October, Iulius & Mars. Vnum plus reliqui Februus tenet octo uicenos. Quatuor at reliqui tenet Idus quilibet octo.

GLOSSAE IN CAP. XII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

Sed & Græci & Aegyptij, de quibus supra diximus, nullam in suis mensibus Calendarum, no- narum, iduumq; distinctionem obseruant. Scilicet quia non habent nec Calendas, nec nonas, nec idus. Inerrabili- ter, id est, sine errore, Ordine, computando perueniunt. Dicunt enim prima dies Martis, secunda dies Martis, &c. Quibus etiam li- ber sancti patris Anatholij, quem de Pascha composuit, astipulatur, ubi scriptum est: Est ergo in primo anno, &c. ipse etiam liber as- tipulatur, quia eodem numero & ordine dierum perstringunt Græci suos menses quo & nos. Aegyptij incipiunt Martium in quinto Calen. Mart. nos & Græci in Calendis. Astipulatur: astipulor, interrogo, stipulari, interrogare. Isidorus: Stipulatio, est sponso, unde & promissores stipulatores dicuntur. Dicitur autem stipulatio, à stipula. Veteres enim quando aliquid sibi promittebant, stipulam frangebant, quam iterum iungentes, sponsones suas agnoscebant, siue quòd iuxta ludicrum firmum sacramentum appellauerunt. Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est nouendecim annorum circuli principium. Principium decennouenalis cycli est in undecimo Calend. April. quia quando trigesima est luna in undecimo Calend. April. tunc fit primus annus decennouenalis, & à prima luna primi mensis in ipso anno fit ibi, in crastino tamen, id est, decimo Calend. April. Cuius uigesimali sextus, non octauo Ca- lend. April. sed undecimus Calend. April. dies est. Cuius, scilicet mensis uigesimali sextus dies, scilicet quæ est initium decennouenalis cycli. Sicut uigesimali secundus dies apud Græcos, & apud Latinos uigesimali sextus dies, scilicet & ideo melius undecimo Calend. April. quia octauo Calend. non inuenitur in uigesimali sexto die, sed undecimo Calen. Quæ, scilicet uicesima sexta dies in undecimo Ca- lend. April. scilicet non in octauo Calend. deuenire probatur. Uicesima sexta dies Phamenoth, & uicesima secunda Distri, Martijq; & undecimo Calend. April. una dies est, & ibi semper est initium decennouenalis cycli. Ideo enim dixit omnia hæc prædicta, ut os- tendat quia Græci & Romani uno ordine perstringunt suum annum & suos menses: nõ tamen Aegyptij, qui in uigesimo sexto die habent illud initium eorum annalem, scilicet Aegyptiorum describentes signauimus. Quinto enim Calend. Martij incipit Phame- noth apud illos, sicut diximus superius, & ideo uigesimali sextus dies fit in undecimo Calend. April. iuxta quod superius, scilicet in undecimo capitulo, eorum annalem describentes signauimus. Inter historiam autem & annales hoc interest, quòd historis est eorum temporum quæ uidimus: annales uerò sunt eorum temporum & annorum, quos etiam nostra non uidit.

DE MENSIBVS ANGLORVM. CAP. XIII.

Antiqui enim Anglorum populi (neq; enim mihi congruum uidetur, aliarum gentium anna- lem obseruantiam dicere, & mex reticere) iuxta cursum lune suos menses computauerunt: un- de & à luna Hebræorum & Græcorum more nomen accipiunt. Siquidem apud eos luna Mona- mensis Monath appellatur. Primusq; eorum mensis, quem Latini Ianuariū uocant, dicitur Guili- li. Deinde Februarius, Sol monath: Martius, Rehd monat: Aprilis, Eostur monath: Maius, Tri- milchi: Iunius, Lida: Iulius similiter Lida: Augustus, Vued monath: September, Haleg monath, October, Vuyntyr fyllyth: Nouember, Bloth monath: December, Guili, eodē quo Ianuarius no- mine uocatur. Incipiebant autem annum ab octauo Calendarum Ianuariarum die, ubi nunc no- tale Domini celebramus. Et ipsam noctem nunc nobis sacrosanctā, tunc gentili uocabulo Moer- drenech, id est, matrum noctem appellabant: ob causam ut suspicamur ceremoniarum, quas in ea peritiles agebant. Et quotiescunq; communis esset annus, ternos menses lunares singulis an- ni temporibus dabant. Cum uerò Embolismus, hoc est, XIII. mensium lunarium annus occurre- ret, superfluum mensē æstati apponebant, ita ut tunc tres menses Lida uocarentur, & ob id an- nus ille Trilidi cognominabatur, habens IIII. menses æstatis, ternos ut semper temporum cate- rorum. Item principaliter annum totū in duo tempora, hyemis uidelicet & æstatis dispartiebāt: sex illos menses quibus longiores noctibus dies sunt æstati tribuendo, sex reliquos hyemi. Vn- de & mensē, quo hyemalia tempora incipiebant, Vuynter fyllyth appellabant, composito nouo nomine ab hyeme & plenilunio, quia uidelicet à plenilunio eiusdem mensis hyemis fortia- nerur initium. Nec ab re est, si & cætera mensium eorum nomina quid significant interpretari cu- remus. Menses Guili à conuersione solis in auctum diei, quia unus eorum præcedit, alius subse- quitur, nomina accipiunt. Sol monath dici potest mensis placentarum, quas in eo Dñs suis offe- rebant: Rehd monath à Dea illorum Rheda, cui in illo sacrificabant, nominatur: Eostur monath, qui nunc Pascalis mensis interpretatur, quondam à Dea illorum quæ Eostre uocabatur, & cui in illo festa celebrabant, nomen habuit: à cuius nomine nunc Pasche tempus cognominant, con- sueto antiquæ obseruationis uocabulo gaudia nouæ solennitatis uocantes. Trimilchi dicebatur quòd tribus uicibus in eo per diem pecora mulgebantur. Talis enim erat quondam ubertas Brē- tanniæ, uel Germaniæ è qua in Britanniam natio intrauit Anglorum. Lida dicitur blandus, siue nauigabilis, quod in utroq; mēse & blanda sit serenitas aurarū, & nauigari soleant æquora. Vuer- den monath mensis zizaniorum quod ea tempestate maxime abundant. Haleg monath mensis sacrorum. Vuyntyr fyllyth ac si dicas composito nomine hyeme plenium. Bloth monath mensis immolationum, quod in eo pecora quæ occisuri erant, Dñs suis uouerent. Grattas tibi bone Ie- su, qui nos ab his uanis auertens, tibi sacrificia laudis offerre donasti.

GLOSSAE IN CAP. XIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

Antiqui autem Anglorum populi. Angli nomen est regionis, in qua primum coeperunt populi Angli esse. Lego historiam ecclesiasticam gentis Anglorum: ibi enim in libro primo, cap. 15, qualiter prædicta gens anno ab incarnatione Domini 449, in Britanniam primo aduenit, per ordinem inuenies.

SCHOLIA IN CAP. XIII. BEDÆ PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Antiqui autem Anglorum populi. Britanni ex proximis littoribus, id est, Gallicanis & Germanicis eam insulam occuparunt, quæ antea Albion à Romanis dicta fuit, ab albis montibus, qui ad nauigantibus primum occurrunt: unde ex utroque idiomate lingua quidem nata est simillima Germanicæ seu Batauicæ lingue, quam gentem priori loco isthic fuisse constat, de lingua cuius etiamnum serè sic utuntur, satis constat ex Bedæ.

DE SIGNIS XII. MENSIVM. CAP. XIII.

Singuli autem menses sua signa, in quibus solem recipiant, habent: Aprilis, Arietis: Maius, Tauri: Iunius, Geminorum: Iulius, Cancræ: Augustus, Leonis: September, Virginis: October, Libræ: Nouember, Scorpionis: December, Sagittarij: Ianuarius, Capricorni: Februarius, Aquarij: Martius, Piscium: sicut quidam ueterum etiam uersibus explicauit heroicis:

Respicis Aprilis Arietis Phrixæ & Calendas.  
Maius Agenorei miratur cornua Tauri.  
Iunius æquatos cælo uidet ire Laonas.  
Solstitio ardentis Cancræ fert Iulius astrum.  
Augustum mensem Leo feruidus igne perurit.  
Sydere Virgo tuo Bacchum September opimat.  
Æquat & October sementis tempore Libram.  
Scorpius hybernæ præcepit ire Nouembrem.  
Terminat Arcitenens medio sua signa Decembri.  
Principium Iani sancit tropicus Capricornus.  
Mense Numæ in medio solidi stat sidus Aquarij.  
Procedunt duplices in Martia tempora Pisces.

Qui quod de uno Decembri specialiter dixit, de cæteris utiq; generaliter intelligendum signa uis: quia uidelicet singula quæq; signorum medio suo mense terminentur, à medio priore sumant exortum. De quorum positione strictim nescientes cum instruemus, obsecro scientibus oneri non sit. Undiq; gyrum cæli rotundissimum per lineam Zodiaci circuli, quasi per zonam quandam amplissimam sphaeræ circumdatam, distincti ordines gemmarum XII. sese inuicem contingentium obident: tantæ sunt magnitudinis, ut non minore quàm duarum spacio horarum, uel oriri, uel occidere, uel de loco possint moueri: singulis tricenæ partes ob tricenos dies, quibus à sole lustrantur adscribuntur, decem semis horæ plus sunt, quia plenam partem XXIIII. horarum non reddunt, simul computari negliguntur. Attamen & ipsæ duodecies circumactæ, ubi dies quinque & quadrantem consummauerint, iam quantum ad tricenæ partes addiderint patebit, completusq; solis annus non CCC. solum & LX. diebus, sed additis V. diebus, & quadrante perficietur. Primum igitur Arietis signum in illa cæli parte, quam in medio Martij mensis sol tenet, oriri incipit, confirmatur in illa, qua in medio Aprilis ipse circumfertur, ideoq; in octaua sua parte iuxta quosdam, sed uerius iuxta Aegyptos, qui calculationibus præ omnibus gnari sunt, in quarta sua parte locum æquinoctij uernalis ostendit. Secundum Tauri ab illa cælestis circuli parte, qua in medio Aprilis sol circumfertur, ortus initium faciens, complet in ea, quam ipse in Maij medio feruat. Tertium Geminorum à parte Signiferi, quam sol in medio Maij: Quartum Cancræ, ab ea quam in medio Iulij iuxta principium ortus, & ideo iuxta quosdam in octaua sua parte recipit solstitium, iuxta uerò sollicitiorem indaginem aliquot partibus prius inde deflexo ad inferiora situ Zodiaci, id est, Signiferi circuli, Quintum Leonis signum à parte qua sol in medio Iulij, Sextum Virginis, ab ea qua in medio Augusti, Septimum Libræ, ab ea qua in medio Septembri circumagitur, inchoat oriri, quapropter & in octaua sua parte iuxta uulgare opinionem, sed iuxta enucleatorem sententiam aliquanto prius locum autumnali præbet æquinoctio. Hinc uer gente ad brumalem zonam Signifero, Octauum Scorpionis signum à parte, quam in medio Octobri, Nonum Sagittarij, ab ea quam in medio Nouembri, Decimum Capricorni, ab ea quam in medio Decembri sol inhabitat, caput attollit, & propterea, ut uulgo creditur, in octaua sua parte, ut uerò Aegyptus mater artium docet, aliquot partibus antea brumali solstitio dedicat mansionem. Dein reuerso ad altiora signiferi cursu circuli, Undecimum Aquarij sidus à parte solari median- tis Ianuarij, Duodecimum Piscium ab eadem parte Februarij uerticem erigens, finitur in medio Martij, ubi Arietis subsequens ortus sui pandit initium: siquidem omnia signa, etsi non formæ figuræ, regionum tamen starum coniunctione, & computandi sibi ratione coherent, de quibus Poeta:

Idcirco certis dimensum partibus orbem,

Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Signifer autem lacteum circulum in Sagittario recipit, & Geminis. Multa hinc dici poterant, sed hæc melius à colloquente, quàm à scribente sunt. Sanè quia de planetarum quarum per signiferum circulum meatus est, ordine & tempore supra memorauimus: tantum nunc dicamus, quia sol CCC. LXV. diebus & VI. horis, luna XXXVII. diebus, & VII. horis Zodiaci ambitum lustrant:

lustrant: singula uerò signa sol tricenis diebus, & denis horis ac semisse. Luna autem binis diebus & senis horis, ac besse unius horæ perlabitur. Si autem queris besis quid significet, & in principijs huius opusculi de calculis diximus, & nunc breuiter repetimus. Tanto minus est besis ab intergra hora, quantum VIII. à XII. XX. à XXX. X. à XV: tertia enim parte subtracta, quoties duæ solum remanent, ipsæ duæ partes besis ipsa tertia triens nuncupatur. Errant ergo qui lunam tricenis diebus tantum spacij cælestis, quantum CCLX. solem percurrere dicunt, cum manifesta ueritas prodatur, quod & supra perstrinximus, lunam XXVII. diebus & tertia diei parte tantum conficere cursum, quantum CCLXV. diebus, & quarta diei parte constat conficere solem, & quantum spacij in uno suo mense lunam, tantum in tredecim suis solis explere circuitum.

GLOSSAE IN CAP. XIII. BEDÆ PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Bridefero Ramesiensi.

Singuli autem menses sua signa, in quibus solem recipiant, habent. Aprilis scilicet habet signum arietis, &c.] Quia uidelicet singula quæq; signorum medio suo mense terminentur, à medio priore sumant exordium.

QVIBVS DIEBUS SOL QVODQVE  
signum ingrediatur.

XV. Calend. April.	in Arietem.	XV. Calend. Octob.	in Libram.
XV. Calend. Maij.	in Taurum.	XV. Calend. Nouemb.	in Scorpionem.
XV. Calend. Iunij.	in Geminos.	XV. Calend. Decemb.	in Sagittarium.
XV. Calend. Iulij.	in Cancrum.	XV. Calend. Ianuar.	in Capricornum.
XV. Calend. August.	in Leonem.	XVI. Calend. Febr.	in Aquarium.
XV. Calend. Septemb.	in Virginem.	XIII. Calend. Mart.	in Pisces.

Hæc igitur terminationes secundum consuetudinem & auctoritatem accipere potes: at uerò iuxta naturam, ita exordia signorum, & qualiter bissextus accrescat, intelligere debes.

DE BISSEXTI PRAEPARATIONE.

Primo igitur anno preparationis bissexti, prima hora noctis, quæ diem decimum quintum Calendarum Aprilium præcedit, intrat sol in arietem: & exit de ariete secundo puncto undecimæ horæ noctis, quæ præcedit diem XV. Calend. Maij.

Et intrat in taurum tertio puncto horæ undecimæ noctis, quæ præcedit diem decimum quintum Calend. Maij: & exit de tauro hora nona diei plena, quod est decimosexto Calend. Iunij.

Et intrat in geminos decima hora diei inchoante, quod est decimosexto Calend. Iunij: & exit de geminis secundo puncto horæ octauæ noctis, quæ præcedit diem decimum quintum Calend. Iulij.

Et intrat in cancrum tertio puncto horæ octauæ noctis, quæ præcedit diem decimum quintum Calend. Iulij: & exit de cancris, hora sexta diei plena, quod est XVI. Calend. Augusti.

Et intrat in leonem hora diei septimæ inchoante, quod est decimosexto Calend. Augusti: & exit de leone secundo puncto, quinta horæ noctis, quæ præcedit diem XVI. Calend. Septemb.

Et intrat in uirginem tertio puncto quinta horæ noctis, quæ præcedit diem decimum sextum Calend. Septemb. & exit de uirgine hora tertia diei plena, quæ est XVI. Calend. Octob.

Et intrat in libram hora diei quarta inchoante, quod est XVI. Calend. Octob. & exit de libra secundo puncto horæ secundæ, quæ præcedit diem XVI. Calend. Nouemb.

Et intrat in scorpionem tertio puncto horæ secundæ noctis, quæ præcedit diem XVI. Calend. Nouemb. & exit de scorpione hora duodecima plena noctis, quæ præcedit diem XVI. Calend. Decemb.

Et intrat in sagittarium hora diei prima inchoante, quod est XVI. Calend. Decemb. & exit de sagittario secundo puncto undecimæ horæ diei, quæ est XVII. Calend. Ian.

Et intrat in capricornum tertio puncto undecimæ horæ diei, quod est XVII. Calend. Ian. & exit de capricorno hora nona plena noctis, quæ præcedit diem XVII. Calend. Febr.

Et intrat in aquarium hora decima noctis inchoante, quæ præcedit diem XVII. Calend. Febr. & exit de aquario secundo puncto puncto horæ octauæ, quod est XV. Calend. Mart.

Et intrat in pisces tertio puncto horæ diei octauæ, quod est XV. Calend. Mart. & exit de piscibus hora sexta plena noctis, quæ præcedit diem decimum quintum Calendarum Aprilis.

DE SECUNDO ANNO PRAEPARATIONIS  
tionis bissexti.

Anno secundo preparationis bissexti, intrat sol in arietem hora septima inchoante noctis, quæ præcedit diem XV. Calend. April. & exit de ariete secundo puncto quinta horæ diei, quod est XV. Calend. Maij.

Et intrat in taurum tertio puncto quinta horæ, quæ est XV. Calend. Maij: & exit de tauro hora tertia plena noctis, quæ præcedit diem decimum quintum Calend. Iunij.

Et intrat in geminos, hora quarta inchoante noctis supradictæ: & exit de geminis secundo puncto horæ diei secundæ, quod est decimo quinto Calend. Iulij.

Bedæ tom. 2.

h

Et intrat

Et intrat in cancrum tertio puncto horæ diei secundæ, quod est XV. Calend. Iulij: & exit de cancro hora diei duodecima plena, quod est X. V. Calend. Augusti.

Et intrat in leonem hora prima noctis inchoante, quæ præcedit XV. Calend. Augusti, & exit de leone secundo puncto horæ undecime noctis, quæ præcedit diem XV. Calend. Septemb.

Et intrat in uirginem tertio puncto horæ undecimæ noctis, quæ præcedit diem decimumquintum Calend. Septemb. & exit de uirgine nona hora diei plena, quod est XVI. Calend. Octob.

Et intrat in libram decima hora diei inchoante, quod est XVI. Calend. Octob. & exit de libra secundo puncto horæ octauæ noctis, quæ præcedit diem XVI. Calend. Nouemb.

Et intrat in scorpionem tertio puncto octauæ horæ noctis supradictæ: & exit de scorpione hora diei sexta completa, quod est XVI. Calend. Decembr.

Et intrat in sagittarium hora septima diei inchoante, quod est XVI. Calend. Decemb. & exit de sagittario secundo puncto quinta horæ noctis, quæ præcedit diem XVI. Calend. Ianuarij.

Et intrat in capricornum tertio puncto, quinta horæ noctis supradictæ: & exit de capricorno tertia hora diei plena, quod est decimoseptimo Calend. Febr.

Et intrat in aquarium quarta hora diei inchoante, quod est XVII. Calend. Febr. & exit de aquario secundo puncto, secunda horæ noctis, quæ præcedit diem XVII. Calend. Febr.

Et intrat in pisces tertio puncto secunde horæ noctis prædictæ: & exit de piscibus duodecima hora noctis plena, quæ præcedit diem decimumquintum Calend. April.

DE TERTIO ANNO PRÆPARATIONIS BISEXTI.

Anno tertio præparationis bissexti, in initio primæ horæ diei, quod est XV. Calend. April. intrat sol in arietem: & exit de arietem secundo puncto horæ diei undecimæ, quod est XV. Calend. Maii.

Et intrat in taurum tertio puncto horæ diei undecimæ, quod est decimoquinto Calend. Maii: & exit de tauro hora nona plena, quæ præcedit diem decimumquintum Calend. Iunij.

Et intrat in geminos inchoante hora decima noctis supradictæ: & exit de geminis secundo puncto horæ diei octauæ, quod est decimoquinto Calend. Iulij.

Et intrat in cancrum tertio puncto horæ octauæ, quod est XV. Calend. Iulij: & exit de cancro sexta hora noctis, quæ præcedit diem decimumquintum Calend. Augusti.

Et intrat in leonem hora septima supradictæ noctis inchoante: & exit de leone secundo puncto horæ diei quintæ, quod est decimoquinto Calend. Septemb.

Et intrat in uirginem tertio puncto horæ diei quintæ, quod est XVI. Calend. Septemb. & exit de uirgine hora tertia noctis plena, quæ præcedit diem XV. Calend. Octob.

Et intrat in libram quarta hora prædictæ noctis inchoante: & exit de libra secundo puncto horæ diei secunde, quod est XVI. Calend. Nouemb.

Et intrat in scorpionem tertio puncto horæ diei secunde, quod est XVI. Calend. Nouemb. & exit de scorpione hora duodecima diei plena, quod est XVI. Calend. Decembr.

Et intrat in sagittarium prima hora noctis inchoante, quæ præcedit diem decimumquintum Calend. Decemb. & exit de sagittario secundo puncto undecimæ horæ noctis prædictæ, quæ præcedit diem XVI. Calend. Ian.

Et intrat in capricornum tertio puncto undecimæ horæ noctis prædictæ: & exit de capricorno nona hora diei plena, quod est XVII. Calend. Febr.

Et intrat in aquarium decima hora diei inchoante, quod est XVII. Calend. Febr. & exit de aquario secundo puncto octauæ horæ noctis, quæ præcedit diem XVIII. Calend. Mart.

Et intrat in pisces tertio puncto horæ octauæ noctis supradictæ: & exit de piscib. hora VI. diei plena, quod est XV. Cal. April.

DE QUARTO ANNO PRÆPARATIONIS BISEXTI.

Anno quarto præparationis bissexti, intrat sol in arietem hora diei septima inchoante, quod est XV. Calend. April. & exit de arietem secundo puncto horæ noctis quintæ, quæ præcedit diem XVIII. Calend. Maij.

Et intrat in taurum tertio puncto, horæ quintæ noctis prædictæ: & exit de tauro hora diei tertia plena, quod est XV. Cal. Iunij.

Et intrat in geminos hora diei quarta inchoante, quod est XV. Calend. Iunij: & exit de geminis secundo puncto horæ noctis secunde, quæ præcedit diem XVIII. Calend. Iulij.

Et intrat in cancrum tertio puncto horæ secunde noctis supradictæ: & exit de cancro hora duodecima plena noctis, quæ præcedit diem XV. Calend. Augusti.

Et intrat in leonem hora diei plena, quod est XV. Calend. Augusti. & exit de leone secundo puncto horæ diei undecimæ, quod est XVI. Calend. Septemb.

Et intrat in uirginem tertio puncto horæ diei undecimæ, quod est XVI. Calend. Septemb. & exit de uirgine nona hora noctis plena, quæ præcedit diem XV. Calend. Octob.

Et intrat in libram decima hora noctis inchoante, quæ præcedit diem XV. Calend. Octobr. & exit de libra secundo puncto octauæ horæ diei, quod est XVI. Calend. Nouemb.

Et intrat in scorpionem tertio puncto octauæ horæ diei, quod est XV. Calend. Nouemb. & exit de scorpione sexta hora noctis plena, quæ præcedit diem XVI. Calend. Decemb.

Et intrat

Et intrat in sagittarium hora septima supradictæ noctis inchoante: & exit de sagittario secundo puncto quinta horæ diei, quod est decimo sexto Calend. Ian.

Et intrat in capricornum tertio puncto horæ diei quintæ, quod est XVI. Calend. Ian. & exit de Capricorno hora noctis tertia plena, quæ præcedit diem XVI. Calend. Febr.

Et intrat in aquarium inchoante hora noctis quarta supradictæ: & exit de aquario secundo puncto horæ diei secunde, quod est decimoquarto Calend. Mart.

Et intrat in pisces tertio puncto horæ diei secunde, quod est XVII. Calend. Mart. & exit de piscibus duodecima hora diei plena, quod est XV. Calend. April.


Sicq; sol primo anno post bissextum sexta hora noctis, qua arietem intrauerat, exit de piscibus: secundo uero anno, duodecima hora eiusdem noctis: tertio anno sexta hora diei sequentis: quarto autem anno duodecima hora ipsius diei, quod est XV. Calend. April. Hæc uiginti quatuor, id est non cum die sexto Calend. Mart. intercalari iubentur, ut iterum sol bissexto completo prima hora noctis, quæ præcedit decimoquinto Calend. April. arietem possit ingredi. Signa duodecim uel à causis annalibus, uel à gentilijs fabulis nomina sumpserunt. Nam arietem Martio mensi propter Hammonem Iouem tribuunt, unde & in eius simulachro arietis cornua fingunt. Taurum Aprilii propter eundem Iouem, quod in bouem sit fabulose conuersus. Castorem & Pollucem Maio propter insignem uirtutis. Porro cancrum Iunio, quando sol ad inferiora redit, quod cancer impulsus retro cursus dirigere solet. Leonem, quem occidit Hercules Iulio, propter uim feruoris assignant. Virginem Augusto, quia tunc exhausta caloribus tellus nihil pariat. Libram Septembri, ob æqualitatem diei & noctis. Scorpionem & sagittarium equinis cruribus deformatum, propter fulmina mensum ipsorum, October & Nouember accipiunt. Capricornum Decembri, propter capram Iouis nutricem, cuius extrema pisci similia pinguntur, quod huius mensis ultima sint pluuialia. Aquarium Ianuario, Februario pisces, ob menses imbriferos tradunt. Singulis autem signis triginta partes, ternæ uero decades putantur, eo quod sol triginta diebus & decem semis horis illa percurrat, à medio mensis semper incipiens, id est decimoquinto Calend. die. Signa duodecim, scilicet signiferi, uel à causis annalibus, id est, historicis, quæ per singulos annos eueniunt: uel à gentilijs fabulis, id est, signentis nomina sumpserunt, à quibus signa uocantur: uel ex annalibus, id est, ex rebus quæ singulis annis naturaliter fiunt, sunt illis imposta: uel ex fabulis, quas gentiles monumentis scripture tradiderunt, aut etiam ex utriusq; Arietis, Abraham: pro eo quod arietem Domino obtulit pro Isaac filio suo. Taurus, Iacob: qui quasi taurus cum angelo luctatus est in monte Bethel. Gemini, Adam & Eua: quod uno corpore facti sunt in paradiso. Cancer, Iob propheta: quia cancriosus fuit. Leo, Daniel: qui in lacu leonum fuit. Virgo, Maria: quia filium genuit, & uirgo permansit. Libra, Iudas Scarioth: qui ad stateram precium Saluatoris pensauit. Scorpio, Pharao: quia per concupiscentiam merisus est in mari. Sagittarius, David, qui beligerator fuit contra Goliath. Capricornus, Esau: qui per cupiditatem uenationis, & per capram perdidit benedictionem. Aquarius, Iohannes baptista: quia in alueo Iordanis Saluatorem baptizauit. Pisces, Iohannes propheta: quia in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus commorauit. Singulis autem signis triginta partes, ternæ uero decades. Quod autem dicitur triginta, non est hoc uerum, sed uerisimile, nam sol in singulis signis uarijs & diuersis spacijs moratur. Nam in geminis triginta duabus spaciatur diebus, & contra uero 29. diebus sagittarium transt. Similiter & in ceteris signis uariè cursum suum peragit. Hinc est quod in nullo signo tali spacio, id est, triginta dierum, & decem semis horarum moras facit. Propterea uero uerisimile est, quoniam si quis totius anni circulum uel cumulum, id est, 365. dies, & sex horas in duodecim æquas partes secundum numerum signorum partitus fuerit, duodecimam partem inueniet in triginta diebus, & decem horis, & dimidia parte unius horæ. Tantæ sunt magnitudinis, ut non minore quam duarum spacio horarum uel oriri uel occidere, uel de loco possint mouere. Singulis tricene partes ob tricenos dies, quibus à sole lustrantur, ascribuntur. Nullum enim signum potest moueri, nisi per duas horas. Et ideo quia in duabus horis mouetur unum signum, in uiginti quatuor horis mouentur duodecim signa, id est, totum firmamentum. A principio ortus uniuscuiusq; signi usq; ad extremum, duas horas peraguntur, uiginti quatuor horæ inter diem & noctem, ideo ad unum quodq; ex duodecim signis due horæ pertinent, siue in oriendo, siue in occidendo. Zodiacus uel signifer, est circulus obliquus, duodecim signis constans, per quem errantes stelle feruntur. Nec aliud habitatur in terris, quam quod illi subiacet, reliqua à polis squalent. Veneris tantum stella excedit eum binis partibus: luna quoq; per totam latitudinem eius uagatur, sed omnino non excedens eum. Ab his Mercurij stella laxissimè, ut tamen è duodenis partibus (tot sunt enim latitudinis) non amplius octonas pererret. Neq; has æqualiter, sed duas medio eius: & supra quatuor, infra duas. Sol inde medio fertur inter duas partes, flexuoso draconum meatu inæqualis. Martis stella quatuor medijs, Iouis mediâ, & sua per eam duabus: Saturni duabus, ut sol. Zodiacus græcè, latinè signifer. Zodia enim animalia dicuntur, quod uitalem habeant animam, quæ Græcè Ζῷον nomine uocantur: uel zodiacus dictus à signis, eo quod signa animalium in eo esse uideantur, quæ zodia dicuntur. dicitur uero ita secundum Macrobius. Circulus obliquus, id est, tortuosus. Cuius partes latitudinis sunt duodecim, per quas diuersis modis sidera spaciuntur. Per quem, scilicet zodiacum. Per cuius partes, quæ dicuntur errantes: feruntur autem multifariæ, nam alia per tres partes, alia per quatuor, alia per quinque, alia per octo, quædam per duodecim. Nec aliud, scilicet spaciuntur habitantur in terris, scilicet ubi nos habitamus. Habitatio hominum sub zodiaco tantum est, quia non habitatur aliquid in mundo, nisi sub tutus illo. Macrobius ita commemorat: Luna ferè nunquam in uno signo bis continuo nascitur, nisi in geminis: ubi hoc nonnunquam euenit, quia dies in eo sol duos supra triginta altitudine signi morante consumit. rarissimè in alijs si circa primam signi partem à sole procedit. Hoc autem iuxta naturam aliquatenus intelligi potest, tamen iuxta rectam & consuetam calculandi consuetudinem nequaquam accipiendum est. Multa hinc dici poterant, sed à me de signifero & de duodecim signis planetarum, id est solis & lune, &c. Meatus transitus, scilicet contra mundum, tantum nunc dicamus: quia sol 365. diebus & sex horis, id est, quadrante: luna uero uiginti septem diebus & octo horis. Zodiaci ambitum lustrant, id est, circueant. Singula uero signa sol trigenis diebus, & denis horis ac semisse, id est, dimidia hora perlabitur, id est, percurrit. Accipe ergo triginta dies duodecies, & fiunt 360. dies: & accipe decem horas duodecies, & fiunt 120. horæ. duodecim ergo semisses, faciunt sex horas. iste est quadrans. Fiuntq; simul 365. dies, & sex horæ, in circuitione solis per zodiacum. Luna autem binis, id est, duobus diebus: & semis, id est, sex horis ac bisse. Accipe autem duos dies duodecies, & fiunt uigintiquatuor dies. Et accipe sex horas duodecies, & fiunt septuaginta due horæ, id est tres dies. Accipe bisse duodecies, & fiunt octo horæ. Fiunt simul in circuitione lune per zodiacum, uiginti septem dies, & octo horæ. De duodecim bisibus fiunt octo horæ ita. Tolle enim de duodecim bisibus quatuor bisse, & fac inde octo trientes, & da unicuiq; bisse ex octo bisibus unum trientem, & erunt octo horæ integræ. Duo enim trientes, habent bisse in se. Ac bisse unius horæ, id est, duabus partibus unius horæ.

Bedæ tom. 2.

h a


si diues

Si diuiseris aliquam rem in tres partes, tertia pars triens dicitur, duæ uerò partes bisse dicuntur, ipsa tertia, scilicet pars quæ remanset, triens nuncupatur. Tantum spacij celestis, Maius enim spacium percurrit luna in triginta diebus, quàm sol in diebus 305. Quantum 360. Et tertia diei parte, id est, octo horis, quantum scilicet cursum 365. diebus, id est 12. mensibus: et quartæ diei parte, id est, sex horis, quod est quadrans. Et scilicet cum manifesta ueritas. Quantum spacij, id est, in 29. diebus, et 12. horis, tantum scilicet spacij, in 17. suis, scilicet mensibus. Illum cursum quem facit luna in circuitu suo, id est, in 27. diebus et octo horis, facit sol in 12. suis mensibus. Et illum cursum quem facit luna in suo mense, id est, in 29. diebus, et 12. horis, facit sol in 13. mensibus. In duobus enim diebus et quatuor horis, est mensis lunæ maior suo circuitu, in quibus ad consequendum solem peragit 28. partes. et sextam partem partis in signifero. Tredecim enim partes peragit luna quotidiè in zodiaco. Et ideo in illis duobus diebus 26. partes circuit, et in quatuor horis, quæ est sexta pars diei, duas partes, et sextam partem partis perlabitur. Fiunt simul 28. partes, et sexta pars partis. Unde 13. mensis synecdochicòs mensis appellatur. Non enim habet nisi 28. partes, et sextam partem partis. Deest de triginta diebus solis unus dies et decem hora, id est, quinque partes diei.



Notandum sane, quòd nunquam de duodecim signis amplius quàm sex simul cerni queant, ita ut ex his uno oriente alter occidat: sicq; sit ut nouem per totam noctem succedentia uideantur, reliquis tribus non apparentibus illud ubi sol est, et quod solem uel sequitur, uel precedit. Macrobius: Zodiacum ita lacteus circulus oblique circumflexionis occursum ambiendo complectitur, ut cum quo duo tropica signa capricornus et cancer feruntur, intersect. Has solis portas physici uocauerunt, quia in utraq; obuiante solstitio, ulterius solis imbetur accessio, et fit ei regressus ad zone uiam, cuius terminos nunquam relinquit. Item Macrobius in prima libri sui parte: Solem, et lunam et stellas quinque, quibus ab errore nomen est, præter quod secum trahit ab ortu in occasum diurna cœli conuersio, ipsa suo motu in orientem ab occidente non solis literarum profanis, sed multis quoq; doctrina initiatis abhorrebat. Et sic de, ac monstro simile iudicatum est. Sed apud presbiteros intuentes ita uerum esse constat, ut non solum mente concipi, sed oculis quoq; ipsis possit probari: tamen ut nobis de hoc sit cum pertinaciter negante tractatus, age quisq; tibi hoc liquere dissimulas simul omnia, quæ uel contentio sibi fingit detractans fidem, uel quæ ipsa ueritas suggerit in diuisionibus, membra mittamus. Has erraticas cœli luminibus duobus, aut infixis cœlo, aut alia sidera nullum sui motum nostris oculis indicare: sed ferri mundanæ conuersionis impetu, aut moueri sua quoq; accessione dicimus. Rursus si mouentur, aut cœli uiam sequuntur ab ortu in occasum, et communi et suo motu meantes: aut contrario recessu in orientem ab occidentis parte uersantur. Præter hæc ut opinor, nihil potest uel esse uel fingi. Nunc uideamus quid ex his uerum poterit probari. Si infixæ essent, nunquam ab eadem statione discederent, sed in ipsæ locis semper ut alie uiderentur. Ecce enim de infixis uergiliæ nec à sui unquam se copulatione dispergunt, nec hyadas, quæ uicinæ sunt, deserunt, aut orionis proximam regionem relinquunt. Septentrionum compago non soluitur. Anguis qui inter eos labitur, semel circumfusum non mutat amplexum. hæc uerò modò in hac, modò in illa cœli regione uisuntur, et sæpe cum in unum locum duæ plures uel conuenerint, et à loco tamen in quo simul uise sunt, et à se postea separantur: ex hoc eas non esse cœlo infixas, oculis quoq; approbantibus constat. Igitur mouentur, nec negare hoc quisq; poterit, quod uisus affirmat. Querendum est ergo, utrum ab ortu ad occasum, an in contrarium motu proprio reuoluantur. Sed et hoc querentibus nobis, non solum manifestissima ratio, sed uisus quoq; ipse monstrat. Consideremus enim signorum ordinem, quibus zodiacum diuisum uel distinctum uidemus, et ab uno signo quolibet eius ordinis sumamus exordium. Cum aries exoritur, post ipsum taurus emergit: hunc gemini sequuntur, hos cancer, et per ordinem reliqua. Si ista ergo in occidentem ab oriente procederent, non ab arietem in taurum, qui retro locatus, nec à tauro in geminos signum posterius mouerentur: sed à geminis in taurum, et à tauro in arietem recta et mundanæ uolubilitatis consona accessione prodirent. Cui uerò à primo in signum secundum, à secundo ad tertium, et inde ad reliqua quæ posteriora sunt reuoluantur, signa autem infixæ cœlo feruntur: sine dubio constat has stellas non cum cœlo, sed cœli cœlum moueri. Hoc ut plene liqueat, astruamus de lunæ cursu, qui et claritate sui et uelocitate notabilior est. Luna postquam à sole discedens cœli marginem tenet, antecedenti super occidens: tertia die tardius occidit, quàm secundo: et ita quotidie longius ab occasu recedit, ut septimo die circa solis occasum in medio cœlo ipsa uideatur. Post alios uerò septem, cum ille mergit, hæc oritur, adeò media parte mensis dimidium cœlum: id est, unum hemisphaerium ab occasu in orientem recedendo metitur. Rursus post alios septem circa solis occasum latentis hemisphaerij uerticem tenet: et huius rei indicium est, quod medio noctis exoritur. Postremò totidem diebus exemptis, solem demò comprehendit, et uicinus uidetur ortus amborum, quàm diu soli succedens: rursus mouetur, et rursus recedens paulatim semper in orientem regrediendo relinquit occasum. Sol quoq; ipse non aliter quàm ab occasu in orientem mouetur: et licet tardius recessum suum quàm luna conficiat, quippe qui tanto tempore signum unum emetiatur, quanto totum zodiacum luna discurret, manifesta tamen et subiecta oculis motus sui præstat indicia. Hunc enim in arietem esse ponamus. Quod quia æquinoctiale signum est, pares horas somni et diei facit. In hoc signo cum occidit, libram, id est, scorpionis chelas mox oriri uidemus: et apparet taurus uicinus occasui. Nam uergiliæ et hyadas partes tauri clariores, non multo post sole mergente uidemus. Sequenti mense sol in signum posterius, id est in taurum recedit: et ita fit ut neq; uergiliæ, neq; alia pars tauri illo mense uideatur. Signum enim quod cum sole oritur, et cum sole occidit, semper occultitur, adeò ut uicina astra sole propinquante cœlentur. Item Macrobius: Quærendum est, cum zodiacus unus sit, et his consistet cœlo, sideribus infixis, quemadmodum inferiorum sphaerarum stellæ in signis zodiaci inuicem dicantur. Nec longum est inuenire rationem, quæ in ipso

uestibulo excubat questionis. Verum est enim neq; solem lunamue, neq; de uagis ullam ita insignis zodiaci fieri, ut eorum sideribus miscerantur: sed in illo signo unaqueq; perhibetur, quod habuerit super uerticem, in ea quæ illi subiecta est, circuli sui regione discurrens. Quia singularum sphaerarum circulos in 12. partes æquè ut zodiaci ratio diuisit: et quæ in eam partem circuli sui uenerit, quæ sub parte zodiaci est arietem deputata, in ipsum arietem uenisse conceditur. Similiterq; obseruatio in singulas partes migratibus stellis tenetur. Et quia facilius ad intellectum per oculos uia est, id quod sermo descripsit, uisus assignet. Esto zodiacus enim circulus, cui ascripti est A, inter hunc septem alij orbes locentur, et zodiacus ab A per ordinem affixis notis, quibus ascribentur literæ sequentes in partes 12. diuidatur, sitq; spacium quod inter A et B clauditur, arietem deputatum: quod inter B et C, tauro: quod inter C et D, geminis: cancro quod sequitur, et reliquis per ordinem cetera. His constitutis, iam de singulis zodiaci notis et literis, singulæ deorsum lineæ per omnes circulos ad ultimum usq; deducantur. Proculdubio per orbes singulos duodecim partes diuidet transitus linearum, in quocunq; igitur circulo, seu sol in illo, seu luna, uel de uagis quæcunq; discurrat, cum ad spacium uenerit, quod inter lineas clauditur ab A et B, notis et literis desuflentes, in arietem esse dicetur: quia illi constituta, spacium arietis in zodiaco designatum, supra uerticem sicut descripsimus, habebit. Similiter in quamcunq; migrauerit partem, in signo sub quo fuerit, esse dicetur. Atq; hæc ipsa descriptio eodem compendio nos docebit, cur eundem zodiacum eademq; signa, alie tempore longiore, alie breuiore percurrant. Quoties enim plures orbes intra se locantur, sicut maximus est ille qui primus est, et minimus qui locum ultimum tenet: ita de medijs, qui summo propior est, inferioribus maior: qui uicimior ultimi, breuior superioribus habetur. Et inter has igitur septem sphaeras gradum celeritatis suæ singulis ordo positionis ascribitur. Ideo stellæ quæ per spacium longiora discurrunt, ambitum suum tempore prolixiore consciant: quæ per angusta, breuiore. Constat enim nullam inter eas celerius cæteris tardius uel procedere: sed cum sit omnibus idem modus meandi, tantam eis diuersitatem temporis sola spaciorum diuersitas facit. Nam ut de medijs nunc prætermittamus, ne eadem sæpe repetantur, quod eadem signa Saturnus annis triginta, luna diebus uiginti octo, ambit et permeat: sola causa in quantitate est circulorum, quorum alter est maximus, alter est minimus. Ergo et cæterarum singulæ pro spacij sui modo tempus meandi aut extendit aut contrahit. Hoc loco diligens rerum discussor inueniet quod requirat. Inspecit enim zodiaci notis, quas monstrat in præsidium fidei aduocata descriptio. Quis uerò inquiet, circi cœlestis duodecim partes aut inuenit aut fecit, maxime cum nulla oculis subiciantur exordia singularum: Huic igitur tam necessaria interrogatio, historia ipsa respondeat, factum referens quo à ueteribus et tentata est tam difficilis et effecta diuisio. Aegyptiorum enim retro maiores, quos constat prius omnium cœlum scrutari et metiri auos, postquam perpetuè apud se serenitatis obsequio, cœlum semper suspectu libero intuentes deprehenderunt uniuersis uel stellis uel sideribus infixis cœlo, solas cum sole et luna quinque stellas uagari, nec has tamen per omnes cœli partes passim ac sine certa erroris sui lege discurrere, nunquam enim ad septentrionalè uerticem deuiare, nunquam ad australis poli ima dimergi, sed intra unius obliqui circi limitem omnes habere discursus: nec omnes tamen ire pariter ac redire, sed alias alijs ad eundem locum peruenire temporibus: rursus ex his accedere, retro agi alias, uideriq; stare nonnunquam. Postquam hæc inquam, inter eas agi uiderunt, certas sibi partes decreuerunt in ipso circo constituere, et diuisio nibus annotare, ut certa essent locorum nomina, in quibus eas morari, uel de quibus exisse, ad quæ uel rursus esse uenturas: et sibi inuicem nunciarent, et ad posteros noscenda transmiserent. Duobus igitur uasis æneis præparatis, quorum alteri fundus erat in modum clepsydre foratus, illud quod erat integrum, uacuum subiecerunt pleno aquæ, altero superposito, sed meatu ante munito, et quamlibet de infixis unam clarissimam, lucidèq; notabilem obseruauerunt orientem: quæ ubi primum coepit emergere, mox munitio ne subducta, permisissent subiecto uasi aquam superioris influere. Fluxitq; in noctis ipsius, et secuti diei finem, atq; in id noctis secundæ, quamdiu eadem stella ad ortum rursus reuertitur. Quæ ubi apparere uix coepit, mox aqua quæ influebat, amota est. Cum igitur obseruatae stellæ itus ac reditus integram significaret cœli conuersionem, mensuram sibi cœli in aquæ quæ de illo fluxit, suscepta quantitate posuerunt. Hæc ergo in partes æquas 12. sub fida dimensione diuisa, alia duo huius capacitatis procurata sunt uasa, ut singula tantum singulas de illis 12. partibus ferrent: totaq; rursus aqua in uas suum pristinum, foramine prius glauso reclusa est, et de duobus illis capacitatis minoris alterum subiecerunt pleno, alterum iuxta expeditum paratumq; posuerunt. His præparatis, nocte alia in illam tam cœli partem, per quam solem lunamq; et quinque uagas meare diuturna obseruatione didicerant, quamq; postea zodiacum uocauerunt: ascensurum obseruauerunt sidus, cui postea nomen arietis addiderunt, huius incipiente ortu, statim subiecto uasi, superpositæ aquæ fluxum dederunt. Quod ubi completum est, mox eo sublato effusiq; alterum simile subiecerunt, certum signis obseruantes, ac memoriter annotatis inter eius loci stellis, qui oriebantur cum primum uas esset impletum: intelligentes quod eo tempore, quo totius aquæ duodecima pars fluxit, pars cœli duodecima conscendit. Ab illo ergo loco quo oriri incipiente aquæ, aqua in primum uas coepit influere, usq; ad locum qui oriebatur, cum primum uas impletum, duodecimam partem cœli, id est, unum signum esse dixerunt. Item secundo uase impleto, ac mox retracto: illud simile quod olim effusum parauerant, iterum subdidit: notato similiter



loco qui emergebat, cum secundum uas esset impletum, & à sine primi signi usq; ad locum, qui ad secundæ aque finem oriebatur, secundum signum annotatum est: atq; ita uicissim uasa mutando, & per singulas influentis aque partes, singulos sibi ascendenti cælum partium limites annotando: ubi consummata iam omni per duodecim partes aqua ad primi signi exordia peruenit, sine dubio iam diuisas, certisq; sibi obseruationibus & indicijs annotatas duodecim cæli partes tante compotes machinationis habuerunt. Quod non nocte una, sed duabus effectum est: quia omne cælum una nocte non uoluitur, sed per diem uenitur eius pars media, & medietas reliqua per noctem. Nec tamen cælum omne duarum sibi proximarum noctium diuise inspectio, sed diuersorum temporum nocturna dimensio, utriq; hemisphærium paribus æque uicibus annotauit. Et has ipsas duodecim partes signa appellari maluerunt, certaq; singulis uocabula gratia significationis adiecta sunt. Et quia signa græco nomine zodia nuncupantur, circum ipsum signorum zodiacum quasi signiferum uocauerunt. hucusq; Macrobius. Fabula poetarum de duodecim signis ideo omisi, quia fructum in eis inuenire minime putauit. respuenda est enim lectio quæ plus nocitura est insipientibus, quam profutura sapientibus. Fabulas poetæ à fando nominauerunt, quæ non sunt res factæ, sed tantum loquendo fictæ.

DESCRIPITIO POLI.

Duo sunt extremi uertices mundi, quos appellant polos septentrionis & austrum: quorum alter à nobis semper uidetur, alter nunquam. In eo qui à nobis cernitur, tria sunt signa constituta: duo scilicet arcturi, & serpens circum atq; inter illos in morem fluminis means. Helicem arcturus maior, cynosura minor appellatur, quæ diuersum quidem aspiciunt. Nam dorso eorum sibi metuo auertuntur, auersis huc atq; illuc pedibus. Serpens ergo cauda cingit helicem, cætero circuitu cynosuram, ita tamen ut eisdem mediis interlabens separet: cuius caput ad dextrum pedem eius qui in geniculo stat, uidetur extensum. Ille uero qui in geniculo stat, quæ Herculem dicunt, dextro pede caput premittit serpentis, capite ad austrum conuerso, humeris suis coronæ tangit confinia. Ipsa uero corona post tergum Herculis sita, capiti serpentis quem serpentarius tenet, appropinquat. Serpentarius autem, qui à Græcis ophiuchus uocatur, sub Hercule positus ad austrum, uersis pedibus scorpionem calcat, serpente præcinctus, quem utraq; manu tenet: qui plurius ma longitudine protentus, usq; ad coronam extenditur. Iuxta huius serpentis flexuosa uolumina, nullo alio interueniente signo, bootes post tergum arcturi maioris uidetur, pedibus ad uirginem uersis. nam uirgo sub pedibus bootis est constituta. Contra guttur uero & pedes anteriores urse maioris in commissura zodiaci atq; lactei circulo, gemini sunt locati, habentes à Leuo latere agitatorum cum hædulis duobus, qui contra caput helicis capite uerso, pede dextro sinistrum tauri cornu tangere uidetur. Iuxta uicinos, quo zodiacus altissime erigitur, contra uentrem urse maioris, cancer stans est, habens in dorso asellos albicantes inter eos nubecula, quæ præsepium appellatur. At contra pedes eiusdem urse posteriores inter cancrum & uirginem, leo dicitur constitutus, bootē habens iuxta se: sub pedibus uero agitatoris taurus iacet, uno pede protento ad orionem, qui sub illo est constitutus. Cepheus inter byræ & castepham medius expansis brachijs, pedibus ad terga minoris urse porrectis: Castephia contra uolumen maximum septentrionalis serpentis, inter agitatorum, Perseum, Andromedam, Cepheumq; consistit. In lacteo circulo, inter pisces, Castepham atq; arietē, Andromeda est locata, cum triangulo quem post tergum habere dicitur, caput uersum habes ad aluum equi, qui equus supra est positus. Arius in commissura zodiaci atq; æquinoctialis circuli sub triangulo situs est, habens sub se cetum ad australem partē. At proximum huius signi pisces duo, quorum alter in aquilonē erectus, alter in austro pronus, caudis tamen uinculo quodam connexis colligati sunt. Aquilonius ad Andromedam extenditur, austrinus ad aquarium: iuxta pedes uero Andromedæ, à latere Castephie, Perseus ostenditur, Gorgonis caput manu sinistra tenens, cuius sub femore sinistro, iuxta caudam tauri pleiades uidentur constitutæ. Lyræ uero inter Leuum crux Herculis, & inter cygnum posita est: sed cygnus expansis alis uolanti similis, ad dexteram Cephei manum, dextram alam, sinistram ad pedes equi porrigit. inter pisces & equum, caudamq; capricorni, aquarius est collocatus, equam urna fundens, quæ effusio ad magnum piscem usq; decurrit. In parte autem humillima zodiaci, iuxta sagittarium atq; aquilam, capricornus in commissura hyemalis circuli ac signiferi situs est: habes post se sagittarium, in commissura circulo zodiaci atq; lactei sub delphino constitutum. Est & sagitta quædam sola sub cygno iuxta aquilam iacens. Supra capricorni uero caput delphinus est positus post caudam serpentis, qui à serpentario tenetur: sub ipso autem serpentario scorpionem dicunt esse locatum, ita ut pedibus serpentarii tangatur: & habere sub se ad australem plagam centaurum bestiam, manu quasi ad aram ferentem. Hæc ara à quibusdam sacrarium uocatur, & est contra summitatem caudæ scorpionis ad austrum posita. Brachia uero scorpionis locum obrinent, quem libram dicunt, eo quod in eo sol æquinoctium faciat autumnale. Hydra quoq; iacet in circulo æquinoctiali nimia longitudine protenta, capite cancro, medietate leoni, cauda uirgini subiecta, coruum atq; urnam in dorso gestans. At sub pectore tauri, Orion gladio accinctus conspicitur, lepori qui sub pedibus eius est superpositus. Habet enim post uestigia sua canem, quem Syrium, quenq; canicula lam appellant collocatum, cancri signo subiectum: ante quem sub geminis anticam cognoscere potes. Post caudam uero Syrii ad austrum nauis, quam Argo dicunt, uidetur effulgere: at sub pede sinistro Orionis, flumini quem Eridanum uocant, flexuoso cursu superlabitur usq; ad cetum. Cetus autem subiacet arietē, à piscibus longissimo tractu porrectus. Post cuius caudam longo quidem intervallo sub aquario & capricorno in austrum porrectus, piscis magnus conspicitur: ultimus eorum quæ uideri possint signorum, effusio nem urnæ aquarij, qui ad ipsum usq; decurrit, accipiens.

ITEM DE EODEM.

Ad boreæ partes arctoi uertuntur, & anguis. Post has arctophilax, pariterq; corona genuj. Prolapsus, lyra, auis, Cepheus, & Castephia. Auriga & Perseus, deloton, & Andromedæ astrum. Pegasus & Delphin, telumq; aquila, anguitenensq;. Signifer inde subest, bis sex hinc sidera complent. Hinc aries, taurus, gemini, cancer, leo, uirgo. Libra, scorpius, arcitenens, capricornusq; & urnam. Qui tenet & pisces, post sunt in partibus austrum.

Orion

Orion procyon, lepus, ardens Syrius, Argo, Hydrus, chiron, thuribulum quoq; piscis & ingens. Hinc sequitur pistris, simul Eridanij, fluuenta. Hi bis sex uersus signant cæli regiones, Fistula quos finxit, Prisciani docta magistrum.

DE MANSIONIBVS PLANETARVM.

Ordo planetarum, non ordine fit feriarum: Cinthia, Mercurius, Venus & Sol, Mars, Iouis & Thez. Pisces & chiron Iouis est nepa Martis & Ammon. Taurus item chela, regionis erunt Ericina. Cancer erit luna, leo solis pro regione: Mansio Mercurio modo sunt gemini, modo uirgo, Sessio Saturno stat in urna uel capricorno.

DE ORTV ET OCCASV XII. SIGNORVM.

Exoriens chela aries demergit in ima. Scorpion aurati submergunt cornua tauri. Hinc subit arcitenens geminis surgentibus æquor: Cum cancer surgit, capricornus mergitur undis. Portitor urceoli formidat signa leonis. Virgo fugat pisces, redit & uictoria uictis. Item: Mergitur ammon, libra, tauri scorpius ortu. At geminos fugit arcitenens, cancrum capricornus: Hinc leo pellit aquas fundentem, uirgoq; pisces. Item: Libra quod est ammon, nepa, bos, geminos fuge chiron: Egan cancer agis, urna leo, uirgoq; pisces.

Luna zodiacum tredices in duodecim suis conficit mensibus, duobus scilicet diebus, & sex horis, & bisse, id est, octo uncijis unius horæ, per singula signa decurrens. Si ergo uis scire in quo signo luna uersetur, sume lunam quam uolueris computare, ut puta duodecim multiplica per quatuor, sunt quadraginta octo, partire per nouem, nouies quini, quadratis quinquis. Quinq; ergo signis, ex quo luna nata est exactis, quæ haud dubie in eodem quo sol est sidere, semper accenditur. In sexto iam signo luna XII. commoratur. Quod si unum remanserit, sex horas signi sequentis nouies esse completas: si duo, duodecim: si tria, octodecim: si quatuor, diens integrum: si octo, octies senas horas, id est, duos adiectos esse dies. Ex quibus tamen horis, per terna semper signa binas subtrahere momento. Operosum est enim in singulis signis, horas minutim diuidere per uncias. Vnde in presenti quantum ad nonas portiones tria remanserunt, non horas tamen octodecim, sed sexdecim, sexti signi luna duodecima complebit. Et hæc quidem luna in prima uel media parte signi, cuiuslibet nata, prompta est computatio. Sin autem alias, quot primo signo luna accensa uel demperit uel retinuerit partes, post sequentibus etiam retrahere uel adicere recorderis, nouem horis in luna, pro quinq; diebus in sole computatis. Luna zodiacum, id est, circum, Luna in unoquoq; mense suo, id est, in uiginti & nouem diebus, & duodecim horis, circuit duodecim signa, & unum penè insuper. Hoc argumento inuistato deprehenditur luna XIII. circuire zodiacum melius quam in illo alio uisitatissimo, quod potest probari, si trigessimam lunam hoc argumento consideraueris. Istud namq; argumentum est uerius, quia ad liquidum hæc ratio comprehenditur. Illud ergo aliud argumentum per triginta dies computat signum, quod non ita esse manifesta ratio docet: quia scilicet etas luna in uiginti nouem diebus, & duodecim horis completur. Nos tamen illo argumento triginta dies damus, propter facilitatem computandi. Et ideo istud argumentum quia subtilius est, ideo uerius, quod probatur ita: quia trigessimam lunam secundum hoc argumentum inuenies tredices signa habere peracta: illo uero alio non amplius quam duodecim. Tredices in duodecim suis conficit mensibus. Quomodo tredices? Quia postquam luna accensa fuerit in prima parte signi per uiginti septem dies & octo horas, currit duodecim signa, usq; dum uenerit ad eam primam partem signi, ubi accensa fuit, & per illud signum, à quo coepit, recurat iterum duos dies & quatuor horas, duobus scilicet diebus & sex horis & bisse, id est, octo uncijis unius horæ per singula signa decurrens. Multiplica illos duos dies XII. & inuenies uiginti quatuor dies: multiplica sex præfatas horas duodecies similiter, & sunt septuaginta due horæ. Diuide per uiginti quatuor, sunt ter uiginti quatuor, & reddunt tres dies. Super sunt adhuc in singulis signis bisse unius horæ. Duodecim ergo bisse, octo faciunt horas. Collige in unum, & sunt uiginti septem dies, & octo horæ, in quibus uiginti septem diebus & octo horis, conficit luna totum zodiacum: sed tamen adhuc desunt ei de suo cursu duo dies, & quatuor horæ, antequam peracta sint, & in illis duobus diebus & quatuor horis recurrit per illud signum, quo coepit & quo desinit, antequam inchoauerit suum cursum secundum. Hoc modo perustrat quasi tredices signa, per unumquensq; cursum suum, & sic potest intelligi, quod tredices in anno suo, id est, in CCC. LIII. diebus peragit duodecim signa. Fiunt quadraginta octo, scilicet quadrantes: quia quatuor quadrantes faciunt diem. Partire per nouem. Quinquies nouem, quadratis quinquis, id est, quadraginta quinq;, & restant adhuc de quadraginta octo quadrantibus, tres indiuisi, post quadraginta quinq;, qui faciunt horis octodecim: quia unusquisq; de istis quadrantibus, sex horas habet in se. Et si diligenter per hanc computationem, ad unumquensq; numerum, id est, ad unumquensq; quadrantem, sex horas multiplicaueris: inuenies in unoquoq; numero nouenali, id est, in nouem quadrantibus LIII. horas, quæ reddunt duos dies, & sex horas. Ideo per tot dies & horas, & bisse unius horæ, currit luna unum signum. Quinq; ergo signis, id est, dum luna perustrauerit quinq; signa, secundum eundem numerum nouenalem: tres remanserunt post quadraginta quinq;, & ad unumquensq; sex horæ multiplicatur, sicut supra dictum est. Signi sequentis, id est, sexti. Noueris, scilicet ô calcula tor. In eodem sidere, id est, signo.

Quod si unum, uel quadrans, uel punctus.] Quoddam genus est punctorum, in quo continet unusquisq; pun-

Etus sex horas, id est, quarta pars diei. Vel quadrans dicitur illud genus, quia partem quartam diei recipit in se. Nisi enim in ipso loco ubi dicitur, Partire per nouem, scilicet quadrantes: unumquodque quadrante pro sex horis computaueris, non poteris intelligere: quomodo luna quinque signa percurrit, per eundem, id est, nouenalem numerum, per terna semper signa. Bene usque ad terna signa dicitur: quia bisse que super sunt in luna, non complement duas horas nisi in tribus signis: quia ter si ponas octo uncias, faciunt duas horas, quia unaquodque hora habet duodecim uncias.

**Subtrahere memento.** ] Ideo auferre præcipit per terna signa, binas horas: quia ubi signa per nouenos quadrantes comprehendit, non computauit bisse eorundem signorum, qui faciunt horas duas in tribus signis: licet non computauerimus bisse, tamen ipsa luna suos bisse perfecit.

**Propterea secundum computationem nostram, tot signa habet percurra.** ] Computatio, id est, in quo signo sit luna elongata à sole, ex quo fuit accensa: si autem alias, scilicet in secunda uel in tertia, uel in qualibet signi parte nata fuerit.

**Quot primo signo.** ] Verbi gratia. Si fuerit luna accensa in tertia uel quarta parte arietis, et est elongata à sole tribus signis, ex quarto signo accipies tres partes uel quatuor, et supplebis totum arietem. Unde et dicitur: Quot partes dempseris, tot adijcere recorderis. Si uero in XX parte uel in alia qualibet post medietatem signi fuerit accensa, non computabis illud signum in quo fuit accensa, sed secundum ab illo. Et cum peruenieris ad illud signum ubi luna est, tot partes retrahere ab eo signo, quot retinuit luna ex eo signo, ubi fuit accensa, si tamen post medietatem fuit accensa. Et propterea illud signum non computabis totum ubi est luna: quia eadem luna in eo signo ubi fuit accensa, decem partes sibi retinuit. Et hoc est quod dicit, quot retinuerit, scilicet ex primo signo: tot retrahere, scilicet sequentibus signis recorderis. Demere est quot lineæ recessæ sint à signo, antequam accensa sit luna, si tamen ante medietatem signi fuerit accensa: si uero post medietatem signi fuerit accensa, hoc intelligitur retinere. Item: Quot partes dempserit luna accensa in primo signo, tot adijcere recorderis de sequenti signo. Hoc autem fit si in anteriori parte signi fuerit luna accensa, id est, ante medietatem: si uero post medietatem fuerit accensa, quot retinuerit partes de nouissima parte signi ubi fuit accensa, tot retrahere recorderis de sequenti signo. Verbi gratia: Si duodecim lineas retinuit de signo in quo fuit accensa, totidem retrahere de sequentis signi extremitate.

RECAPITVLATIO.

**Luna zodiacum tredecies.** ] Nam tredecim menses lunares, qui habent solummodo uiginti et septem dies, et octo horas, absque dubitatione in zodiaco reperiuntur, computatis semper uiginti nouem diebus in una luna, et triginta in alia. Et ex his duobus diebus et quatuor horis, qui post uiginti septem dies, et octo horas per singulos menses tibi remanserint, decimum tertium perficies, licet unus desit dies.

**Partire per nouem.** ] In his enim nouem quadrantibus decurrit unumquodque signum luna: et si solummodo nouem in luna inuenieris, integrum signum peractum habebis: et si bis nouem, duo: si ter, tria, et reliqua, dempto semper bisse. Nouies enim sex, LIII, sunt. Et per tot horas decurrit unumquodque signum et bisse. Nam et hoc quod unaquodque pars ex quatuor multiplicatis, sex horas habet, ipse in subsequenti demonstrat dicens: Si unus remanserit sex horas, etc.

**Quinque ergo signis ex quo luna nata est exactis.** ] Caue hic quod in alio loco in argumento dixit, lunam à sole quatuor punctis elongari: hic uero non inter solem et lunam metitur, sed à loco incensionis lune, usque ad punctum cuiuslibet signi in quo currit: id est de signo quando accensa est, usque ad signum in quo est, semper retrahere binas horas de residuis horis: quæ remanserint post nouenos quadrantes, scilicet per terna semper signa.

**Quot primo signo luna accensa uel dempserit uel retinuerit partes.** ] Verbi gratia. Præfens luna nata fuit in quinta parte arietis, et uiginti quinque partes postea retinuit, per quas decurrit. Quinque dempsit, quas non tetigit. Ac deinde si probare uolueris hodie nona luna in quo signo est, multiplica nouem per quatuor, sunt triginta sex, scilicet quadrantes. Multiplica septem ex his, scilicet quadrantibus, per sex, propter sex horas, quæ in unoquoque quadrante sunt, et tres horas sume de uiginti nono quadrante, et habebis quadraginta quinque horas: et da arietem, quia tot horas per eum decurrit, computatis semper nouem horis in cursu lune, pro quinque partibus, id est, diebus solis. Quod hic etiam bene conuenit, nam quinque nouem XLV, et quinque quinque XXXV. Tot enim partes solis semper, per tot horas luna decurrit. Accipe de quinque uiginti septem quadrantes, et da nouem tauro, nouem iterum geminis, et similiter nouem cancro. Et adhuc habes quadrante et dimidium, qui reddunt nouem horas, ex quibus duæ tribus signis peractis dabuntur, et sic restant septem horæ. Ergo nona luna VII horis in leone erit. Luna accensa uel dempserit, scilicet de primo signo in capite. Tot retrahere, scilicet de fine sequentis signi, et adijcere ad primum signi recorderis. Vel retinuerit, scilicet de primo signo in fine, tot retrahere similiter de fine subsequenti signi, et adijcere ad primum signi recorderis. Nouem horis in luna, pro quinque diebus in sole computatis: quia quod sol agit quinque diebus, hoc facit luna in nouem horis. Quod ita probatur. Sexies quinti, XXX, sexta eius pars sunt V, hoc ad solem pertinet. Triginta diebus unumquodque signum perlustat. Contra luna duobus diebus et sex horis perficit unumquodque signum, quæ faciunt horas LIII.

RECAPITVLATIO.

**Luna zodiacum tredecies, &c.** ] Zodiacus signifer. Zoæ græcè, animal latinè, inde zodiacus dicitur à zoti, id est, animalibus, quorum imagines ibi depictæ sunt.


**Duobus diebus & sex horis, ac bisse, &c.** ] Si diligenter quaesieris, inuenies lunam in unoquoque signo duobus diebus et sex horis, ac bisse unius horæ, insuper etiam duodecimam partem unius horæ immorari. Et si cogitas cur ipsam particulam prætermisit, dico quia perito calculatori hanc minime latuisse præsciuit, et ideo fastidium locutionis amisit. Quæ quidem ratio ita probari potest. Quomodo nouem horæ in luna, et quinque dies in sole, et sicut nouem quadrantes in luna, et triginta dies in sole: ita quoque uiginti septem dies in luna, et CCC LX in sole, omnino concordant. Et restant adhuc de cursu solis dies quinque, et de cursu lune octo horæ et duodecim particule, ex quibus nona hora conficitur. Sicque cursus solis et lune, per zodiacum concordare probatur, in hoc loco nouem quadrantes, et duo dies et sex horæ æqualem habent numerum.

**Operosum est enim, in singulis signis, &c.** ] Laboriosum est enim unicuique signo statim post nouem quadrantes, octo tribuere uncias. Et ideo breuitatis causa prætermittuntur, usque dum tribus signis peractis, duæ horæ, id est, tres bisse, restantur. Et hæc quidem luna in prima uel media parte signi cuiuslibet nata, prompta est computatio: quia quanto minus restaurare oportet, tanto facilius est computatio.

Sin

**Si autem alias quod primo signo, &c.** ] Id est, si alio loco accensa fuerit quam in prima uel media signi parte: Dempserit, scilicet in capite signi, uel retinuerit, scilicet de fine signi, tot sequentibus scilicet signis retrahere uel adijcere: scilicet ad illud signum, in quo primo fuit luna recorderis. Hanc igitur restorationem taliter agere debes. Si uis unum diem restaurare, tribue illi nouem punctos: si duos, octo decim: si tres, uiginti septem: si quatuor, triginta sex: si quinque, quadraginta quinque, qui faciunt nouem horas. Et hoc est quod dicitur, Nouem horis in luna pro quinque diebus in sole computatis. Potest etiam id ipsum ita facere: si unum diem restaurare gestis, da illi duas horas, ex quibus semper decimam recide partem. Si quinque, tribue illis decem horas: abiecta decima parte, nouem horæ iudem restant.

SCHOLIA IN CAP. XIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.



**Singuli autem menses sua signa.** ] Distributio signorum est per singulos menses, quod tamen haud commode fieri potest: non enim initia mensium Romanorum (de his enim agitur) respondent mensium principijs: in medijs enim mensibus sol ferre nouum aliquod signum ingreditur, ueluti XXI Ianuarij aquarium, quæ tamen ratio firma non est. Nam olim ut apparet, ipis mensium Calendis in aliud signum transitus fuit: nec desunt qui opinantur Christum natum esse nocte brumali, quæ totius anni longissima est: ea tum fuit VIII. Calendas Ianuarij. Nostra etate uero bruma fit pridie Idus Decembris, id est, XIII. diebus citius: quod propterea accidit, quia annus solaris breuior est aliquanto quam computatur. Constat enim diebus CCCLXXV, et quadrante non integro, qui quoniam propter intercalandi commoditatem sumitur integer, necesse est tardius annum exire quam sol signiferum permensus est, quæ temporis redundantia remedium nondum inuenit intercalationis, seu potius ademptionis. Tolleretur autem (si id liberet ecclesie seu Romano Pontifici, cui primum potestas intercalandi data est) ad hunc modum: Primum, dies qui sunt à duodecima die Decembris, quo bruma est, usque ad Calendas Ianuarias, Decembris detraherentur scilicet undeuiginti: constaretque eo tantum anno Decembris duodecim diebus: præterea centesimo decimo quoque anno non intercalaretur, intercalatio enim plus temporis addit, quam solis circuitus requirit, quod nisi detractatione tolli non potest. Hoc pacto contingeret, ut constanter toto æuo sol Capricorni sidus ingrediatur Calendas Ianuarij, quod annis quingentis ante Christum natum fuit: si modò tam diu intercalatum est. Apposui hic, non quidem quòd ego tempora in ordinem alium redigi cupiam, sed ut lectori constaret, quæ ratio sit, quòd bruma iam propius conuenit Calendis Decembris, quam dum seruator noster nasceretur: quòdque aliquando futurum sit durante longo seculorum ordine, ut eodè tempore Decembris eueniret, quo nunc habemus Nouembrem.

**Sicut quidam ueterum etiam uersibus explicauit.** ] Apud quem ex ueteribus poetis hi uersibus habeantur, non memini me legisse, apparet cuiusdam recentioris quam est Manilius, apud quem similes leguntur, sed non ijdem. Solent autem olim in Calendarijs (ut uocant) hi uersiculi singulis mensibus distribui, ueluti iam prenotantur uersibus parum sobrijs et nihil eruditjs. Prioris generis uidi uetustissimum quendam codicem sacrarum cantionum et lectionum, passim aureis literis scriptum cum eisdem uersibus in titulis mensium, quem Colonia nobis ostendit in æde diui Gereonis D. Andreæ Barduccensis eiusdem loci canonicus.

**Aries Phrixæ Calendas.** ] Phrixæ arietis celestis epitheton ab euentu, quòd Phrixæ et Hellen per mare (quod ab ea postea Hellepontus dictum est) transtulerit. Vide poeticon astronomicon Iulij Higini.

**Maius Agenorei.** ] Agenoreum taurum uocat à Venere, cuius domus est in hoc signo. Agenoream enim ueteres acceperunt deam quæ ad agendum excitaret: hæc non alia est quam Venus, quæ cuncta uiuentia ad gignendum excitat.

Iunius



Iunius æquatos cœlo uidet ire Laconas. Aequatos Lacones, Geminos intellige, Castorem uidelicet & Pollucē, quos Iupiter propter imperij moderationem, qua simul usi sunt in Lacedæmonios, inter nobilia astra collocauit.

Solstitio ardentis. Sol in prima parte Cancrī solstitium efficit, quo tempore umbra propē absuntuntur, & æstus propter astra sublimitatem supra modum augentur: propterea ardentem appellauit.

Leo feruidus. Sol in hoc signo, dies canicularēs mortalium corporibus seruore intolerabiles reddit.

Aequat & October. Respicit æquinoctium, quod fit autumno in prima parte libræ.

Scorpius hybernum præceps. Præcipitem scorpium intelligimus, propter subita dierum decremēta, quæ sub hoc fidere celerissima sunt.

Principium Iani sancit Tropicus Capricornus. Capricornus signum est tropicum, quemadmodum & cancer. Nam ut in illo solstitium fit: ita in hoc bruma, qui dies sunt in auctum lucis & tenebrarum postremi. Quod autem dicatur habere Ianuarij principium, ad nostram ætatem non quadrat, sed sic fuit, quemadmodū supra ostendimus duobus abhinc annorū milibus.

Solidi stat sidus aquari. Cur solidi, cum à Luciano leuis dicatur, ab alijs citus, ab alijs præceps? Respicit hic diei tardū incrementum, quod tum uix dum aduertitur: & astrologi fixa uocant signa, quæ sequuntur statim tropica, qualis est aquarius: qui secus eum uocant, respiciunt temporis moram, quo totus exoritur, quod fit intra horam, dum alia quædam plus quàm duas horas cōficiant, priusquam integra oriantur, propter flexum signiferi. Per Numæ mensem Februarium intellige. Hunc enim anno adiecit ante à Romulo instituto, ueluti & Ianuariū.

Duarum horarum spacio. Intellige horas inæquales seu temporales, non æquinoctiales, alio qui falsum esse facile cōstat ex his, quæ traduntur de exortu & occasu siderum inæquali.

Decem semis horæ. Intellige, quibus sol longius in unoquoq; signo commoratur quàm triginta diebus.

Primum igitur arietis signum. Obscurius paulò Beda indicat, in quibus cœli partibus seu signis quolibet mense fit sol, uel quod idem est, quod signum quouis mense cum sole oriatur, quod ut quolibet mense & cuiusq; mensis die exacte sciatur nostra ætate, adscripsi ad finem tabulam dierum, & partium signorum, ad annum salutis M.D.XL. exacte computatam.

Et ideo iuxta quosdā in octauaui parte. Ad hunc modum Plinius tradit libro 2. naturalis historie cap. XLX. Sol autem ipse quatuor, inquit, differentias habet, bis æquata nocte diei, uere & autumno, in centrum incidens terra, in octauis partibus arietis & libræ, bis permutatis spacijs in auctum diei, bruma octaua in parte capricorni: noctis uerò solstitio totidem in partibus cancri. Sed dubitet quispiam, cum obliqui circuli ratio sit immutabilis, nec alio loco possint fieri æquinoctia, quæ ubi signiferi & æquinoctiales sunt sectiones, & harum sectionum una, prima sit pars arietis, altera uerò libræ pars seu gradus primus sine ulla mutatione: quomodo igitur intelligemus æquinoctia fieri in octauis partibus, cum ipsa sectio circulorum signiferi & æquatoris efficiat primas partes libræ & arietis. Respondeo ad hunc modum, Aegyptij, seu ut est apud Plinium Anaximander Milesius, cum primam deprehenderent & signiferi obliquitatem, atq; in eo solis æquinoctia uel solstitia, respexerunt iuxta ea loca uicina astra, quibus tum arietis & tauri nomina indebantur, notaruntq; horum asterisimorum in cœlo tractus & longitudines, ut unum quensq; locum manifesta nota deprehenderent. Deinde totum illud astrum diuidentes in partes 30. certa parte imaginis locum æquinoctij aut solstitij signabant: ut uerbi gratia, quo loco tunc æquinoctium fuit, ibidem pars octaua eius asterismi, qui aries in cœlo dicitur, reperiebatur. Verum cum stelle fixæ ad motum non sphaera paulatim contra cœlum mouerentur in exortum, nō poterat hæc ratio stabilis esse. Quapropter uniuersum circum solis, sequentes diuiserunt in 12. spacia equalia, quæ dicitur Græcè dodecamoria, quorum unumquodq; diuidebatur in 30. partes, quæ nunc gradus dicuntur, omiſsa computatione quæ per partes asterismi fiebat. Asterisimorum enim omnium magnitudo non est equalis, hoc modo existimo intelligendum esse locum Plinij, & quemlibet alium ubi est æquinoctia aliter euenire, quam in primis partibus arietis & libræ. Hoc si quis uolet clarius accipere, sumat Astrolabium quod superioribus annis edidimus, notet in eo primam partem cancri, non quidem eius astra, sed dodecamorij illius, quod quartum est à secti one æquinoctialis: ad eam partem postquam sol peruenit, dicitur esse in prima parte dodecamorij quidem, non tamē in prima parte cancri, i. eius astra: sed circa secundam partem geminorum, quæ est in altera stellarum, quæ priorem pedem geminorum deformant: unde ipsa cancri imago plurium partium interuallo digressa est. Propterea (ut finem faciam) quando solem dicimus esse in leone seu alio quolibet signo, non astrum, sed dodecamorion intelligere debemus ab ariete quartum. Horum unumquodq; sol spacio tricea norum dierum & decem horarum percurrit, de quibus poete locus intelligendus est, quem hic Beda citat ex I. Georgicon.

Ut uerò Aegyptus mater artium docet. Aristoteles quoq; author est, abstrusarum artium primam inuentionē esse Aegyptiorum sacerdotū, quibus interdicitum fuit prophantis rebus operā dare. Vide principiu Metaphysices apud Aristotelem.

HAEC

HAEC TABULA INTEGRVM ANNALEM

COMPLECTITVR, IN QVO MENSES AC MENSIVM SIGNULORVM dies ordine ponuntur: è regione numerus partium seu graduum in signifero, qui singulis diebus respondent. Tertius numerus est minorum, quæ ἀπὸ πρῶτου alibi declarauimus.


Table with columns for months (Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Iunius, Maius) and days (Di., Gra., Mi.p.), listing zodiac signs and their corresponding degrees and minutes.

Iulius



quàm pridie fuerat, redditur. Singula autem signa decem punctos habent, id est, duas horas, sic, ut & superius admonuimus, &c.

QVOT PVNCTIS LVCEAT LVNA.



Luna quotidie quatuor punctis à sole elongatur, usq; ad plenum orbem: & iterum eodem spacio ad solem quotidie redeundo ap propinquat. Quos quatuor punctos, dodrantem & semunciam Plinius secundus in Naturali historia solet appellare. Sed quia hoc spacium temporis, quo luna crescere aut decrecere perhibetur, quantæ & qualis mensura sit, non facile patet, apertis numerorum exemplis aperire debemus. Horam igitur quartam notissimas portiones habere, omnis calculator dubitare non debet. Diuiditur aliquando in quatuor punctos, aliquando in quinq; aliquando in decem minuta, frequentissime in quadraginta momenta: dum autem minutissime, in sexaginta ostenta. Hæc tamen omnes partitiones inuenta sunt ab auctoribus ad inueniendos umbrarum transitus in horologio. Partito namq; horologio in uiginti quatuor spacia, iuxta numerum uiginti quatuor horarum, quibus sol uniuersum lustrat mundum: addiderunt singularum horarum diuisiones, ut facillime inuenirent horarum transitum per motum ipsius umbræ in spacijs horologij. Dum ergo transiret umbra per quartam partem unius spacij, quod horam significat in horologio, punctum uocabant: ipse uero punctus continet decem momenta. Addiderunt etiam alterum punctum, dum umbra per quintam partem horæ transcurrat, propter lune discursum, qui punctus octo momenta colligit, ex quibus punctis luna quotidie quatuor peragit, quinto in ipso remanente. Octo enim momenta, quinque multiplicata, horam unam perficiunt. Momentum uero est quadraginta pars unius horæ. Ita enim uoluerunt astrologi minutissimum siderum motum per umbras intelligere, ut quadraginta partem unius horæ sentirent, dum umbram per quadraginta partem in horologio ipsius spacij, quod unam horam significat, significet transiret. Nec hoc suffecerat eis, sed & minora addidere spacia, quæ uocantur ostenta. Vnum enim momentum, ostentum semis comprehendit. Maxima ergo spacia diuisionum unius horæ, puncta dicuntur: minima uero, ostenta uel atomi. Sed ut prædiximus, punctorum duæ sunt mensuræ: una quidem quartam partem unius horæ, id est, decem momenta: altera uero quintam continet, habens in se octo momenta. Minutum uero est maxima pars unius horæ: ostentum uero LX pars horæ est, habens in se CCCLXXVI atomos. Vna uero hora habet in se XXXII atomos, & DLX. Ex his tamen partitionibus prædictis, duas tantum ad hanc præsentem questionem, id est, ad lune discursum pertinere non dubium est, quoniam scilicet & quadraginta. Quoniam namq; ad solius lune discursum pertinet, ceteris partitionibus & solis & lune discursibus attributis. Quod ergo Plinius secundus refert, lunam dodrantem & semunciam horarum, aut oriri, aut occidere tardius quotidie, quam pridie fuerat in ortu aut in occasu: tanti spacium temporis tenet, hoc est XXX, & unum momenta, & bisse unius momenti. Dodrans quippe in omni mensura tres quartas partes continet. Si ergo hora una quadraginta habet momenta, sequitur ut dodrans unius horæ triginta momenta contineat. Dum autem una hora in duodecim uncias ad similitudinem æstis diuiditur, duodecima eius pars, quæ uncia uocari potest, in tribus momentis ac tertia unius momenti parte inuenitur. Cuius uncia dimidium est momentum, unum & dimidium momenti, & sexta pars unius momenti. Igitur prædictum spacium, id est, dodrans & semuncia, XXXI momenta, & duas tertias partes, id est, bissem siue bissem intra se colligit. Bes namq; ut Priscianus docet, pro des ponitur. Des uero nomen compositum est, a dempto, scilicet uero triens à nomine, quod est triens una litera quidem assumpta. Hinc est des compositum, dempto triente, pro quo nomine ponimus bes. Sed prædictum spacium quod à Plinio secundo iuxta naturalem lune discursum expressum est, pro facilitate calculandi, Bedæ quatuor punctorum nomen & mensuram appellare curauit. Si quis uero uult dinoscere quanta differentia sit inter dodrantem & semunciam spacium, & quatuor punctorum, sciat talem esse differentiam, qualem inter triginta duo momenta, & triginta unum, & bisse unius momenti. Hæc autem differentia inuenitur in tertia parte unius momenti: dodrantis uero & semuncie ratio atq; mensura, ex duodenario numero facile comprehenditur. Sit enim exempli causa, duodenarius numerus quasi uncia una: diuiditur illa uncia in tres partes: tertia pars quaternarius est. Quaternarius enim ter ductus, in duodenarium crescit. Cuius tertie partis, id est, quaternarij dimidium, binarij est: qui binarij, duodenarij sexta. Hinc ostenditur, quod in omni mensura dimidium tertie, sexta totius pars inuenitur. Item eiusdem duodenarij numeri dodrans, nouenarius sunt. Tantum enim in una hora dodrans tenet, quantum in duodenario nouem. Alio modo: Hora quadraginta momenta habet, & unumquodq; momentum quatuor habet trientes. Duodecima pars ipsorum quadraginta momentorum, uncia uocatur. De triginta sex momentis accipe tria momenta, quia duodecima pars illorum est, & de quatuor momentis accipe unum trientem, id est, duodecimam partem illorum, & iunge ipsum trientem cum tribus prædictis momentis, & erit tibi uncia. Et medietas unius uncie, id est, momentum & dimidium, & medietas trientis, quæ uocatur sextans, id est, sexta pars momenti, semuncia uocatur. Ergo hora quadraginta, ut diximus, habet momenta, & unumquodq; momentum tres trientes. Quadraginta enim ter siue ter quadraginta, CXX, sunt. Et ideo unum est, triens unius momenti, & centesima uicesima pars unius horæ. Prima igitur luna post solis occasum lucens, moratur super terram, spacio dodrantis & semuncie unius horæ. Luna secunda


tem unius spacij, quod horam significat in horologio, punctum uocabant: ipse uero punctus continet decem momenta. Addiderunt etiam alterum punctum, dum umbra per quintam partem horæ transcurrat, propter lune discursum, qui punctus octo momenta colligit, ex quibus punctis luna quotidie quatuor peragit, quinto in ipso remanente. Octo enim momenta, quinque multiplicata, horam unam perficiunt. Momentum uero est quadraginta pars unius horæ. Ita enim uoluerunt astrologi minutissimum siderum motum per umbras intelligere, ut quadraginta partem unius horæ sentirent, dum umbram per quadraginta partem in horologio ipsius spacij, quod unam horam significat, significet transiret. Nec hoc suffecerat eis, sed & minora addidere spacia, quæ uocantur ostenta. Vnum enim momentum, ostentum semis comprehendit. Maxima ergo spacia diuisionum unius horæ, puncta dicuntur: minima uero, ostenta uel atomi. Sed ut prædiximus, punctorum duæ sunt mensuræ: una quidem quartam partem unius horæ, id est, decem momenta: altera uero quintam continet, habens in se octo momenta. Minutum uero est maxima pars unius horæ: ostentum uero LX pars horæ est, habens in se CCCLXXVI atomos. Vna uero hora habet in se XXXII atomos, & DLX. Ex his tamen partitionibus prædictis, duas tantum ad hanc præsentem questionem, id est, ad lune discursum pertinere non dubium est, quoniam scilicet & quadraginta. Quoniam namq; ad solius lune discursum pertinet, ceteris partitionibus & solis & lune discursibus attributis. Quod ergo Plinius secundus refert, lunam dodrantem & semunciam horarum, aut oriri, aut occidere tardius quotidie, quam pridie fuerat in ortu aut in occasu: tanti spacium temporis tenet, hoc est XXX, & unum momenta, & bisse unius momenti. Dodrans quippe in omni mensura tres quartas partes continet. Si ergo hora una quadraginta habet momenta, sequitur ut dodrans unius horæ triginta momenta contineat. Dum autem una hora in duodecim uncias ad similitudinem æstis diuiditur, duodecima eius pars, quæ uncia uocari potest, in tribus momentis ac tertia unius momenti parte inuenitur. Cuius uncia dimidium est momentum, unum & dimidium momenti, & sexta pars unius momenti. Igitur prædictum spacium, id est, dodrans & semuncia, XXXI momenta, & duas tertias partes, id est, bissem siue bissem intra se colligit. Bes namq; ut Priscianus docet, pro des ponitur. Des uero nomen compositum est, a dempto, scilicet uero triens à nomine, quod est triens una litera quidem assumpta. Hinc est des compositum, dempto triente, pro quo nomine ponimus bes. Sed prædictum spacium quod à Plinio secundo iuxta naturalem lune discursum expressum est, pro facilitate calculandi, Bedæ quatuor punctorum nomen & mensuram appellare curauit. Si quis uero uult dinoscere quanta differentia sit inter dodrantem & semunciam spacium, & quatuor punctorum, sciat talem esse differentiam, qualem inter triginta duo momenta, & triginta unum, & bisse unius momenti. Hæc autem differentia inuenitur in tertia parte unius momenti: dodrantis uero & semuncie ratio atq; mensura, ex duodenario numero facile comprehenditur. Sit enim exempli causa, duodenarius numerus quasi uncia una: diuiditur illa uncia in tres partes: tertia pars quaternarius est. Quaternarius enim ter ductus, in duodenarium crescit. Cuius tertie partis, id est, quaternarij dimidium, binarij est: qui binarij, duodenarij sexta. Hinc ostenditur, quod in omni mensura dimidium tertie, sexta totius pars inuenitur. Item eiusdem duodenarij numeri dodrans, nouenarius sunt. Tantum enim in una hora dodrans tenet, quantum in duodenario nouem. Alio modo: Hora quadraginta momenta habet, & unumquodq; momentum quatuor habet trientes. Duodecima pars ipsorum quadraginta momentorum, uncia uocatur. De triginta sex momentis accipe tria momenta, quia duodecima pars illorum est, & de quatuor momentis accipe unum trientem, id est, duodecimam partem illorum, & iunge ipsum trientem cum tribus prædictis momentis, & erit tibi uncia. Et medietas unius uncie, id est, momentum & dimidium, & medietas trientis, quæ uocatur sextans, id est, sexta pars momenti, semuncia uocatur. Ergo hora quadraginta, ut diximus, habet momenta, & unumquodq; momentum tres trientes. Quadraginta enim ter siue ter quadraginta, CXX, sunt. Et ideo unum est, triens unius momenti, & centesima uicesima pars unius horæ. Prima igitur luna post solis occasum lucens, moratur super terram, spacio dodrantis & semuncie unius horæ. Luna secunda

cunda post solis occasum moratur super terram, lucendo hora & dimidia, & una uncia. Tertia lucens post solis occasum, moratur spacio duarum horarum, & tertie partis unius horæ, & semuncie: quarta, tribus horis & duabus uncis: quinta, quatuor horis, excepta semuncia: sexta, quatuor horis & dodrante: septima, quinq; horis & dimidia, & semuncia: octaua, sex horis, & tertia parte unius horæ: nona, lucet septem horis, & una uncia & dimidia: decima, lucet octo horis, excepta una uncia: undecima, lucet octo horis, & bisse unius horæ, & semuncia: duodecima, lucet nouem horis, & dimidia: tertiadecima, lucet decem horis, & quadrante & semuncia: quatuordecima, lucet undecim horis, & uncia: quintadecima lucet undecim horis, & decuncem & semunciam, id est, duodecim horis præter unam unciam & semunciam. Si uero hæc computatio secundum Bedam, quatuor punctis quotidie succrescat decima quinta luna, duodecim super terram horis lucere inuenitur: ac per hoc apparet quantum distat inter Plinij secundi supputationem, quæ per dodrantes & semuncias cumulat, & Bedæ quæ per quatuor punctos. Inuenitur enim una uncia & semisse unius uncie differentia. Plinius tamen secundum naturalem cursum esse secutum, dubitare non debemus: Bedam uero facilitatem computationis elegisse. Si igitur agnoscere cupis, quantum unaquæq; luna secundum Plinij secundi computationem, à prima usq; ad decimam quintam in nocte lucet, multiplica eius ætatem quater. Et cum perspexeris quot punctos ipse quaternarius reddiderit numerus, tunc ex ipsis punctis tot tertias partes momenti subtrahere, quot dies ætas lune habuerit. Verbi gratia. Si fuerit V. quinq; tertias partes momenti, id est momentum unum, & bisse unius momenti subtrahere: & si fuerit X. decem tertias partes momenti, id est, tria momenta & tertiam partem unius momenti subtrahere. Si fuerit XV. quindecim tertias partes momenti, id est, quinq; momenta subtrahere. Ipsa uero quinq; momenta, unam unciam & dimidiam reddit hoc modo: Tria momenta, & tertia pars unius momenti, unciam faciunt. Vnum igitur momentum & dimidium, & sexta pars unius momenti, dimidiam unciam complent.

Hæc igitur ratio quam superius de cursu lune ostendimus, per omnia accessibus atq; recessibus maris conuenire manifestum est. Maris enim recessus atq; accessus, malina etiam & ledon naturali sequentia lunarem cursum obseruat. Hinc est ut sicut luna per signa cursum suum peragit, & circa terram quotidiana no ambitu reuoluitur: ita maris accessus quotidianus & recessus, eiusdem spacij tardius temporis aut ad terram accedit, aut à terra recedit. Et sicut luna, ut prædiximus, dodrante & semuncia: uel quatuor punctis tardius (uicibi gratia) hodie quam heri orta est, aut post solis occasum supra terras moratur: similiter accessus maris aut recessus eodem spacio tardius hodie quam heri fuerat, comprehenditur. Sicut enim animal ad se trahit spiritum, sic luna mare. Qui, scilicet æstus oceanus quotidie bis affluere: & scilicet bis remare, id est, bis accedere. Inter diem & noctem unius semper per horæ dodrantem, scilicet transmissis & semuncia, id est, momenta triginta: unumq; momentum, & dimidium, & sexta pars momenti. Transmissa, id est, transacta, ad similitudinem lune uidetur. Eiusq; scilicet oceanus. Omnes cursus, id est, contractus.

In ledones. Latinus sermo, id est, lesa unda. Restringitur enim & repercutitur unda, quia non dimittitur tantum ire per terras, quantum malina. Malina, quasi maior luna dicta, quod in ea & ipsa luna & æstus maris plus ferueat, quam in ledone. Ledon enim dicta quasi lesa unda, quod in ea minus & luna & æstus oceanus feruescat. Malina & ledon lunarem mensem inter se diuidunt in quatuor partes æquales, illa namq; malina, in qua prima luna inuenitur, septem diebus & nouem horis perseuerat, & à uicesima octaua inchoat, & usq; ad quintam lunam extenditur. Sequitur ledon à quinta usq; duodecimam permanens, septem similiter diebus & nouem horis perdurat. Hinc, id est, decimatertia luna, malina secunda inchoat, in qua plenilunium ostenditur, in decimanona luna terminatur: eodem dierum numero, & horarum permanere perhibetur, id est, in septem diebus & nouem horis. Iterum ledon à uicesima luna incipiens, uicesima septima finitur, prædicto numero septem dierum, & horarum nouem, cursum suum peragit. Hæc ut puto, lunarem mensem, inter malinas & ledones in æquas partes diuisum. Æstus, id est, occurriones. Sed ledon, id est, minor æstus inchoans, id est, dum inchoat à quinta & uicesima luna, duæ enim sunt ledones. Quot horis, id est, septem accurrunt, tot & recurrunt, scilicet retrorsum. Ledon incipit à quinta luna, & permanet usque in XI. & XII. horis, ex duodecima luna: quia in una, quæq; ledone & malina, septem dies & duodecim horæ continentur.

Luna quotidie quatuor punctis huc crescens longius à sole abit, seu decrescens soli uicinior quam pridie fuerat, redditur, &c. Cum enim luna quatuor punctis tantum, id est, duodecim partibus quotidie à sole elongetur, & cum singula signa decem punctos, id est, triginta partes habeant, necesse est ut unumquodq; eorum signorum non minus quam in duobus diebus & dimidio percurrat. Quatuor enim punctos tantum, id est, duodecim partes in elongatione sua à sole quotidie facit, ideo in quantum pertinet ad illam elongationem, in duobus diebus & dimidia, decem punctos, id est, unum signum percurrat: in quantum uero ad suum iter pertinet, quo quotidie tredecim partes in signifero peragat, unumquodq; signum binis diebus & semis horis, & bisse unius horæ perlabitur. Et ideo illud iter quod facit in suo integro itinere, per uiginti septem dies & octo



horas, non potest facere in elongatione sua à sole, nisi per triginta dies. Decem punctos habent, id est, duas horas. Nunc de æquinoctia...

Deniq; orbem lunæ, id est, plenilunium. Si fuerit plenilunium in solstitio æstiuo, ubi sol in quarta parte cancri...

Et quot partibus transierit sol æquinoctiū uel solstitium, quod nuperrime lustrauerat, tot partibus transiet ipsa nocte plenilunium in æquinoctio uel solstitio. Verbi gratia: Si fuerit sol in decima parte arietis...

Table with two columns: Luna prima quot punctis lucet. and Luna prima quot partibus distat à sole. Lists numbers 1-30 and corresponding zodiac signs like Aries, Taurus, Gemini, etc.

Sume trigessimam lunam, quæ tunc fit tertio Calend. Febr. multiplicata per quatuor, sunt CCC. Partire per decem. Duodecies deni, cernies: id est, centum uiginti. Illa cæli parte, scilicet in illa parte ubi in coitu sunt sol & luna...

ad consequendum solem in signifero peragit. Luna enim in uiginti nouem diebus & dimidia ad coitum uenit, & ideo consuetè dicimus in triginta diebus ad coitum uenire...

SCHOLIA IN CAPVT XV. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Partire per decem, ter deni tries. Passim in his formis multiplicationū postrema uox numeri, quæ id quod ex multiplicatione prouenit explicat, corrupta est: quod siue Britannico idiomate siue librariorum incuria commissum sit...

DE LVNAE DISCVRSV, SI QVI SIGNA IGNORANT. CAP. XVI.

Quæ ut manifestiora cuilibet etiam tardioris ingenij reddantur, per singulas lunæ ætates quæ tum ea distet à sole distinctius adnotare curauimus. Prima ergo luna ubi suam perfecit ætatem, elongatur à sole spacio dierum XII. secunda spacio dierum XXIIII. tertia spacio mensis unius...

GLOSSAE IN CAP. XVI. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridefero Ramesiensi.

Quæ ut manifestiora cuilibet etiam tardioris ingenij reddantur. Quæ scilicet prædicta ut manifestiora cuilibet, id est, cuiuscunq; quantum, scilicet desiderium. Ea, scilicet luna. Distinctius, id est, apertius.

Prima ergo luna, ubi suam perfecit ætatem. Diuide lunam primam in quatuor punctos, & quatuor punctos in tres partes, & sunt duodecim. Duodecim enim partibus distat luna prima à sole. Elongatur à sole spacio, id est, in quatuor punctos, dierum duodecim: id est, tantum elongatur à sole cursu suo per unum diem, quantum spacijs sol peragit infra duodecim dies.

bus, octo minuta, restant solummodo quatuor minuta. Lege glossam superius scriptam, de duobus supradictis argumentis, id est: de 17. cuius initium est: Si nosse desideras quot partibus distat luna à sole, multiplica etatem eius quotacumq; fuerit quater, &c. usq; in decima quinta parte geminorum moratur eo die luna. Et in capitulo 21. cuius initium est: In quo signo luna moretur quoti die, uel quot partibus à sole per singulos dies elongetur, usq; quod inter defectam & renascentem sit lunam: quia de his duobus argumentis subtilissimè loquitur.

DE EODEM SI QVI COMPUTARE NON DICERVNT. CAP. XVII.

**S**I quis uerò etiam calculandi minus idoneus, lunaris tamè circuitus existit curiosus, & huic ad capacitatem ingeniosi sui commodamus argumentum, quo id quod quærit inueniat: siquidè totam annalis circuitus seriem, quæ duodecim mensibus continetur, alphabetis disinximus, ita duntaxat, ut primus & secundus ordo uicenos & septenos dies, tertius autem uno amplius complectatur, illo uidelicet qui de tertio repetitis VIII. horis superfluis accrescit. Et ut diebus quos lignare uolebamus literæ sufficerent, non singulis has diebus, sed alternis apposiuimus, atq; ideo non ultra o literam alphabetum tangere opus erat. Præposuimus eidem operi paginam regularem, quæ X. & IX. alphabeta huiusmodi à diuersis literis inchoantia, totidem annorum circuli decennouenalis caperet, simul & mensium singulorum signorumq; uocabula duodecim, quæ hoc ordine disposita est, iuxta numerum dierum, quibus luna Zodiacum peruolat, XXXVII. lineas habet in longitudine: nominibus signorum ante, nominibus uerò mensium retro adnotatas, ut qui signorum imperitus est, ex mensium tamen notitia possit inuenire quod quærit, X. uerò & IX. habet in latitudine lineas, quæ ordinem decennoualis circuli supra adnotato annorū numero præmonstret. Cum igitur anno quolibet diem quemlibet quo in signo, uel cuius mensis in partibus lunam habeat, scire uolueris, aperto codice nota literam, quæ eidem sit præposita diei, & recurrens ad regularem paginam, in qua literarum est distincta congeries, eodemq; statim anno ex titulo frontis inuenito, illam quam quærebamus literam eiusdem diei inuenies, atq; ante ac retro inspicies, quod signum, quem uel mensis in regione habeat adnotabis. Ponamus aliquod quod ad cætera, lector conualescat exemplum. Quæris, ubi sit luna, uerbi gratia: In Cal. Aprilis anno VI. circuli decennouenalis: aperi codicem, quare diem Calendarum memoratarum, inuenies è literam præscriptam, recurre ad paginam regularem, uidebis annum VI. per spectro eius alphabeto e literam reperies, circumfer oculos ad latera, hinc geminorum extrema, illinc lunij mensis initia deprehendes esse notata. Et siue eruditus, siue simplex es lector, palam te quod cupiebas inuestigasse lataberis. Insuper & toto illo anno quibuscunq; diebus e literam uideris adscriptam, siue crescentem, seu decrecentem, in iisdem cœli partibus lunam noueris esse conuersatam. Non enim in hoc argumento, in detrimento an cremo sua lucis, in aduerso an in coitu solis sit posita luna requiritis, sed & si hoc scire desideras, aderit argumentum ueritatis Aegyptiorum obseruatione traditum.

GLOSSAE IN CAP. XVII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

**S**iquidem totam annalis circuitus seriem, quæ duodecim mensibus continetur, alphabetis disinximus, ita duntaxat, ut primus & secundus ordo uicenos & septenos dies, tertius autem uno amplius complectatur, illo uidelicet qui de tertio repetitis octo horis superfluis accrescit.

Luna moratur in unoquoq; signo duobus diebus, & sex horis & bisse, id est, duas tertias partes unius horæ. Bisse ergo repetitis duodecies, efficiuntur octo horæ in anno, ex quibus octo horis per tres annos crescit dies unus. Sed tamen ille dies non inuenitur in pagina regulari, quamuis in annali inueniatur locus uacuus inter o & a in tertio loco. De sex uerò horis crescit dies in quarto signo, & propterea quartum signum multiplicatur semper ter. Has, scilicet literas. Sed alternis apposiuimus, id est, interualla fecimus ibi, unam scilicet in ea relinquendo uacuum. Plures enim dies sunt in circuitu lune in alphabetis, quia non singulis diebus apposiuimus eidem operi, id est, annali libello. Quot enim literas capit, tot etiam annos comprehendit.

DE PAGINA REGULARI.

Quare non inuenitur locus uacuus inter o & a tertia uice in pagina regulari, sicut inuenitur in annali serie? ideo non inuenitur, quia uiginti septem diebus & octo horis luna zodiacum percurrit, & litera uniuscuiusq; diei, uel locus uacuus in pagina regulari est, & idem alphabetum tredecies computatur in uno anno. Et si locus uacuus fuisset, uiginti octo dies inuenirentur in unoquoq; circuitu, & hinc maximus creuisset error, si inter o & a locus fuisset uacuus. Item queritur, quomodo in pagina regulari inuenitur illud sidus, quod per locum uacuum inter o & a significatur in annali serie in tertio circuitu, cum nullus locus uacuus in illa pagina inuenitur? Ad hoc breuiter respondere possumus, quod inter o & a illud sidus cognoscitur similitudine bisse sexti, cui nullus locus est uacuus in annali serie, sed inseritur inter duos dies solares: id est inter septimum & sextum Calend. Mart. in loco VI. Calend. Mart. Item queritur, quare quartum sidus in alphabeto semper ter scriptum inuenitur in pagina regulari? Et ad hoc respondere possumus, quod ideo ter scribitur unum sidus, propter integrum diem, qui de sex horis quater repetitis, unicusque sideri nascitur. Illi igitur sideri in quo tunc luna moratur, ille dies deputatur: id est, quarto semper sideri, item queritur, utrum

tres

tres dies computantur in aliquo signo, quod ter scriptum non est in pagina regulari. Computatur utiq; in tertio circuitu lunari, ubi est locus uacuus inter o & a, in annali serie. Item queritur, utrum computantur quatuor dies in signo? Vtiq; computantur, quando ter scribitur unum signum propter sex horas superscriptas. Et illi sideri computatur ille dies, qui nascitur de bisse, id est, de octo horis tertio repetitis. Scrutare septimum & octauum annum, & decimum sextum, & decimum septimum & decimum octauum. Item queritur, quare unum alphabetum tredecies in annali serie scribitur in uno anno, sed tredecim uicibus non iteratur unum alphabetum? Sic etiam illud soluitur, quod propter numerum solarium dierum, quibus sol significum circuit, unum alphabetum tredecies iterat in annali serie: hoc est, in CCLXV. diebus & quadrante. Viginti septem uerò diebus & octo horis, sicut supra diximus, significum circumuolat. ideo non est necesse, ut idem alphabetum iteretur ad significandos eosdem dies, ut eadem signa monstrarentur. Item queritur, quare non ab a inchoat alphabetum uniuscuiusq; anni in pagina regulari? Sic soluitur: Si ab a semper inchoasset, arietis sidus significaretur semper, & illo sidere in quo luna moratur in primo anno decennouenalis circuli, quando est nona luna in Calend. Ianuarij, sub eodem sidere ponitur a, id est, sub ariete: & in eodem sidere, in quo luna moratur in secundo anno supradicti circuli, quando est uigesima luna in Calend. Ian. id est uirginis signo, sub quo inscribitur a sic & reliqua. Item queritur, quare arietis inscribitur in fine anni, & in principio eiusdem? Hoc item ideo agitur, quia in extrema parte arietis luna peruolat, quando est nona luna in Calend. Ian. Item repetitis octo horis, quia luna moratur in unoquoq; signo duobus diebus & sex horis, & bisse, id est, duabus partibus unius horæ. Bisse ergo repetitis duodecies, efficiuntur octo horæ in anno. Ex quibus octo horis per tres annos crescit unus dies. Sed tamen illa dies non inuenitur in pagina regulari, quamuis in annali inuenitur locus uacuus inter o & a in tertio loco. De sex uerò horis crescit dies in quarto signo, & propterea quartum signum multiplicatur semper ter. Itemq;: Si uis inuenire in quo loco debent triplicari signa, dicito: quia zodiacum circumuolat uiginti septem diebus, & octo horis perlustrat. Quaternarius, quarta pars est duodenarij. Omisissis, id est, octo horis, quæ per ternos annos increfendo, diem integrum efficiunt, propterea in quarto loco triplicari debent signa.

SCHOLIA IN CAP. XVII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Incipit Beda hoc loco aperire usum tabularum, quæ in principio operis summa diligentia posite sunt, & primum sextæ quam signauimus, nota F. dedimus autem operam, ut exemplar uetustissimum, ac accuratissimè in his tabellis pictum, ad literam imitaremur, nisi quo loco ex uetustate consumptis occurrendum fuit, seu ubi Greci characteres pro illo seculo malè erant scripti. Quod si ex hac Bedæ explanatione usum deprehendere nequis, consule ea quæ ibi breuiter apposiuimus singulis indicibus.

QUOTA SIT LUNA IN CALENDAS QUASQUE. CAP. XVIII.

**P**rimo decennouenalis circuli anno, in quo nullæ sunt Epactæ, in Calendas Ianuarias IX. est luna, in Calendas Februarias X. in Calendas Martias IX. in Calendas Apriles X. in Calendas Maïas XI. in Calendas Iunias XII. in Calendas Iulias XIII. in Calendas Augustas XIII. in Calendas Septembres XVI. in Calendas Octob. XVI. in Calendas Nouembres XVIII. in Calendas Decembres XVI. Hos tibi numeros pro regularibus singulorum mensium sume, quibus annuas addens Epactas, luna quota sit per Calendas quasque sine errore reperies. Si enim uis scire quota sit luna in Calendas Ianuarias anno secundo circuli decennouenalis, tene IX. regulares, adde Epactas X. I. sunt XX. uicesima est luna. Si uis scire quota est luna in Calendas Iunias anno tertio, tene regulares XII. adde Epactas anni illius XII. sunt XXXIII. tolle XXX. remanent III. quarta est luna in Calendas memoratas. Quod si quis obiecerit uel huius, uel præcedentis argumenti alicubi ordinem uacillare, doceat ipse in huiusmodi quæstionibus indagandis ueracius & compediōsius argumentum, & nos libenter gratanterq; accipiemus. Hoc autem præcedens quod commemorauimus argumentum, & nonnullis ad transcribendum iam dedimus, & in principijs huius nostri opusculi præfigendum esse censuimus. Porro præsens argumentum quod de luna Calendarum quærenda posuimus, hoc tantum loco commemorasse & docuisse sufficiat. Nam cognita quota sit in Calendas luna, facile etiam cæteris cuiusq; mensis diebus qua sit atate cantato ipso mense, & concurrentibus digitis apparebit. Sunt autem anni tres circuli decennouenalis, in quibus idem argumentum stabilitatem sui tenoris conseruare nequeat: octauus uidelicet, undecimus, & nonusdecimus, cui causam nutandi uaria facit ac dispersa per annum embolismorum insertio. Siquidem anno octauo luna Calendarum Martiarum iuxta rationem quidem argumenti XXXVII. computatur, sed propter embolismum, qui in Martio mense inseritur, XXXVII. probatur existere. Itè in Calendas Iulias iuxta argumentum XXX. fieri potuit luna, sed propter adiectionem diei, quem superfluitas embolismi attulerat, sit XXXI. Item anno XI. quia luna embolismi pridie Nonas decembres accenditur, facit lunam in Calendas Martias uicesimam esse & octauam: cum hanc ratio argumenti XXXI. tunc existere doceat. Item anno XIX. quia luna embolismi tertio die Nonarum Martiarum incipit, cogit lunam in Calendas Maïas XXXVII. computari cum XXXI. secundum argumenti calculationem canatur: quo etiam anno ratio saltus lunaris, de quo in sequentibus dicemus, fidem eiusdem argumenti impugnat. Si enim ipsius argumentum iuxta Aegyptos à Septembri mense, ubi principium est anni eorum, inchoaueris, necesse est ut luna Iulij mensis eo anno XXXI. dies ut nunquam alias habeat, uno uidelicet ratione saltus amissa, & ob id luna Calendarum Augustarum tertia reddatur, quæ iuxta argu-

i 4 menti

menti regulam secunda computabatur. Si uerò, iuxta hoc quod nos supra docuimus, à Ianuario principium argumenti sumere mauis. eodem ordine luna in Calendas Decembres VII. incurrit, quæ iuxta argumentum sexta fieri debuisse putabatur: quia nimirum luna Nouembris mensis unam amittit diem, & pro XXX. consuetis XXI. solum diebus cogitur esse contenta. Quæ profecto omnia melius colloquendo, quàm scribendo docentur. Non autem transitorie commemorandum, quod hoc argumentum à Septembri quidam incipiunt, ponentes eidem Septembri regulares V. Octobri V. Nouembri V. Decembri V. & cætera ut supra nos posuimus: quod ob auctoritatem Aegyptiorum rationabiliter prorsus agunt, ut à quibus origo computandi sumpta est, horum quoque in computatio anni principium imitentur. Verum alijs aptius multo & expeditius uidetur, ut computatio omnis, quantum non necessitas rationis obstat, à principio anni sui etiã apud Romanos incipiat, & usq; ad terminũ anni rato atq; intermesso ordine procedat.

GLOSSAE IN CAP. XVIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridesfero Ramesiensi.

Quota sit luna in Calendas quasq;.] Quasi diceret, quota sit luna in Calendas quasq;. In quo, scilicet anno nulla sunt epactae: quia non apponuntur, quoniam tunc hoc est in undecimo Calend. April. ubi est sedes epactarum, trigesima est luna. Vteris ergo illo anno luna quota sit in Calendis uniuscuiusq; mensis: in cæteris uerò annis epactas habebis, & hos regulares, semperq; ad lunam querendam in Calendis. Isti enim regulares secundum Aegyptios apponuntur in Calend. Ian. id est, quando trigesima est luna in undecimo Calend. April. unde epactae accipiuntur. Ipso enim anno nulla sunt epactae, quia ultra triginta non ascendit luna: sed quot regulares habet unusquisq; mensis, totam lunam habebit ipso anno. Epactae autem accipiuntur ab undecimo Calend. April. quia est post duodecimum Calend. April. ubi sol fuit creatus, & ubi equinoctium uernale est, & terminus paschalis. ideoq; in uenerunt auctores, ut inde sumerentur epactae ad lunam inueniendam. Quota enim fuerit luna in undecimo Calend. April. tot epactae erunt in ipso anno usq; Calend. Septemb. & qualiscunq; epacta fuerit in Calend. Septemb. mutata, talis erit luna in undecimo Calend. April. in sequenti tempore. Primo decennouenalis circuli anno, in quo nulla sunt epactae in Calendis Ian. nona est luna: secundũ Romanos, inchoat. Hos tibi numeros, scilicet lunæ. Quibus, scilicet regularibus. Tolle triginta, remanent quatuor. Quare triginta? Quia ultra triginta non ascendit etas lunæ. Si autem iuxta hoc quod nos supra docuimus, à Ianuario principium argumenti sumere mauis, eodem ordine luna in Calend. Decemb. septimo incurrit, quæ iuxta argumentum sexto fieri debuisse putabatur. December habet regulares secundum Romanos octodecim, cum his adde more Romanorum epactas octodecim, sunt simul triginta sex: abiecit triginta, remanent sex. Si uerò in ipsis Calendis. Decemb. sextam computaueris lunam, non occurrat in Calend. Ian. nona, sed octaua. ideoq; necesse est illam in Calend. Decemb. septimam computare, quàm sextam. Item anno undecimo, quia luna embolismi pridie Non. Decemb. accenditur, facit lunam in Calend. Mart. uigesimam octauam esse, cum hanc ratio argumenti uigesimam nonam tunc existere doceat. Luna quoq; hoc anno in Calend. Mart. secundum epactarum seriem uigesima nona esse debuit, sed propter embolismum uigesima octaua occurrit, excepto bissextili anno. Si enim hoc anno bissextus fuerit, tunc in Calend. Mart. uigesima nona secundum lectionem, & secundum anni illius calculationem proueniet. Quæ etiam Februarij est luna, & finitur sexto non. Mart. trigesima propter bissextum, qui semper lunam Februarij trigessimam computari cogit. Non autem transitorie commemorandum, quod hoc argumentum à Septembri quidam incipiant. Quamuis enim Aegyptij & Romani diuerse ponant regulares, diuersq; annum incipiant, tamen eadem luna inuenitur & apud Aegyptios & apud Romanos, in Calend. Septemb. & in Calend. omnium mensium: id est, primo Aegyptiorum, & penultimo Romanorum, nisi tantum in decimonono anno ubi saltus fit. Illas enim epactas habent Aegyptij in Calend. Septemb. quas Romani habent in Calend. Ian. Illi enim à Septemb. incipiunt annum, ibiq; mutant epactas: & Romani similiter à Ianuario inchoant annum, & ibi mutant epactas, & epactae faciunt illam conuentientiam.

SCHOLIA IN CAP. XVIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Hoc autem præcedens quod commemorauimus argumentum.] Horum annalium fragmentum inuenimus apud Bedam circulatorum decennouenaliũ, ab anno D. XXXII. solutis usq; ad M. XXV. quem ipse (ut ex hac temporis ratione constat) alius repetijt, & longius produxit. Verum in exemplari scripto quod deerat, tum à principio tum à fine, usq; ad M. DC. produximus ex astrorum computationibus, ut posteris quoq; hæc computatio prodesse queat: atq; ad postremũ libri posuimus, quo loco plura quæ ad hoc caput intelligendum rectius ualent, uide.

QUAE SIT FERIA IN CALENDIS. CAPVT XIX.

Simile autem huic tradunt argumentum ad inueniendam diem Calendarum promptissimum, ita duntaxat, ut alijs utens regularibus, quod in hoc per Epactas facis, in illo facies per concurrentes septem dies. Habet ergo regulares Ianuarius II. Februarij V. Martij V. Aprilis I. Maius III. Iunius V. Iulij I. Augustus III. Septembris V. Octobris II. Nouembris V. Decembris V. II. Qui uidelicet regulares hoc specialiter indicant, quota sit feria per Calendas, eo anno quo septem concurrentes adscripti sunt dies: cæteris uerò annis addes concurrentes quotquot in presenti fuerint adnotati ad regulares mensium singulorum, & ita diem Calendarum sine errore semper inuenies. Hoc tantum memor esto, ut cum imminente anno bissextili unus concurrentium intermittendus est dies, eo tamen numero quem intermissurus es, in Ianuario Februarij quoq; utaris: ac in

ac in Calendis primum Martij per illum qui circulo continetur solis computare incipias. Cum ergo diem Calendarum, uerbi gratia, Ianuariarum quære uis, dicis Ianuarius II. adde concurrentes septimanæ dies, qui fuerunt anno quo computas, utpote III. fiunt quinque, quinta feria intrant Calendas Ianuariæ. Item anno qui sex habet concurrentes, sume V. regulares mensis Martij, adde concurrentes sex, fiunt undecim, tolle septem, remanent quatuor, quarta feria sunt Calendas Martiæ.

GLOSSAE IN CAP. XIX. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridesfero Ramesiensi.

Ceteris uerò annis addes concurrentes, quotquot in presenti fuerint annotati ad regulares mensium singulorum. Quotquot, id est, numerum feriae. In quota feria nonus dies, ante Calend. April. sabbatum: quia non semper, sed raro fit ut nonus dies ante Calend. April. adueniat in sabbato. Cum concurrentem, quem Aegyptij inchoant à Calend. Mart. Romani inchoant duobus mensibus ante, id est, à Calend. Ian. & Febr. coniungentes eum concurrentem cum regularibus Ianuarij, qui sunt duo secundum Romanos, & cum regularibus V. Febr. qui sunt V. similiter apud Romanos. Sed tamen memento, in omni bissextili anno unum subtrahere ex eo numero, id est, de regularibus Ianuarij & Februarij, & tunc erunt Calen. apud eos sicut & apud Aegyptios, in capite Ianuarij & Februarij, in alijs uerò non est opus.

ARGUMENTVM DE QUALIBET LVNA VEL FERIA. CAPVT XX.

Est etiam uetus argumentum, non modo de Calendarum, uerum & de quorumlibet inter Calendas dierum luna uel feria dinoscenda repertum, aliquanto quidem grauius ad discendũ, sed maiorum tamen nobis auctoritate cõtraditum, atq; ideo minoribus nostra æque solertia tradendum. Si ergo uis scire, hoc uel illo die quota sit luna, computa dies à principio mensis Ianuarij usq; in diem de quo inquiris, & cum scieris, adde etatem lunæ quæ fuit in Calendis Ianuarij, partire omnia per LIX. & si amplius XXX. remanserint, tolle triginta, & quod superest ipsa est luna diei quam quæris. Item si uis scire hoc uel illo die quota sit feria, computa dies à Calendis Ianuarij usq; in diem de quo inquiris: & cum noueris, adde feriam quæ fuit die Calendarum Ianuariarum: & si bissextilis annus est, etiam bissextili diem postquam transierit augmentare memento: partire omnia per septem, & quod remanet diem tibi septimanæ quæ sit ubicunq; quæris offendet. Quod ita solum sine labore currit argumentum, si numerum mensium singulorum per Calendas, Nonas & Idus memoriter decantare consuefcas.

Ianuarius in Calendas I. & Nonas V. in Idus XIII.

Februarius in Calendas XXXII. in Nonas XXXV. in Idus XLIIII.

Martij in Calendas XL. in Nonas LXV. in Idus LXXXIIII.

Aprilis in Calendas XC. in Nonas XC. in Idus CIII.

Maius in Cal. CXXX. in Nonas CXXXV. in Idus CXXXV.

Iunius in Cal. CLII. in Nonas CLV. in Idus CLXIIII.

Iulij in Cal. CLXXXII. in Nonas CLXXXV. in Idus CCXVI.

Augustus in Cal. CCXIII. in Nonas CCXV. in Idus CCXXV.

September in Calendas CCXLIIII. in Nonas CCXLV. in Idus CCLVI.

October in Calendas CCLXXXIIII. in Nonas CCLXXX. in Idus CCLXXXV. III.

Nouember in Calendas CCCV. in Nonas CCCIX. in Idus CCCXV. II.

December in Cal. CCCXXXV. in Nonas CCCXXXIX. in Idus CCCXLVII.

Si ergo scire uis, uerbi gratia, anno quo per Calendas Ianuarias nona est luna, quota sit luna in Calendas Maias, dicito, Maias in Calendas CXXI. tolle Calendas remanent CXX. adde IX. fiunt CXXXIX, partire per LIX. quinquagies nouies bini centumdecus octus: tolle CXV. remanent XL. undecima est luna in Calendas Maias. Si uis scire quota est luna in XV. Calendas Iunias, dicito, Iunius in Calendas CLII. tolle XV. Calendas Iunias, remanent CXXXV. adde IX. fiunt CXLVI. partire per LIX. quinquagies nouies bini centumdecus octus, tolle CXV. remanent XXV. uicesima octaua est luna in XV. Calendas Iunias. Si uis scire quota est luna VII. Idus Decembres, dicito, December in Idus CCCXLVII. tolle VII. Idus remanent CCCXL. adde IX. fiunt CCCXLIX. partire per LIX. quinquagies nouies quini CCXCV. tolle CCXCV. remanent LIIII. tolle XXX. remanent XXXIIII. uicesima quarta est luna die memorato. Inuat huiusce argumenti usum, si calculator ultima quinquagesimæ nonæ partis diligentius memoriæ cõmendat: quinquagies nouies seni CCCLIIII. quinquagies nouies quini CCXCV. quinquagies nouies quaterni CXXXV. quinquagies nouies terni CLXXVII. quinquagies nouies bini CXVIIII. quinquagies nouies affisi X. Eodem ordine diem septimanæ quocunq; uolueris tempore adiuncto Calendarum Ianuariarum die requiris. Si enim uis scire, uerbi gratia, anno quo Calendas Ianuariæ quinta feria celebrantur, octauo Calendarum Octobrium die quota feria sit, dicito: October in Calendas CCLXXXIIII. tolle VII. Calendas Octobres, remanent CCLXXVII. adde quintam feriam quæ fuit in Calendis Ianuarij, fiunt CCLXXXI. partire per VII. septies triceni ducenti decus, septies octoni quinquagies sexies, remanent V. quinta est feria octauo Calendas Octobres.

GLOSSAE IN CAP. XX. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridefero Ramensiensi.

Quod ita solum sine labore currit argumentum, si numerum mensium singulorum per Calendas, Nonas & Idus memoriter decantare consueveris. Ianuarius in Calend. unum, in non. quinq; in idibus tredecim. Si forte queris unde hi dies procedant, id est, Ianuarius in Calend. unum, Februarius in Calend. 32. &c. quæ sequuntur, dicitur: Ianuar. in Calend. unum habet diem, qui etiam IIII. non. habet: iunge unum & quatuor, & erunt simul quinq;. In non. V. Habet enim V IIII. idus. Quinq; & octo, sunt simul tredecim. In idibus tredecim. Habet quoq; nouendecim Calendas post idus. Tredecim & nouendecim, sunt simul triginta duo. Sic igitur totum huius lectionis numerum à capite usq; ad finem facillime reperire potes.

SCHOLIA IN CAP. XX. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Est etiam uetus argumentum. Ad hoc caput, deinde ad id quod sequitur, tum ad id quoq; quod præcedit, referenda sunt tabule, quas principio operis proposuit, præsertim has quas literis maiusculis signauimus, A, B, G, I, V & X, quemadmodum ibi etiam annotauimus.

DE ÆTATE LVNAE SI QVIS COMPUTARE NON POTEST. CAP. XXI.

Quod si aded quis deses uel hebes est, ut absq; omni labore computandi lunæ cursum scire uoluerit, innitatur alphabetis quæ in annali uidet libello iuxta cursum distincta lunare, ubi duos lunæ circuitus, id est, quinquagenos & nouenos dies tenent alphabeta: & quamcunq; literam luna in hac ætate semel habet, eandem per totum annum simili modo notatam in eadem semper ætate habere non desinit: nisi forte, quod tamen raro accidit, embolismorum hæc ratio immutet. Verbi gratia, anno tertio cycli decenouenalis, luna quæ triginta dies habitura est, semper ab a nudo incipit, secunda est in b, tertia in c, similiter nudis, id est, nullo puncto adnotatis: & sic ex ordine suam litera quæq; seruat ætatem lunæ. Item luna, quæ undetriginta dies habitura est, ab l. subnotato incipiens, secunda semper in m, tertia in n, simili figura notatis: & sic ex ordine recurrens luna suam cuiq; literæ restituit ætatem. Discernendi enim gratia primum de ternis alphabetum nudis utriq; literis, secundum subnotatis, tertium supernotatis determinandum prouidit antiquitas.

QUOT HORIS LVNA LVCEAT. CAPVT XXII.

Tradunt quoq; argumentum ueteres, quo luna cuiusq; ætatis quot horis luceat exploretur: quia enim prima luna inquit, quatuor punctos lucet, adijcitur hic numerus à secunda luna quotidie usq; ad plenilunium, detrahaturq; dehinc parib. spaciis in diminutionem. Et ideo si nosse uis luna secunda quot horas luceat, multiplica per quatuor duo, fiunt octo, partire per quinq;, quia quinq; puncti horam faciunt, quinq; uies affe quinq; uis. & remanent tres, horam ergo & tres punctos lucet luna secunda. Item multiplica tria, per quatuor, fiunt duodecim: partire per quinq;, quinq; uies bini decus, & remanent duo: duas horas, & totidem punctos tertia luna lucet. Item ubi ad decimam lunam perueneris, multiplica per quatuor, fiunt quadraginta: partire per quintam partem, quinq; uies octoni quadra: octo horas lucet decima luna. Et ne argumentum dubium fore arbitreris, tene quinq; uies, inquit, & ubi pernox luna candet exquire, multiplica per quatuor, fiunt sexaginta: partire per quinq;, quinq; uies duodeni sexais duodecim horas, id est, noctem integrā decima quinta luna perlustrat. Item si nosse uis, sextadecima & septimadecima, & cætera deinceps quot horis luceant lunæ, recole per singulas quanto minus sint à triginta: & inde computandi crepidinem strue. Verbi gratia: Si nosse uis uigesima quinta quam diu luceat luna, dicitur: quanto minus à triginta patebit, quia quinq;, multiplica per quatuor, quater quinq; uies: partire per quinq;, quinq; uies quaterni uies, quatuor ergo horis splendet uicelima quinta, quomodo & quinta luna. Et quidem hoc argumentum tempore æquinoctiali legitima fixum statione perlabitur: uerum longissimis in bruma noctibus, uel item ætate breuissimis, quarum alias duodecim horarum spaciū longe transcendere, alias nequaquam ad hoc pertingere posse constat: qua ratione lunam duodecim horas lucere credamus: nisi forte putamus non æquinoctiales horas intelligendas, sed singulas quasq; noctes pro sua mensura longitudinis, aut breuitatis in duodecim particulas, quas horas uocitemus æqua distributione findendas.


GLOSSAE IN CAPVT XXI. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridefero Ramensiensi.

Item ubi ad decimam lunam perueneris, multiplica per quatuor, fiunt quadraginta. Partire per quintam partem. Quinq; uies octoni, quadra, octo horis lucet decima luna. Non de æquinoctialibus horis dixit, sed de artificialibus. Huius argumenti glossa iam superius scripta, cuius initium est: Si uis scire quot punctis uel horis luceat luna, primum considera, utrum in augmento sit an in decremento, & quæ sic finitur, illud tempus interlunium dicitur.

VETVS COMMENTARIVS.

Huius paginae quatuor sunt figurae: prima, quæ est rotunda, indicat quot punctis luceat luna: & quia luna à sole lumen accipit, & semper prima luna, occidente sole oritur.

QUOT PUNCTIS LVCEAT LVNA.



In secunda figura itē rotunda, duodecim signa exterius quasi in zodiaco ordinantur. Cumq; per singulos menses singulorum signorum teneat primordia: exempli gratia ab uno eorū, id est, arietate coepi, & quot formas à prima usq; ad xv. habeat, Græcis nominibus subnotauit: quæ deficiendo iterat, quonia esdē momētis deficit, quibus crescit. Quod designat ætates lunæ sub signis descriptæ. Sicq; fit ut semper appareat monoides uersus occidentem, dichotomos superior uersus Septentrionem, panselenos uersus Orientem, dichotomos inferior, uersus meridiem.



Deniq; CLXXX. partibus, id est, CLXXX. diebus elongatur à sole, quod demonstrat ter-  
tia figura inferior, parte altera longior. nam à prima paulatim XII. partibus progressa,  
CLXXX. partibus XV. è regione lunæ determinat. Taliq; modo XIII. & XII. & reli-  
quæ contra se reliquis concordant: ut tandem XXIX. XII. partibus à sole distet: sicut & prima.  
Totius uero lunaris circuitus summa deprehenditur in CCCLX. quod ibidem alius ordo deno-  
tat, licet desit luna trigesima.

Table with 15 columns and 2 rows of Roman numerals. The top row contains numerals from CLXXX down to LIX. The bottom row contains numerals from CLXXX down to LIX, with some variations in the last few columns. A note on the right side reads 'LVNA. Totius itineris supputatio.' and 'His adest & abest sol.'

In quarta figura ubi preparatio bissexti colligitur, superius anni præscribitur. Primus  
scilicet à bissexto, secundus, tertius & quartus. Contra quos singulos sunt XII. horæ deorsum  
positæ, quibus signatur qua earum ingrediatur sol signum antepositum, eo uidelicet Calendario,  
quod supponitur unicuiq; signo. Deniq; horæ noctis arithmetico nempe (123.) diei horæ Scho-  
lastico quem uocant numero (1 v x) notantur: & quibus tria puncta desuper sunt, ipsius horæ  
tertio puncto in signum notat solis ingressus, quibus nihil inchoante hora signum introiit. Tri-  
ginta numerum per x literam hoc modo (x) effigiata, singulis horis subiecti: & ad ultimum xs.  
quoniam ab hora, qua ingreditur x x. diebus, & xs. horis, in unoquoq; signo sol moratur.

Table with 7 columns: Preparatio, bissexti, Primus dies, Secundus dies, Tertius dies, Quartus dies, horæ. Rows list zodiac signs (Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces) and their corresponding calendar dates and day counts.

QUANDO VEL QUARE LVNA VEL PRONA, VEL  
SUPINA, VEL VIDEATUR ERECTA.  
CAPVT XXIII.

Sunt qui auras explorare conati, dicant lunam nouam quoties supino cornu utroq; uideatur,  
tempestuosum mensem: quoties erecto uno, serenum portendere. Quod longe aliter esse na-  
turalis ratio prodit. Quid enim? nunquid credibile est lunæ statum, qui fixus in æthere perma-  
net, pro subiacentium mutatione efflorum, uel nubium posse aliorum quam fuerat conuerti, &  
eam quali futura metu tempestatis aliquanto altius cornu, quam naturæ ordo poscebat attolle-  
re? Maxime cum non omnibus in terris idem fluctuantium possit existere status aurarum: lu-  
næ autem status idem, eademq; sit pro uariante solis digressu conuersio. Dicunt eam, sicut & bea-  
tus Augustinus in expositione psalmi decimi docet, non habere lumen proprium, sed à sole illu-  
strari. Sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere, qua non illustratur, & ideo nihil in ea  
lucis uideri: cum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte, quam habet ad terrā,  
& necessario incipere à cornibus, donec fiat quindecima contra solem. Tunc enim sole occiden-  
te oritur, ut quisquis occidentem solem obserauerit, cum eum cœperit non uidere, conuersus  
ad orientem lunam surgere uideat, atq; inde ex alia parte, cum ei cœperit propinquare, illam par-  
tem ad nos conuertere, qua non illustratur, donec ad cornua redeat, atq; inde omnino non appa-  
reat: quia tunc illa pars quæ illustratur, sursum est ad cœlum, ad terram autem illa, quam radiare  
sol non potest. Cum ergo die crescente sol à meridianis plagis ad boreales paulatim partes ascē-  
derit, necesse est luna, quæ eo tempore nata est, ocyori trāitu solem ad borealia signa præcurrat:  
atq; ideo cum noua post occasum solis uideatur, quæ ad septentrionem solaris occasus occasura  
est, nimirum non iuxta, sed supra solem sita est, quo inferiora eius illustante, æqualia pene cornua  
protendere, & instar nauis supina ire uidentur. At reuerso post solstitium æstiuum ad inferiora &  
australia cursu solis, luna quoq; illis nata mensibus, ad inferiora cursum tendat necesse est: unde  
fit, ut quæ ad australem partem solis, qui occiderat occasura est: absq; ulla dubietate cum primo  
post occasum solis apparet, non iam supra illum, sed iuxta illum ad meridiem posita uideatur. Atq;  
ideo aquilonalia eius latera sole aspectante cernitur erecta progredi: semper enim luna auersis  
à sole cornibus, rotundam sui partem pandit ad illum, cuius rationis ordine agitur, ut quo dies lō-  
gior, eo sit noua luna excellentior: & quo breuior atq; ad meridiem decliuor est dies, eo deiectione no-  
ua luna cernatur. Et inde uulgi creuit opinio, lunam cum supina & celsior in cedit, turbines tem-  
pestatum: cum uero erecta, & in austros deiectione, tranquillitatem designare: quia is nimirum sta-  
tus est anni uertentis, ut sex mensibus, quibus decreuit dies, multo clementior sit aeris motus,  
quàm reliquis sex. Eadem ratio est etiā lunæ decrecentis, quare matutino in exortu nunc erecta,  
nunc supina appareat. Eadem cur interdum sæpe prona procedat: nimirum solis eam radijs supe-  
riore ex loco tangentibus. Non ergo luna conuersio, quæ naturalis est & fixa, potest futuri men-  
sis portendere statum. Sed qui curiosi sunt huiusmodi rerum, coloris uel eius, uel solis, uel cœli  
ipsius, aut stellarum, siue nubium mutatione, uel alijs quibuslibet indicijs sæpe statum aeris, qui  
sit futurus explorant. Deniq; lunam quartā, si pura fuerit, neq; obtulis cornibus, dare reliquis die-  
bus usq; ad exactum mensem indicium serenitatis existimant, & cætera talia.

GLOSSAE IN CAP. XXIII. BEDAE PRESBYTE-  
ri, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramesiensi.

Lunam non minui nec crescere dicunt, sed à sole illustratam à parte quam habet ad eum, paulatim uel ab eo recedendo, uel ei pro-  
pinquando, nobis candidam partem reuoluere uel atram. Et die quidem crescente supinam cerni nouam lunam, ut puta superiores  
foli, & ad aquilonia subeuntem: decrecente uero erectam & deiectionem in austros, plenam autem soli semper aduersam. Sublimem,  
humili sole, humilemq; sublimi. Quam lucere dodrantis semuncias horarum à secunda adijcientem usq; ad plenum orbem, detrahentemq;  
in diminutionem. Intra tredecim autem partes, solis semper occultam esse: nouissimam uero nouamq; lunam, eadem die uel no-  
cte, nullo alio in signo quàm ariete conspicui. Si in accensione erecta fuerit, in matutino exortu supina apparebit. Item si in accensio-  
ne supina in modum nauis fuerit uisa, in matutino exortu erecta cernitur. Habet ergo tres status, id est, supina, erecta, prona, aliquan-  
do uidetur. Lunam non minui nec crescere dicunt, scilicet sapientes, sed semper in una parte plena est. Luna, Martiano attestana-  
te, non per se ipsam, sed à sole illuminatur: sicut speculum nihil splendoris neq; imaginis à se ipso habet, accipit tamen lumen & ima-  
ginem per res sibi extrinsecus oppositas. Quando autem ipsa luna à sole recedit, illustratur à sole paulatim ab eo, & tunc dicitur  
crescere: quando uero ei appropinquat post decimanquintam lunam, obscuratur paulatim, donec tota obnubiletur uicinitate so-  
lis, & tunc dicitur minui, cum tamen in suo corpore nunquam minuatur, nunquam crescat. Illustratam, scilicet e, se dicunt, id est, illu-  
minatam ad eum solem, id est, contra eum uersam, uel ab eo sole recedendo, scilicet partem candidam, uel ei propinquando, scilicet  
partem atram, id est, nigram nobis reuoluere, scilicet dicunt. In quantum enim propinquatur soli, in tantum auferitur nobis lumen  
illius. Et scilicet dicunt, die crescente, id est, dum crescit dies. Queritur cur crescente die luna noua supina uideatur, decrecente autē  
die non prona, sed erecta: cum debuerat sicut supina in lucis incremento, sic prona in detrimento apparere. Ita tamen soluitur. Cre-  
scente die naturaliter superior est luna sole, & propterea ipse sol superiorem lunam supra se positam illuminat, & supinam efficit:  
dum autem dies decrescit, naturali positione eiusdem altitudinis sol & noua luna esse deprehenduntur, ac per hoc non infra se posita  
tam lunam accendit, sed ex latere suo positam, & propterea eam facit erectam. Cernunt à nobis nouam, id est, primam lunam, ut po-  
te supe-



te superiorem soli. Hoc non ratione zonarum, sed ratione signiferi deprehenditur. Quando sol australes circulos, qui sunt inferiores, circuit tempore hyemali, tunc luna septentrionales circulos qui altiores sunt, peragit, et tunc altior est sole, ideo supina est, cornua sursum habens in modum nauis: quia uidelicet ab inferiore sui parte qua solem respicit, accenditur. Rursus migrante sole septentrionales circulos, luna petit australes: et quia inferior tunc sole est, à superiore sui parte qua solem respicit, illuminatur, obuersa habens terræ cornua prona, et ad aquilonares circulos. Verbi gratia: Duodecimo Calend. April. adhuc dies crescunt. Si fuerit in arietem luna accensa, statim in taurum citò transiens, erit quasi sol superior quantum ad signiferum. Subeuntem, id est, ascendentem, scilicet illam lunam. De crescente, scilicet die erectam, scilicet dicunt ex latere. et deiectam, id est humilem in austris, id est, in meridie. Plenam, scilicet dicunt lunam. Soli aduersam, id est, eregionè positam, id est, contra solem. Sublimem, scilicet lunam in aquilone. Humili sole, scilicet in austris. Humilemque, scilicet lunam: sublimi, scilicet sole. Quam, scilicet lunam, dicunt dodrantes semuncias. Quid sit dodrans, semuncia, iam superius uerissime est expositum. Adijcientem, scilicet ipsas dodrantis semuncias à secunda luna, ideo dicitur à secunda luna, quia prima luna in coitu solis fit. Usque ad plenum orbem, id est ad decimam quintam. Intra tredecim, scilicet dicitur partes, id est, dies. Tredecim quotidiè transit in zodiaco, sed antequam extra tredecim partes perueniat, non uidetur. Vnaqueque hora continet in se quadraginta momenta. De illis quadraginta momentis, accipe triginta, quia dodrans est, et dimitte decem, quia quadrans est. Iterum diuide illa quadraginta momenta per duodecim, ut inde inuenias prescriptas semuncias. Dodrantem enim intellexisti de prima diuisione quaterna, quæ quadraginta momenta per duodecim ter diuisa, sunt triginta sex, et quatuor remanent. Eductis ex duodecim, ter tria momenta accipe, quia duodecima pars illorum est, et de quatuor quæ remanserunt, recipe tertiam partem unius momenti. Si enim ad unum duxeris duodecimam partem illorum quadraginta momentorum, tria momenta sunt inde, et tertia pars unius momenti, quod est in una uncia: quia duodecima pars illius numeri quadragenarij est. Iterum diuide illam unciam per medium, quod fit unum momentum et dimidium, et sextans, id est, sexta pars unius momenti. Hæc est semuncia, de qua dixit, dodrantis semuncias auget luna quotidiè uel minuit. Semper occultam esse, id est, tunc non apparet luna, quando uicina est soli infra partes tredecim, hoc est infra illud spacium, quod agit sol diebus tredecim.


At mox ut in decimam quintam partem fuerit emersa, uideri incipit. In hoc loco duplex sensus fieri potest. Nam quod dixit, intra tredecim autem partes solis semper occultam esse, potest sic intelligi, ut noua luna nunquam appareat, re possit, antequam tredecim partes solis abest, uel etiam ex alio latere natura soli appropinquet. Intra tredecim ergo partes solis, dum luna noua morata fuerit, in nullo signo apparebit, excepto arietem. Mox autem ut longius à sole recesserit, terris apparebit. Nullo alio in signo, id est, in nullo signo, nisi tantum in arietem. Mane ante solem ultima luna apparere potest, et in eadem die post occasum solis noua apparere. Confici, scilicet quamuis sit in alijs, tamen non uidetur: quia aliquotiens euenit, ut trigesima luna, uel uigesima noua apparens in oriente primo initio diei, et peragens cursum suum, ac soli tardius incedenti appropinquans accendatur ab eo media uel quacumque hora diei, et ipso die uespere appareat in occidente.

Quid enim? Nunquid credibile est lune statum, qui fixus in æthere permanet, pro subiacentium mutatione flabrorum, uel nubium posse aliorum quam suorum conuertitur? Cur fixus, cum sit una planetarum septem? Sed fixa dicitur natura immobilis, ac per hoc uentorum uel non ualet turbari: quippe cum non in aere sit, sed in æthere: in æthere enim nulla est tempestas.

Lunam per alios ortus et occasus, ait Higinius, necesse est moueri, non stare: idque facilius est, quam de sole licet intelligere: quæ cum à sole accipiat lumen, et ita nobis lucere uideatur, non est dubium eam moueri potius quam stare. Terris autem uicina luna, breuiori orbe conuertitur, et iter quod sol in CCC LX V. diebus, et sex horis peragit, ista per uiginti septem dies et octo horas percurrit. Cum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte quam habet ad terram, et necessariò incipere à cornibus, donec fiat X V. contra solem, tunc enim sole occidente oritur. Prima luna apparet solum modo uespere in occidente, sole descendente ad inferiora. Quamuis enim in omnibus partibus cœli fiat sepe prima in oriente, et meridie, et in alijs locis, tamen non uidetur neque computatur prima, nisi in occidente propter splendorem solis, et propter primam conditionem, quia alijs in locis simul sunt super terram. Plena autem uespere in oriente, et mane in occidente necessariò uidetur: quia plena in sex signis semper distat à sole, et plena luna fit nocte super terram, et die sub terra. Prima autem fit nocte cum sole sub terra, et die cum sole supra terram. Corpus solis triplo quantitatem lune superare dicunt philosophi: lunam uero triplo maiorem terra. Quod autem æqualis uniusque magnitudinis luna cum sole cernitur, ex eo fieri scimus, quod ille multo longinquior à terris atque altior quam luna incedat, ideoque magnitudo eius quanta sit, nequaquam à nobis qui in terris degimus, ualeat dinosci. Omnia enim longius posita, solent breuiora uideri. Atque ideo cum noua post occasum solis uidetur, quæ ad septentrionem solaris occasus occasura est, nimirum non iuxta, sed supra solem sita est. Tria sunt genera incensionis lune: subincensio, media incensio, superincensio. Subincensio est, quando luna desubtus accenditur à sole per sexaginta dies, et uiginti horas, circa unum decimum diem Calendarum Ianuariarum: quia tunc luna altior est quam sol. Media incensio est, quando luna à sole accenditur, æqualiter per triginta dies, et decem horas, circa undecimum diem Calendarum Octobrium, quia tunc æquales sunt sol et luna in altitudine. Superincensio est, quando luna desuper accenditur, per sexaginta dies et uiginti horas, circa undecimum diem Calendarum Iuliarum, quia tunc altior est sol quam luna.

Illud certè manifestum est, et cuius aduertenti facile cognitum est, quod luna non augetur ad oculos nostros, nisi à sole recedendo: neque minuitur, nisi ad solem ex parte alia appropinquando. Ab illo ergo accipit lumen, et cum sub illo est, semper exigua est: cum uero ab illo longius abfuerit, fit ampla, suoque ambitu plena. Si enim suo lumine uteretur, necesse erat semper eam esse æqualem, nec die trigesima exilem fieri. Et si suo lumine uteretur, huius nunquam eclipsis fieret. Ceterum quantum ad intellectum pertinet mysticum, luna huius mundi speciem tenet: quia sicut ista mensuris completionibus deficit, ita mundus ad completionem temporum currens, quotidianis defectibus cadit. Luna uero in sacro eloquio, humane fragilitatis defectum significat: quæ dum mensuris horis crescit, nostre calamitatis mutabilitatem exprimit, qui crescimus nascendo, decrescimus moriendo: augemur in prosperis, minuemur in aduersis. Nonnunquam uero eadem luna etiam ecclesia accipitur, pro eo quod sicut ista à sole, sic ecclesia à Christo illuminatur. Sicut enim luna deficit atque crescit, ita ecclesia defectus habet et ortus. Frequenter enim defectibus suis creuit, et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, et confessorum martyrio coronatur. Item sicut luna larga est roris, et dux humentium substantiarum: ita ecclesia baptisimi et predicationum imbribus irrigatur. Et quemadmodum luna crescente, crescunt et omnes fructus, atque ea minuente minuuntur: non aliter intelligimus et ecclesiam, in cuius incremento proficimus cum ipsa. Cum uero persecutionem patitur et minuitur, et nos cum illa patimur et minuemur. Item sicut luna septem formas habet, sic tot meritorum gratias ecclesia

clesta. Eodem constat numero etiam distributio charismatum, quæ per spiritum sanctum totius ecclesie fidelibus conferuntur. Septima autem et semis, et uigesima secunda et semis in sui orbe media est, cetera uero proportionales sunt. Ambrosius in libro Hexameron: Namque luna luminis immixtionem habet, non corporis, quando per uices mensuras deponere uidetur suum lumen, ut inuenitur à sole: quod facile puro aere atque perspicuo, quando nulla eum obducta nubila caligantem facit, colligi potest. Orbis enim integer manet luna, etsi non similiter totus ut pars eius effulgeat. Et qualis uideri solet cum, plenus est luminis, talis est magnitudine semper, umbram quandam lumine suo uiduatus apparet: et inde cornua eius resurgent, quia corpus est, in orbem diffunditur, et uelut deficiente portione luce insinuat.



Denique multi philosophorum solem abesse à luna uideiginti partes, quantas luna ipsam à terra. Pythagoras sagacissimus Graecorum philosophus, spacium quo distat cœlum à terra, geometrica mensura collegit, dicens, à terra ad lunam spacium esse CXXV. stadiorum, à luna ad solem duplum, inde ad firmamentum triplum. Quæ etiam spacia Musicis uocabulis appellauit: à terra ad lunam, dicens tonum, inde ad Mercurium, hemitonium, à Ioue ad Saturnum hemitonium, à Saturno ad firmamentum tria hemitonium. Simul omnes toni septem sunt, quibus diapason harmonia perficitur. Tonus habet miliaria XV, DCXXV. hemitonium uero habet miliaria VII, DCCC, XII et semissem.

SCHOLIA IN CAP. XXIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Sunt qui auras explorare conati. Reddit Beda hoc capite rationem, quare lune crescentis cornua aliquando supra cœlum spectent, aliàs prona ad terram deiecta sint: tum quod ea res tempestatum indicium non sit nisi ex accidente: fit enim ratione stabili ex diuersitate loci, unde lumen haurit. Primum constat lunam non lucere suo, sed alieno lumine, scilicet solis qui cunctis astris lucem senerat, deinde globum, qui dimidiata parte semper lucet, (uel ut Cleomedes probat paulò plus propter solis magnitudinem, cuius radij aliquanto amplius quam hemisphærium circumfulgent, ut etiam docent optici) necesse est lunam ea parte lucere qua solem spectat, atque hæc sic posita sepe est, ut paululum ab illo distat: nequit igitur illa pars quæ contra solem est posita, terræ esse aduersa. Hinc est quod diuersis intervallis solis et lune, alia nobis schematismi apparent. Verum quod cornua aliquando spectent cœlum, (quod contingit diebus decrescenibus) causa est ex solis tum etiam ex lune situ. Nam cum sol post conuersionem dierum ad humiliores signiferi partes descendat, sequitur et lunam è sublimi lucem à sole haurire, quod dum fit, est ambitus lucis pronus: extremitates autem quæ cornua dicuntur, sunt supinae. Dum uero dies rursus crescunt, luna ex humiliore loco solem supra se positum habet, unde tunc contrario modo euenit, quod facile patebit, si cui in sphaera aut astrolabio id experiri liceat.

QVA RATIONE LVNA CVM SIT SITV INFERIOR, SVPERIOR SOLE ALIQVOTIES VIDEATVR. CAPVT XXIII.

Nec mirari opus est, cum lunam per austrialia signa curretem, multo inferius ac uicinius terræ quam solem, cum isdem moratur in partibus, circuire uiderimus: quia uidelicet multo infra Bedæ tom. 2. k 2 rius

rius non solum Sole, sed & Venere ac Mercurio, quæ infimæ stellarum sunt, luna inconfinitio aeris huius turbulenti, & puri decurrit atheris. Denique multi philosophorum, solem abesse à luna unde viginti partes, quantas lunam ipsam à terra prodiderunt. Pythagoras uero uir sagacis animi, à terra ad lunam CXXXVI. milia stadiorum esse collegit, ad solem ab ea duplum, inde ad duodecim signa triplicatum. Sed merito querere ac mirari sollicitus quisque potest, quare luna in solstiti ali circulo decurrens, tanto altior æstiuo sole currere, quanto breuiores uideatur facere umbras. Unde paucis intinandum est, quod hunc lunæ progressum ultra solem in utraq; cœli plaga, & australi uidelicet & septentrionali, Signiferi gignat latitudo, porro in australi ipsa quoque lunæ ei uisdem defectio iuuat. Siquidem Signifer idem CCC. quidem LXXV. partibus & quadrante per cœli ambitum longus, sed XII. est partibus latus: harum duas tantum medias sol, luna omnes per uagari consuevit. Quæ cum australes illius deuenit in locos, aliquanto humilior hyberno sole apparet, non solum quia uicinior est terræ, sed etiam quia quinque ferè partibus aliquoties, siue etiam sex solaris cursus terminos in meridiem transijt: & quanto amplius interiora austris penetrat, tanto defectior nostris, qui eam ab aquilone speculamur patet obtutibus. At cum solstitiali graditur in circulo, aliquanto sæpe elatior sole uidetur æstiuo: quia cum propinquior sit terræ quam sol, quinque etiam, uel sex partibus aliquando solis terminos ad aquilonem transcendit, & idcirco nostris obtutibus, qui in terra positi utrunque sidus de inferioribus aspectamus, tanto eminenti or cœli culmina petere uidetur, quanto magis boreales sese recipit in partes. Quod hoc probabitur exemplo: Intrabis noctu in aliquam domum prægrandem, certè ecclesiam longitudine, latitudine, & altitudine præstantem, & innumera lucernarum ardentium copia, pro illius cuius natalis est martyris honore repletam: inter quas duæ maximæ ac miræ operis pharis suis quæ que suspensæ ad laquearia catenis, sed quæ tibi exijs intranti uicinior, ipsa quoque est subiacenti pauimento uicinior, tanta uastitas domus, tanta est longe distantium celsitudo pharorum, ut magis nocturno uisu lucem comasque flammularum, quam ipsa ignium ualeas uasa dinoscere: ni mirum ubi pharis appropinquare incipiens, recto intuitu oculos ad pharos, & per pharos ad cœloposita laqueariorum uel parietes loca sustuleris, illa tibi altior, quæ uicinior est pharus appareret: & quanto accesseris, tãto tibi quæ submersior est uidebitur esse suspensior, donec perfecta certius ueritate, cuncta ut sunt posita cognoscas. Ita ergo & nos infra duo magna cœli luminaria sita, quia utrunque habemus ad meridiem, quo hoc quod inferius est in septentrionem se subrigendo magis magisque nobis appropiat, eo nobis oculos ad illa & per illa dirigentibus ad cœli, uidetur esse illud sublimius, quod defectius incedere manifesta ratione patebit.


SCHOLIA IN CAP. XXIIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Ioanne Nouiomago.

Nec mirari opus est. Docet hoc capite Beda ex ratione optica, lunam (quæ longe terris est uicinior atque sol) aliquando uideri sole altiorum à terris: quod cum non sit reuera, facit tamen loci qualitas & uidentis ratio, ut sic necesse sit uideri, quemadmodum ex ipsi discipline penetrabilibus docebitur paulo post.

Denique multi philosophorum. Hec ad uerbum sumpta ex secundo libro Plinij naturalis historie, capite 22. integro. Aduertendum autem est, ex duabus his opinionibus de siderum interuallis, ueriores esse Pythagoricam, cum qua est plus quadrat recentior astrologia, multum tamen ab hac Pythagorica sententia abest. Scribit enim Alphraganus, quem nunc plurimum sequuntur, lunam esse à terra C. IX. MXXXVII. M. Pass. Quod est hinc usque ad solem, complectitur III. M. DXXXM. IXC. LXIII. M. pass. id est, decies ter centena octingenta millia noningenta sexaginta tria milia pass. quod nec ad Pythagoram, nec ad aliam ullam opinionem quadrat: nam interuallum lunæ & solis tricies amplius est, quam à terra usque ad lunam.

Siquidem signifer idem CCC. quidem LXXV. partibus & quadrante per cœli ambitum longus. Partes hoc loco intelliges non ut uulgo nunc gradus, sed quantum spatij sol quotidie in signifero peragat, alioqui semper partes intelligimus tricesimam signi dodecamorij portionem.

Harum duas tantum medias sol. Ex Plinio hæc quoque sumpta sunt de catholicis siderum, sed istic legitur Martis stella quatuor medias, Iouis mediam & super eam duas, Saturni duas ut sol. Verum iam satis constat solem per mediam signiferi partem incedere, quam egypticam uocant, sine aliqua inclinatione ad septentriones uel ad meridiem: legendum igitur est, secus forte ad hunc modum: At sol nullas, seu alia quedam solis euagatio intelligenda est, quæ fit per absides sursum & deorsum: utcumque res habet, Beda non rectè hunc locum suo themati accommodat.



Pharis suis quæque suspensæ. Pharos uocat Coronides illas, in quibus lucernarum ambitus ab imo usque ad fastigium sic sunt dispositi, ut continuo superiores angustiores inferioribus Pyramidis seu turris formam ostendant, quales suspenduntur ex laquearibus sacrarum ædium, seu quales succenduntur in sacris funebribus: probat autem ex uidentis ratione, quod magnitudinum, quæ æque sublimes sunt, hæc quæ propiores sunt fastigio, appareant altiores. Veluti in ædificiorum contignationibus, quæ pars remotior est ab aspectu humilior ea esse uidetur, quæ propior, sublimior: quemadmodum Euclides quoque docet in opticis. Sit uerbi gratia in subiecto schemate oculus B, sub ipso FD. plano positus, à quo exeuntes radij, unus quidem BD, alter BC, tertius BF, humillima omnium, quæ ex puncto B, ad ipsum planum emittit scilicet DE, est linea BF, atque etiam linea BC, humilior est linea, BD, linea enim D C, spectatur per geminos radios qui sunt BD, & BC, atque ipsum CF, spectatur per radios B C, & BF, quæque D C, necesse est humilior spectari quam C F.

De magnitudine, uel defectu solis, siue lunæ, Plinius secundus in opere pulcherrimo naturalis historie ita describit: Manifestum est solem interuentu lunæ occultari, lunamque terræ obiectu, ac uices reddi, eisdem solis radios luna interpositu suo auferente terræ, terræque lunæ. Hac subeunte repentinis obduci tenebras, rursumque illius umbra sidus hebetari. Neque enim aliud esse noctem, quam terræ umbram. Stant autem, atque non menstrui sunt utriusque defectus, propter obliquitatem signiferi, lunæque multiuagos, ut dictum est, flexus, non semper in scrupulis partium congruente siderum motu. Hæc ratio mortales animos subducit in cœlum, ac uelut inde contemplatibus, trium maximarum rerum naturæ partium magnitudinem detegit: non posset quippe totus sol adimi terris intercedente luna, si terra maior esset quam luna. Certior ex utroque uastitas solis aperitur, ut non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis, atque coniectura animi scrutari immensum esse, qui arborum in limitibus porrectarum in quotlibet passuum milia umbras paribus faciat interuallis, tanquam toto spacio medius. Et paulo post: Certum est, inquit, solis defectum, non nisi nouissima, primaue fieri luna, quod uocant coitum, lunæ autem non nisi plena semperque citrà quam proxime fuerit: omnibus autem annis fieri utriusque sideris defectus, statutis diebus horisque sub terra: nec tamen cum superne fiant ubique cerni, aliquando propter nebulam, sæpius globo terræ obstante conuexitatibus mundi intra ducentos annos Hipparchi sagacitate compertum est. Sed ne gentilis tantum uiri dictis uideamur consummare capitulum, etiam ecclesiæ doctores quid de hoc senserint queramus. Beatus Hieronymus interpretans euan-gelij sententiam, qua dictum est in Domini passione tenebras factas super terram: Qui scripserrunt, inquit, contra euangelia, suspicantur deliquium solis, quod ueris ætatisque temporibus accidere solet, discipulos Christi ob imperitiam super resurrectione Domini interpretatos, cum defectus solis nunquam nisi ortu lunæ fieri soleat: nulli autem dubium est, paschæ tempore lunam fuisse plenissimam.

GLOSSAE IN CAP. XXV. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Bredfero Ramensensi.

Solem interuentu lunæ, lunamque terræ obiectu nobis perhibent occultari, sed solis defectum non nisi nouissima primaue fieri luna, quod uocant coitum: luna autem non nisi plena. Non posse uero totum solem adimi terris intercedente luna, si terra maior esset quam luna. Omnibus autem annis fieri utriusque sideris defectus, statutis diebus horisque sub terra. Nec tamen cum superne fiant, ubique cerni: aliquando propter nebula, sæpius globo terræ obstante conuexitatibus mundi. Et luna defectum aliquando quinto mense à priori, solis uero septimo. Eundem bis in triginta diebus super terras occultari, sed ab alijs hoc cerni, quondam in quindecim diebus utrunque sidus defecisse semel. Tam mira ratione lunam in occasu defecisse, utroque super terras conspicuo sidere: sed ne singulis mensibus eclipssis fieret, latitudo signiferi lunam superius inferius ue transmittit.

Solem interuentu lunæ. Quando in media signiferi linea, per quam sol semper currit, corpus lunæ inter solem & terram positum fuerit, tunc lumen solis auferitur à terris. Non enim potest per corpus lunæ uenire ad eos, qui tunc sub luna sunt, & hoc est solis eclipssis. Sin autem circa illam lineam mediam aut hinc aut inde: transitum fecerit, lumen à sole accipiens defectum solis non facit: non enim inter solem & terram positam tunc, sed ex latere solis esse manifestum est. Interuentu lunæ, id est, interpositione, non tamen ut perdat lumen suum sicut luna, lunamque, id est, luna opposita inter solem & terram, terræ obiectu, id est, obiectione terræ inter solem & lunam. Sol enim fit tunc sub terra, luna uero supra, uel terræ obiectu, id est, umbra terræ altiora luna petente post solis occasum. Nam sol umbram terræ in suam lineam mittit. Nobis, id est, ab hominibus perhibent occultari. Deficere sol ab usu dei dicitur, quia nullum detrimentum patitur: luna autem uerisimili ratione deficit, quia auferitur per omnia ab ea lumen, non tamen nisi cum plena fuerit. Sed, scilicet perhibent solis defectum. Nouissima, id est, trigesima, uel uigesima nona, uel prima. Et hoc non omnibus agit mensibus, sed quando totum sui. Luna autem, scilicet coitum, id est, defectum dicunt, non fieri nisi plena, id est, nisi plenilunio. Non posse, scilicet perhibent adimi, id est, subtrahi, uel abscondi terris, scilicet ab intercedente luna, id est, interueniente, id est, dum interponitur luna. Si terra maior esset quam luna. Sed luna maior est quam terra, ideo potest abscondere lumen solis, ut non uideatur in terra. Martianus luna terram esse maiorem incertis sic approbat argumentis: luna namque, deficiente in australibus mundi partibus, id est, in Aegypto & Aethiopia, umbra eius non amplius quam quatuor obscurat climata, id est, primum clima diameroes, secundum diasenes, tertium dialexandrias, quartum diarrhodu. Sed Ptolemei regis geometræ decimam octauam partem totius terræ reni ambitus in his quatuor climatibus contineri confirmant: sed quia illa umbra minor sit lunari corpore sub triplo (luna enim umbram suam triplo superat, ut nouenarius ternarius) sequitur ut quia lunaris umbra decimam octauam partem totius terræ tenuit, ipsa luna cuius umbra est, sextam eiusdem terræ tenere necesse sit. Terra igitur sexies maior est ipsa luna, umbram autem eius lunam terræ decies & octies superare manifestum est. Hinc est quod umbra lunæ decima & octaua pars fit totius terræ: ipsa uero luna sextata terræ pars est. Fieri perhibent utriusque sideris, scilicet solis & lunæ defectus. Statutis, id est, prædictis diebus & horis sub terra, non sursum, sed subter. Nec tamen ubique, id est, ex omnibus terræ partibus cerni, scilicet possunt uel perhibent, cum superne fiant, scilicet illi defectus. Superne aduerbialiter, id est sursum, id est supra terram: quia aliquando fiunt sub terra. Propter nebula, scilicet, non possunt cerni: quia quando tegitur nubibus, & si fiat ipse defectus, non uidetur à nobis. De luna, sed non de sole dicit. Globo terræ sepius obstante, scilicet perhibent non ubique cerni. Conuexitatibus, id est, obliquitatibus: & est datiuus casus, quia obsto tibi dicimus: & luna defectum, scilicet perhibent aliquando, scilicet fieri. A priore, id est, à Martio, uel ab illo in quo fuerit defectus. Solis uero, scilicet defectum, septimo, scilicet mense à priori, id est, Septembri. Eundem, scilicet solis & lunæ defectum, bis in triginta diebus super terram.

per terras occultari, scilicet perhibent, id est, defecisse. Non est hoc mirum. Deficit enim sol in nouilunio, id est, in prima luna, et luna in plenilunio. Potest ergo defectus utriusque intra XXV. dies euenire. Semel, scilicet perhibent lunam in occasu defecisse, utroque fide re super terras, sole uidelicet in occidente iam postea, sed adhuc conspicuo: luna uero in orientali parte constituta. Latitudo signiferi circuli duodecim partes, id est, duodecim uias habet, quas luna singulis mensibus perlustrat. Quantum enim spatium graditur sol per duodecim dies in longitudine signiferi, tantum spatium habet latitudo eiusdem signiferi. Luna enim non potest pati defectum, nisi in ea linea fuerit superius, in qua sol inferius: unde fit ut diuersæ lineæ latitudinis signiferi circuli, per quas luna egreditur, succurrant ei, ne patiatur defectum, etiam et diuersa altitudo absidarum succurrit ei in hoc. Aliquando enim procul est à terris, aliquando prope. Et quando prope, si in una linea fuerint, tunc patitur defectum: et quando in illis signis sit, quæ nobis altius super terram, id est, quæ sunt altius supra uerticem, non patitur defectum: quando uero in illis quæ sunt nobis prope terræ, id est, quæ sunt nobis australia, tunc patitur. Lunam superius inferius ue transmittit, id est, transfert. Si enim luna mediam signiferi lineam semper teneret sicut sol, necesse esset in omni plenilunio eclipsem pati: sed quia sol mediam semper lineam sequitur, luna uero per totam latitudinem signiferi uagatur, non in omni plenilunio eclipsem pati necesse est. Potest enim superius uel inferius sole iter suum agere, ac per hoc latitudinis signiferi liberatur, ne defectum patiatur. Cum igitur sol superius et luna inferius in unam lineam conueniunt, superior pars lunæ clara est, inferior uero quam habet ad terras, interim obscura fit. Sciendum denique, quia deliquium solis tunc naturale est, quando luna prima uel XXX. fit: quia uidelicet tunc lunare corpus opponitur solari, et solem obscurum reddit. Si autem alio tempore eclipsis prouenit solis, non est naturale, sed signum est alicuius rei: sicut in passione Domini, quando luna non prima neque XXX. fuit, sed XXV. extitit. Et ne ipsa solis obscuritas repentina et subita diceretur, non solum una hora, sed etiam tribus horis protelata est, id est à sexta hora usque ad horam nonam. Credendum uero est, quod sicut tunc sol super terras obscuritatem passus est, ita etiam luna sub terris radios lucis suæ abstraxit, impleta prophetia Iohannis dicentis: Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem. Subtraxit autem sol radios suos, ne uel morientem dominum suum in cruce uideret: siue etiam ut Iudei ministri iniquitatis, lumine illius non fruere tur. Lunæ uero defectus naturaliter fit, quando est XIII. uel XV. quia tunc incidere in umbram terræ solet, et obscurari: si uero eueniet eclipsis illius, quando nona uel octaua, siue alia quælibet, iam signum aliquod præterdit. Solis ignem dicunt aqua nutrir, uultuque hunc luna amplior, lunam uero terra esse maiorem: unde et cunctis unius magnitudinis apparet. Quod enim nobis quasi cubitalis uidetur, nimis celestium distantia facit. Alioquin maior Indis oriens, et Britannis appareret occidens: qui autem natura sit igneus, motu quoque nimio calore adauget. Hic cursu uariante, dies et menses, tempora diuidit et annos, aerisque temperie accedendo uel recedendo, pro temporum ratione dispensat: ne si semper in ipsa moraretur locis, alia calor, alia frigus absumeret.

Solis ignem dicunt poetæ, &c. Corpus solis triplo quantitate lunæ superare dicunt, lunam uero triplo maiorem terra. Vnde à quibusdā queritur, quare terra dicatur obscurare lunam, si triplo maior est, cum in umbram ipsius incidit, uel etiam ad diuexio res partes illius descendit. Quod illaratione contingit, quia affirmatur umbra triplo maior esse suo corpore. Amplior, id est maior, enim circulus solaris duodecies maior est lunari, cum quod illa uno mense, ille XI. currat. Vnius magnitudinis est sol, ut cuncta suo lumine lustret et compleat. Alioquin, scilicet si non esset tanta altitudinis, maior Indis oriens, quia Indi prope illum sunt in ortu, et Britones in occasu. Occidens, scilicet maior. Motu nimio, id est, uolubilitate et cursu citissimo, Calorem adauget, quia omnis motus calorē habet. Hic, scilicet sol cursu uariante in æstiuo tempore longiores, in hyberno breuior, dies et menses et tempora diuidit. Dicunt etiam solem per se moueri, non cum mundo uergeti. Si enim sol in cælo fixus maneret sicut stellas, omnes dies et noctes æquales essent. aerisque temperiem, id est, caloris uel frigoris. Accedendo, scilicet æstate ad septentrionem, uel recedendo, scilicet hyeme à nobis ad austrum. Cum enim sol ad cancrum ab æquinoctiali parte cōscendit, æstatē præstat hominibus, qui sunt inter solstitiale et septentrionale plagam. Cum autem sol ab eodem cancro in æquinoctialem librā descendit, autumnū facit: cum uero ad brumalem recedit, hyemem habetur, propterea quia calore dimoto torpor inuadit. Rursum cum à capricorno hyemali, in æquinoctialem arietem surgit, uernum tempus arripit: pergens ergo hinc denuo in cancrum, æstas torrida renouatur. Dispensat, disponit et ordinat. Moraretur locis. Verbi gratia: si semper sol esset in austro, terra illius calore exuretur, et Scythia frigore fathiseret. Propterea enim Deus soli diuersos cursus constituit, et tempora et loca, ne si semper in his demoraretur locis, quotidia no uapore huius, mundus consumeretur. Alia, scilicet loca frigus absumeret, id est, consumeret. De quantitate solis et lunæ beatus Ambrosius in libro hexameron ita testatur: Solis radios nulli propinquior, nulli longinquior est, similiter et lunæ globus æqualis est omnibus. Similis est sol et Indis et Britannis, eodem momento ab utroque uidetur cum oritur: nec cum uerget in occasum, minor apparet orientalibus, nec occidentalibus inferior quam orientalibus existimatur. Quantum distat, inquit, oriens ab occasu, tantum hæc sibi inuicem distat: sed sol à nullo distat, nulli præsentior, nullique remotior est. Neque moueat quenquam, quod tanquam cubitalis in orbe suo uidetur cum oritur: sed considerare oportet quantum inter sit spatium inter solem et terram, quod aspectus nostri infirmitas, et quedam ægritudo uix ualet intendere. Hunc autem amplio rem aliquot partibus, quæ terram sapientes esse describunt. Lunam autem minorem esse dicunt antiqui quam solem. Omnia enim quæ nobis proxima sunt, maiora uidentur: longinquitate autem locorum, uisus languescit. Lunam igitur uidemus prope esse nobis, nec eam maiorem aspectui nostro quam solem. Ideoque cum sol superior sit à luna, et tamen à nobis maior uidetur, iam si prope nos accesserit, multo maiorem futurum. Item Ambrosius: Quid est sol? Oculus mundi, locunditas diei, cæli pulchritudo, nature gratia, præstantia creature. Sed quando hunc uidet, auctorem eius considera: quando hunc miraris, lauda ipsius creatorem. Si tam gratus est sol consors et particeps creature, quam bonus est sol ille iustitiae? Si tam uelox iste, ut rapidis cursibus in die et nocte lustret omnia: quantum ille qui ubique semper est, et maiestate sua complet omnia? Si admirabilis est, qui iubetur exire: quam supra admirationem, qui dicit soli, et non exoritur ut legimus? Sol autem dicitur eo quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus. Luna dicta quasi lucina, ablata media syllaba, de qua Virgilius: Casta faue Lucina. Sumpsit autem nomen per derivationem à solis luce, eo quod ab eo lumen accipiat, acceptumque reddat. Et quid est sol? Splendor cæli, honor diei, et distributor horarum. Et quid luna? Claritas noctis. Item Ambrosius: Ignis est enim sol. Ignis autem et illuminat et exurit. Quidam autem dicunt solis ignem aqua nutrir, et ex contrario elemento, uirtutem luminis et uaporis accipere. Vnde frequenter solem uidemus madidum atque uorantem: in quo euidens datur indicium, quod elementum aquarum ad temperiem sui sumpsit. Ex ipso sunt enim horæ, ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit, ex ipso menses et anni numerantur, ex ipso uicissitudines temporum fiunt. et cum sit ipse minister bonus gratus ad uicissitudines temporum moderandas, tamen ubi secundum uoluntatem Dei nostri correctio mortalibus datur, incandescit acrius, et urit mundum uehementioribus flammis, et perturbatur aer, et plaga hominum,

hominum et corruptio terris indicitur, et lues animantibus et pestilens per omnia mortalibus annis indicitur. Hæc quantum ad naturam eius pertinet. At uero iuxta spirituale intelligentiam, sol Christus est, sicut et in Malachia scribitur: Vobis autem qui creditis, orietur sol iustitiae, et sanitas in pennis eius. Meritum autem Christus sol intelligitur dictus, quia ortus occidit secundum carnem, et secundum spiritum de occasu rursus exortus est. Item sol illuminat et exurit, et opaco tempore consuet sanos, febricitantes uero flagrantia geminati caloris incendit, ita et Christus credentes fide spiritu uegetante illuminat, et negantes se æterni ignis ardore torrebit. Haimo: Non enim sine causa Christus soli comparatur. Sol quippe habet ortum et occasum. Vnde Salomon: Orietur sol, et occidit, et ad locum suum reuertitur: ubique renascens gyrat per meridiem, et flestitur ad aquilonem. Sol enim ortus est, quando Christus natus est. Venit ad occasum, quando pro nobis mortuus est. Sicque redijt ad ortum, quia eius humanitas ex passione mortis, ad gloriam resurrectionis redijt probatur. Ibique renascens gyrat per meridiem, quia resurgens à mortuis, calore fidei et spiritus sancti corda discipulorum illustrauit. Uere enim illi merides uocantur, in quibus sol iustitiae, amplio rem spiritus calorem sudit. Per meridiem quoque gyrans ad aquilonem flestitur, quia ad colligendam gentilitatem apostolorum prædicatione perducitur: in qua frigidus ille uentus dominabatur, qui in superbiam elatus prius dixisset perhibetur. Ponam sedem meam ad aquilonem. Quodque subditur, Lustrans uniuersa pergit spiritus: ad hoc pertinet, quia totus mundus prædicatione plenus esse ostenditur. Vnde est, Vox tonitruui tui in rota, illuxerunt coruscationes tue, &c. Et ad circulos suos reuertitur, quia post aggregationem gentium, illuminabitur etiam multitudo Iudeorum: et cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.

Solem sapientes dicunt altius currere, lunam autem proximam esse terræ. Hæc ergo dum deorsum ad idem signum uel lineam, qua sol uoluit peruenire, obijcit se soli, et tenebras totius orbis efficit, quod tamen in mense contingit. Nam tunc linea in eadem parte signi est, qua sol utitur, ideoque fit illi proxima, et oppositione sui obscurari ab oculis nostris lumen eius uidetur: ueluti si aliquid oculis manum expansam opponat, quanto magis id fecerit, eo minus ille uidere poterit: quanto autem procul discesserit, eo magis illi omnia poterint apparere. Similitateque ratione cum ad solis locum uel lineam luna peruenierit, tunc proxima eius uidetur esse, et radius eius ita coram oculis nostris obdurare, ut lumen non possit eicere. Cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen iacit, et ad oculos nostros transfinit. Quapropter ita soli obijcitur luna, sicut luna opponitur terra, quæ utraq; lumina cum ad terras non perueniunt, defecisse dicuntur: ceterum doctores nostri, mystice huius eclipsis mysterium in Christo dixerunt esse completum. Tunc enim interruptio æterni fœderis cursu in soluto turbata ordine suo elementa perdidit, cum sacrilegum factum conuersionis sol ille uerus horrescens, infertis in populo Iudaico eorum tenebris paululum semetipsum per mortem abscondit, ac de cruce positus, sese in sepulchro abditus obscurauit, donec tertio die augustior solito huic mundo idem gentibus claritatis suæ potentiam præstaret, ac sicut sol in uirtute sua resurgens, tenebras perdit seculi illuminaret. Huius eclipsis ratio diu obscura fuit, sed à Mileto quodam philosopho exposta est. Mileto, ciuitas est uel insula, de qua fuit Miletus.

Non deficit luna, sed obumbratur: nec diminutionem sentit corporis, sed obiectu obumbrantis terræ, casum patitur luminis. Patitur autem hoc circa plenilunium, id est uel decima quarta, uel decima quinta, uel decima sexta luna. Constat ergo solis radijs lumen accipere, et dum obiectu terræ solem non aspererit, tunc lumen amittere. Figuratur autem per lunæ defectum ecclesiæ percussiones intelliguntur, quando martyrum cadibus et effusione sanguinis, tanquam illo defectu et obscuritate quasi cruentam faciem luna uidetur ostendere, ut à nomine Christiano non terreamur infirmi. Sed sicut ista post defectum perficia illustratione clarescit, adeo ut nihil detrimenti sensisse uideatur: ita ecclesia postquam per martyrum confessionem suam pro Christo sanguinem fuderit, maiore fidei claritate resulget, atque insigniore lumine decorata, semetipsum latius in toto orbe diffundit.

De magnitudine uel defectu solis et lunæ, plinius secundus in opere pulcherrimo Naturalis historia, ita descripsit: Manifestum est solem interuentu lunæ occultari, lunamque terræ obiectu ac uices reddi, eosdem solis radios luna interpositu suo auferente, terramque lunæ hac subeunte repentinam obduci tenebras, rursumque illius umbra sidus hebetari. Neque aliud esse noctem, quam terræ umbram statui autem atque non mensuri sunt utriusque defectus, propter obliquitatem signiferi, lunæque multiuagos, ut dictum est, fœtus, non semper in scrupulis partium congruente motu. In scrupulis, id est, in momentis partium, hoc est dierum. In scrupulis, hoc est in positionibus ipsius, uel lineis. Partium, locorum. Non congruente siderum motu, per ipsas lineas, per eandem horam, per eandem dies, per eandem appellationem anni, et mensis et hebdomade. In quolibet passuum milia umbras paribus iaciat interuallis, tanquam toto spacio medius. Interuallis, hoc est, quia cum arbores unius magnitudinis, quotlibet milibus stadiorum à sese distantes, eandem quantitatis habeant umbras, manifestum est solem omnibus medium esse. Non enim omnibus eadem essent umbræ, nisi utrisque que esset sol medius: non posset quippe totus sol adimi terris intercedente luna, si terra maior esset quam luna. Hipparchus in eo opere quod scribitur de secessibus atque interuallis solis et lunæ, docet magnitudinem solis mille octingentis et octuaginta partibus potiore esse quam terram: terram demum uiginti septem partibus potiore esse quam luna sit.

Martianus dicit lunam minorem esse quam terram, ut iam in præfati capitulo superius scriptum est: alius e contra dicit lunam esse maiorem quam terram. Si quis uero hanc diffensionem diligenter uult discutere, ponat circulum in medio terræ, et in circuitu eius ex omni parte usque ad finem, ac deinde in luna simili modo faciat: et statim cum sic fecerit, ex mensura circini, quis horum uerius dicat, agnouerit. Certum est, inquit, solis defectum non nisi nouissima prima ue fieri luna, quod uocant coitum: lunæ autem, non nisi plena semperque citra quam proximè fuerit. Omnibus autem annis fieri utriusque sideris defectus, statuta diebus horisque sub terra: nec tamen cum superne fiunt, ubique cerni: aliquando propter nebulas, sæpius globo terræ obstante, cōuexationibus mundi, intra ducentos annos Hipparchi sagacitate compertum est. Defectus utriusque, solis scilicet et lunæ, primo Romani generis in uulgo extulit Sulpitius Gallus, qui consul cum Macello fuit. Apud Græcos autem inuestigauit primus omnium Hipparchus. Nec mirandum est, si in alijs nationibus hunc defectum alij compererunt, sic fecit supradictus Miletus.

Beatus Hieronymus interpretans Euangelij sententiam, in qua dictum est in Domini passione tenebras factas, sic dicit sanctus Hieronymus, ubi istum uersum exponit: A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam. Qui scripserunt contra Euangelia, suspicantur deliquium solis, quod certis statutisque temporibus accidere solet, discipulos Christi ob imperitiam super resurrectionem Domini interpretatos, cum defectus solis nunquam nisi ortu lunæ fieri soleat. Nulli autem dubium est, pasche tempore lunam fuisse plenissimam. Et ne forte uideretur umbra terræ, uel orbis lunæ soli oppositus, breues et ferrugineas fecisse tenebras: trium horarum spatium ponitur, ut omnis causantium occasio tolleretur. Et factum reor, ut comple-

tur propheta dicens: Occumbet sol meridie, & contenebrabitur super terram in die lux. Et alio loco: Occubuit sol, cum adhuc media esset dies. Videturque mihi clarissimum lumen mundi, hoc est luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendente uideret Dominum, aut impios blasphemantes sua luce tueretur. Macrobius in prima libri sui parte ita commemorat.

Physici hoc maxime consequi in omni circa magnitudinem solis inquisitione uoluerunt, quanto maior possit esse quam terra. Et Eratosthenes in libris Dimensionum sic ait: Mensura terræ septies & uicies multiplicata, mensuram solis efficiet. Posidonius multo multoque sepius, & uterque lunaris defectus argumentum pro se aduocat. Ita cum solem uolunt terra maiorem probare, testimonio lune deficientis utuntur: cum defectum lune conantur asserere, probationem de solis magnitudine mutantur. Et sic euenit, ut dum utrumque de altero astruitur, neutrum probabiliter astruatur, semper in medio uicissim uolante mutuo testimonio. Quid enim per rem adhuc probandam probetur? Sed Aegyptij nihil ad coniecturam loquentes, sequestrato ac libero argumento, nec in patrocinium sibi lune defectum uocante, quanta mensura sol terra maior sit, probare uoluerunt, ut tum demum per magnitudinem eius ostenderent, cur luna deficiat.

Hoc autem nequaquam dubitabatur non posse aliter deprehendi, nisi mensura & terræ & solis inuenta, ut fieret ex collatione discretio, & terrena quidem dimensio oculis rationem iuuantibus de facili constabat. Solis uero mensuram, aliter nisi per mensuram cæli, per quod discurret, inuenire non posse uiderunt. Ergo primum metiendum sibi cælum, illud iter solis constituerunt, ut per eum possent modum solis agnoscere: sed quæso si qui unquam tam ociosus, tamque ab omni erit serio [Series seriei, est ordo temporum uel alicuius rei. Serie uero sunt omnia, in quibus multum temporibus multis seruabant antiqui. Vnde Terentius: Repleui omnia dolia, omnes serias. Hoc serium, & hæc seria, est honestas, uel res familiaris: siue cauta & utilis. Vnde Prudentius: Seria ludicra, uerba iocos.] feriat, ut hæc quoque in manus sumat, ne talem ueterum promissionem quasi insanie proximam aut horrefcat aut irideat? Etenim ad rem quæ natura incomprehensibilis uidebatur, uiam sibi fecit ingenium, & per terram qui cæli modus sit, repererunt. Ut autem liquere possit ratio commenti, prius regulariter pauca dicenda sunt, ut sit rerum sequentium aditus instructior. In omni orbe uel sphaera, medietas centrum uocatur, nihilque aliud est centrum, nisi punctum quo sphaerae aut orbis medium certissima obseruatione distinguitur.

Item ducta linea de quocunque loco circuli, qui designat ambitum in quacunque eiusdem circuli summitate, orbis partem aliquam diuidat necesse est: sed non omnimodo medietas est orbis, quam separat ista diuisio. Illa enim tantum linea in partes æquales orbem medium diuidit, quæ à summo in summum ita ducitur, ut necesse sit eam transire per centrum. Et hæc linea quæ orbem sic æqualiter diuidit, diametros nuncupatur. Item omnis diametros cuiuscunque orbis triplicata, cum adiectione septime partis suæ, mensuram facit circuli quo orbis includitur, id est, si uncias septem teneat, triplicabis septies, & faciunt uiginti unum. His adiectione septimam partem, hoc est unum, & pronuncabis in uiginti & duabus uncias huius circuli esse mensuram, cuius diametros septem uncias extenditur. Hæc omnia geometricis euidentiis, rationibus probare possemus, nisi & neminem de ipsis dubitare arbitramur, & caueremus iusto prolixius uolumen extendere.

Sciendum & hoc, quod umbra terræ quam sol post occasum in inferiori hæmisphaerio currens sursum cogit emitti, ex qua super terram fit obscuritas, quæ nox uocatur, sexages in altum multiplicatur ab ea mensura quam terræ diametros habet. Et hac longitudine ad ipsum circulum, per quem sol currit erecta, exclusione luminis tenebras in terram refundit. Prodendum est igitur quanta diametros terræ sit, ut consuet quid possit sexages multiplicata colligere. Vnde his prælibatis, ad tractatum quas promisit oratio, reuertatur.

Euidentiis & indubitabilibus dimensionibus constitit uniuersæ terræ ambitum, quæ ubicunque uel inhabitabilis iacet, habere stadiorum milia ducenta quinquaginta duo. Cum ergo tantum ambitum teneat, sine dubio LXXX stadiorum, uel non multo amplius diametros habet, secundum triplicationem cum septimæ partis adiectione, quam superius de diametro & circulo regulariter diximus: & quia ad efficiendam terræ umbræ longitudinem, non ambitum terræ, sed diametri mensuram multiplicanda est. Ipsa enim est, quam sursum excrescere sexages multiplicanda tibi erunt LXXX, quæ terræ diametros habet: quæ faciunt quadrages octies centena milia stadiorum esse à terra usque ad solis cursum, quo umbram terræ diximus peruenire. Terra autem in medio cælestis circuli, per quem sol currit, ut centrum locata est. Ergo mensura terræ umbræ medietatem diametri cælestis efficiet. Et si ab altera quoque parte terræ par usque ad eundem circulum mensura tendatur, integra circuli per quem sol currit, diametros inuenitur.

Duplicatis igitur illis quadrages octies centenis milibus, erit integra diametros cælestis circuli, nonages sexies centenis milibus stadiorum. Et inuenta diametros, facile mensuram nobis ipsius quoque ambitus prodit. Hanc enim summam quæ diametrum fecit, debes ter multiplicare, adiecta parte septima, ut sepe iam dictum est & ita inuenies totius circuli per quem sol currit ambitum, habere stadiorum trecentis centena milia, & insuper CLXX. His dictis quibus mensura, quam terræ, uel ambitus uel diametros habet: sed & circuli modus, per quem sol currit, uel diametri eius ostenditur: nunc quam solis esse mensuram, uel quemadmodum illi prudentissimi deprehenderint, indicemus. Nam sicut ex terræ umbra potuit circuli, per quem sol meat deprehendi magnitudo: ita per ipsum circulum mensura solis inuenta est, in hunc modum procedenti inquisitionis ingenio.

Æquinoctiali die ante solis ortum æqualiter locatum est saxeum uas, in hæmisphaerii speciem cauta ambitione curuatum, infra per lineas designato duodecimo horarum diei numero, quas styli prominentis umbra cum transitu solis prætereundo distinguit. Hoc est autem (ut scimus) huiusmodi uasis officium, ut tanto tempore à priorie eius extremitate ad alteram usque styli umbram percurrat, quanto sol medietatem cæli ab ortu in occasum, unius scilicet hæmisphaerii conuersione metitur. Nam totius cæli integræ conuersione diem noctemque concludit. Et ideo constat, quantum sol in circulo suo, tantum in hoc uase umbram meare.

Huic igitur æqualiter collocato, circa tempus solis ortui propinquantis in hæsit diligens obseruantis obtutus. Et cum ad primum solis radium, quem de se emisit, prima summitas orbis emergens umbra de styli decidens summitate, primam curui labri eminentiam contigit, locus ipse qui umbræ primitias excepit, notæ impressione signatus est: obseruatumque quamdiu super terram, ita solis orbis integer appareret, ut ima eius summitas adhuc orizoni uideretur insidere. & mox locus, ad quem umbra tunc in uase migrauerat, annotatus est. A dimensione itaque inter ambas umbrarum notas, quæ integrum solis orbem, id est, diametrum notæ de duabus eius summitatibus metiuntur, pars nona reperta est eius spaci, quod à summo uasis labro, usque ad horæ primæ lineam continetur.

continetur. Et ex hoc constat, quod in cursu solis unam temporis æquinoctialis horam faciat repetitus nouies orbis eius accessus.

Et quia conuersio cælestis hæmisphaerii peractis horis duodecim, diem condit, nouies autem duodeni, efficiunt centum & octo, sine dubio solis diametros centesima octaua pars hæmisphaerii æquinoctialis est. Ergo totius æquinoctialis circuli ducentesima sextadecima pars est. Ipsum autem circulum habere stadiorum trecentis centena milia, & insuper CLXX. antè latè probatum est. Ergo si eius summæ ducentesimam decimam sextam cõsideraueris partem, mensuram diametri solis inuenies. Est autem pars ipsa ferè in CXL. milibus. Diametrum igitur solis CXL. ferè milium stadiorum esse dicenda est. unde penè duplex quam terræ diametros inuenitur. Constat autem geometricæ rationis examine, cum de duobus orbibus altera diametros duplo alteram uincit, illum orbem cuius diametros dupla est, orbe altero octies esse maiorem. Ergo ex his dicendum est, solem octies terra esse maiorem. Hæc de solis magnitudine breuiter de multis excerpta libauimus.

SCHOLIA IN CAP. XXV. BEDÆ PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Ioanne Nouiomago.

De magnitudine uel defectu solis.] Quoniam huius capituli omnia ferè desumpta sunt ex libro secundo Plinij historie naturalis, capite X. & XI. explicare hæc, puto non magis ad Bedam pertinere quam ad Plinium: ob id si Dominus uitam dederit, aliàs per commodiorem occasionem hæc tractabimus exactius.

Non posset quippe totus sol.] Si hæc germana lectio est apud Plinium, quemadmodum codices passim habent, est in magno errore (à quo tamen alij cum defendunt) quod terram luna minorem esse crediderit. Quod si pro conditionali particula sit, nisi legas, uerum habebit, sed aptè proposito: proinde si mutare aliquid nobis concesserimus, uide sic ne legi possit. Non posset quippe totus orbis luna terris aduini intercedente umbra, si maior esset luna quam terra, sed nihil hic definitio, forte alios sequitur suo iudicio non interposito, quò authori quem ueneratur habeatur maior auctoritas.

Nisi ortu lunæ.] Ortum lunæ, intellige lunæ stentium seu coitum, alioqui sensus non constat.

DE EFFECTIVA LUNAR POTENTIA.  
CAPVT XXVI.

DE effectiua lunæ potentia, beatus antistes Ambrosius in libro quarto Hexameron ita commemorat: Similia de lunæ ratione conueniunt, quæ de conforte eius ac fratre memorauimus: siquidem in idem induit ministerium in quod & frater, ut illuminet tenebras, foueat semina, augeat fructibus. Habet etiam pleraque à fratre distincta, ut quem tota die calor humorem terræ siccauerit, eundem exiguæ noctis tempore ros reponat. Nam & ipsa luna larga roris adferitur. Denique cum serenior nox est, & luna pernox, tunc largior ros fertur arua perfundere, & plerique sub aere quiescentes, quo magis sub lumine fuissent lunæ, eo plus humoris se capite collegisse senserunt. Vnde & in Canticis dicit Christus ad ecclesiam: Quoniam caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctis. Tum deinde minuitur & augetur, ut minor sit cum refurgit noua, & cum sit imminuta cum uoluitur, in quo grande mysterium est. Nam & defectui eius compatiuntur elementa, & processu eius quæ fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebra maritimorum humida: siquidem pleniores ostreae reperiri ferantur, multaque alia, cum globus lunaris adolefcit. De arborum quoque internis idem allegant, qui hoc usu proprio compererunt. Hæc beati Ambrosii uerba etiam architectorum omnium ars, & quotidianus usus adfirmat, qui obseruandum præcipue docent, ut à quintadecima luna usque ad uicissimam & secundam arbores præcidantur, ex quibus uel liburnæ texendæ, uel publica quæque sunt opera faciendæ. His enim tantum octo diebus cæsa materies immunis seruat à carie, reliquis autem diebus præcisa, etiam in eodem anno, inter na uermium labe exesa in puluerem uertitur. Qui hoc quoque obseruant, ut post solstitium æstiuum, id est, post mensem Iulium, & Augustum, usque ad Calendas Ianuarias materias cædant. His namque mensibus arefcere humore, sicciora, & ideo fortiora sunt ligna. Sed & lapis Selenites in Perside potentia lunaris effectum mirifice demonstrat, qui lunæ continens imaginem, fulgore cædido niueoque transluet, atque iuxta cursum astri ipsius uel augeri diebus singulis perhibetur, uel minui. His consentanea Bassilius Cæsareæ Cappadociæ reuerendissimus Antistes in sexto Hexameron libro scribit, dicens: Opinor autem quod & animalibus creandis, cæterisque omnibus quæ terra producit, non parua confertur ex lunæ mutatione formatio: modò enim laxiora eorum corpora uidentur & uacua, cum senescit: modò integra & repleta, cum crescit: quoniam humorem quendam cum calore permixtum interius his latenter infundit. Quod ita esse demonstrant hi, qui sub die dormientes lucente luna, postquam surrexerint, inueniunt capita sua largissimo rore madentia. Sed & recentes carnes si sub luna iacuerint, fluida mox putredine corrumpuntur. Idemque significat pecorinum cerebrum, uel etiam uiscera marinorum animalium, quæ sunt humectiora, necnon arborum medulla. Et paulo post: Sed aeris motus ipsidem ipsis commutationibus continetur, sicut lunæ nouitas attestatur, quæ ex longa plerumque serenitate subito nubibus glomerationes & perturbationes exuscitat. Euriporum quoque meatus refluus hoc indicat, uel etiam reciprocatio Syrtium, quæ uicina habentur oceano, quas pro lunæ schematibus concitari loco rem accolæ prodiderunt: euripi etiam in utraque parte soliti sunt propria leniter fluentia conuente re reliquo omni tempore: cum uero luna nascitur, nullo modo possunt quiescere, sed uehementi feruore semper exaltuant, donec luna rursus appareat, sedatione commotis turbinationibus allatura.

GLOSSAE IN CAP. XXVI. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridefero Rameliensi.

De effectiva lunæ potentia beatus anistes Ambrosius in libro quarto Hexameron, ita commemorat: Similia de lunæ ratione cõueniunt, quæ de consortie ac fratre eius memorauimus. Beatus dicitur quasi bene auctus, scilicet ab habendo quod uelit, & nihil patiendo quod nolit. Ille autem uerè beatus, qui & habet omnia, quæ uult bona, & nihil uult mali. ex his enim duobus beatus homo efficitur. Antistes, quasi ante stans, id est ante aram: unde quidam antestis dicere uolunt. Melius tamen dicitur à uerbo antisto anti-stas, quod significat emineo, & superexcello, eo quod uniuersum populum dignitate & honore superemineat. Consortis dicitur sol luna, quia compartuntur totum mundum equaliter.

Quoniam caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctium. Caput Christi Deus est pater, cincinni uerò sunt intima sanctorum cogitationes, quæ non laxæ & dissolutæ fluunt, sed uinculo timoris & amoris Dei colligantur. Ros uerò & gutta noctium, hoc loco tenebras & infidelitate frigiditas mentes significant. Caput ergo sponsi plenum est rore, cum secularis quicquid à Dei charitate torpescunt: & iuxta quod Dominus dicit, Abundante iniquitate refrigescet charitas multorum. Et cum tales sanctos Dei cœlestia meditates persequuntur & odiunt, quasi cincinni sponsi pleni sunt guttis noctium. Nam & defectui eius cõpauuntur elementa, & processu eius quæ fuerint exinanita, cumulantur, ut animantium cerebra maritimorū humida.

Siquidem pleniores ostreae reperiri feruntur, multaq; alia, cum globus lunaris adolefcit. Ostreae sunt pisciculi cochleis circumdati, qui in mari tantum inueniuntur: qui etiam cum crudi ab hominibus comeduntur, sanitatem corporum præstant.

Euriporum quoq; meatus refluus hoc indicat, uel etiam reciprocatio syrtium, quæ uicinæ habentur oceano, quas pro lunæ schematibus concitari locorum accolæ prodiderunt. Syrtis sunt arenosa in mari magno loca, multum terribilia & metuenda, eo quod ad se omnia trahere atq; diripere soleant, & appropinquanti uadoso mari hercant. Hæ autem ad mare Aegyptium uicinae sunt, & pariter admiscuntur. Euripus ductus fontium interpretatur. Euripi sunt meatus aquarum, qui magis ebulliunt & aestuant nascente luna.

SCHOLIA IN CAP. XXVI. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Qui hoc quoq; seruant. Architecti præcipiunt materiam esse cadendam à primo autumno ad id tempus, quod est antequam incipiant flare fauonij. Vide Vitruuium de Architectura, lib. 2. capite nono.

Sed & lapis Selenites. Hic habet nomen à luna, quam Attici σελήνη uocant. Nascitur auctore Plinio in Arabia, cuius uerba adscribam ex fine ultimi libri: Selenites ex candido translucet colore, melleo fulgore, imaginem lunæ continens, redditq; eam in dies singulos crescentis minuentisq; numero, nasciq; putatur in Arabia. Multa quoq; de hac gemma apud Marsilium Vicinū, in libello de Vita cœliius comparanda scripta sunt. Nominat quoq; eiusdem Dioscorides, cap. 65. Item Albertus Magnus libro secundo de Metallis.

Euriporum quoq; meatus. Euripum accipit pro quolibet aestu maris. Euripus peculiare nomen illius nobilissimi aestus, qui est inter Atticam & Eubœam, in quam quidam se præcipitem dedisse Aristotelem scribunt, estq; eius aestus maxime mira natura, ut passim constat apud historicos & physicos.


DE CONCORDIA MARIS ET LVNAE. CAPVT XXVII.

Maxime autem præ omnibus admiranda tanta oceani cum lunæ cursu societas, qui ad omnem eius ortum omnemq; occasum ipse quoq; emisso sui feruoris, quod Græci φέρουα uocant, impetu litora late contegat, eodemq; reuocato detegat, ac dulces fluminum occurfus falsis abun de commisceat simul & accumulæ undis. nec mora prætereunte luna recedens & ipse, natuæ has dulcedini mensuræq; relinquat, tanquam lunæ quibusdam aspirationibus inuitus protrahatur, & iterum eiusdem uic cessante in mensuram propriam refundatur. Sicut enim luna, iuxta quod & supra docuimus, IIII. punctorum spacio quotidie tardius oriri, tardius occidere quam pridie orta est uel occiderat solet, ita etiam maris aestus uterq; siue diurnus sit, siue nocturnus, seu matutinus, siue uespertinus eiusdem pene temporis interuallo tardius quotidie uenire, tardius redire non desinit. Punctus autem quinta pars horæ est, quinque enim puncti horam faciunt. Vnde fit, ut quia luna in duobus suis mensibus, id est, diebus LIX. quinquages & septies terræ orbem circum, aestus oceani per tempus idem geminato hoc numero, id est, CXXIII. uicibus exundet ad superiora, & totæque uicibus suum relabatur in alueum: quia luna in CXXIX. diebus uicies octies terræ ambitum lustrat: & in XII. horis, quæ ad naturalis usq; mensis plenitudinē supersunt, dimidium terræ circum orbem: ut quæ, uerbi gratia, præterito mense super terram meridie, nunc meridie nocte sub terra solem accendenda consequatur, per tantūdem temporis geminatis aestus sui uicibus, quinquages septies.

— Maria alta tumescant, Obicibus ruptis, rursusq; in seipsa residunt.

Quia luna in dimidio mensis spacio, hoc est, xv. noctibus ac diebus quater decies terram circumlabitur, insuper & dimidium terræ semel. Vnde fit ut orientem plena uespere teneat, quæ pridem noua uespere occidentem tenuerat. Mare per id temporis uicies nouies adfluit simul & re-meat:

meat: & sicut luna per dies xv. ut diximus, naturali cursu sui tarditate de occidente in orientem uespertina refunditur: & quæ matutina hodie orientem tenebat, post dies xv. matutina in occidente uidebitur: ita etiam aestus oceani nunc uespertinus post dies xv. fit matutinus; ac contra matutinus, quotidiano detractus impedimento uespertinus adurgit. Et quoniam luna per annum, id est, menses XII suos qui sunt dies CCLIII, duodecim uicibus minus, hoc est, trecenties quadragies & bis terræ ambit orbem, aestus oceani tempore eodem CCLXXXIII, uicibus & ipse terras adluit ac resilit. Imitatur autem lunæ cursum mare non solum communi accessu & recessu, sed etiam quodam sui status profectu defectuq; perenni, ita ut non tardior solum quam pridie, uerum etiam maior minorue quotidie redeat aestus.



Et crescentes quidem Malinas, decrecentes autem placuit appellare Ledones: qui alternante per septenos octonosue dies successu, mensem inter se quæq; quadriformi suæ mutationis uarietate dispersiunt. Sæpe quidem aqua uterq; forte septenis diebus ac dimidio cursum consummantes: sæpe uel uentis impellentibus, aut repellentibus, uel alia qualibet accedente siue naturali uic cogente tardius citiusue uenientes, aut minus ampliusue solito feruentes, ita ut aliquoties ordine turbato Malina plures sibi aestus hoc mense, pauciores uindictet in alio: unde uterq; motus nunc uespertino nasci, nunc matutino consueuit in aestu. Et siquidem aestu uespertino uel nocturno, uel plenilunio instante Malinam nasci cõtingerit, idem aestus quotidie per VII. Malina dies subsequentes fit maior & uiolentior aestu matutino. Similiter matutino si fuerit Malina orta sub aestu, matutinus iam maiori per dies contegit æquore terras. Porro uespertinis finibus quos matutinus aestus cõeperat contētus, ulterius cursum extendere negligit: quàmuis quibusdam in mensibus uterq; aestus in dissimili per omnia clemento proficit. Quanto autem plus aestus maior littora terrasq; contexerit, & fluuios ac freta compleuerit, tanto latius recedens eadem littora maris exhaurire atq; enudare consueuit. Vnde uideat qui potest, an uerum sit quod Philippo teste ferunt quidam atq; confirmant, illam immensam maris oceani effusionem per omnium regionum ac patriarum fluuios ituram, uno puncto temporis fieri. Scimus enim nos qui diuersum Britannici maris litus incolimus, quod ubi hoc æquor aestuare cõperit, ipsa hora aliud incipiat ab aestu deseruere: & hinc uidetur quibusdam, quia recedens aliunde aliorum, unda recurrit, iterumq; relictis quos adierat finibus, priores festina repetat, ideoq; se ad tempus maior Malina his littoribus abiens amplius abducatur, ut alibi adueniens amplius exundare sufficiat: quod ex lunæ cursu potest facillime deprehendi. Verbi gratia: hoc mare, posita circa brumalem solis ortum, uel solstitialem eius occasum luna, cuiuscunq; ætatis, siue super terram, seu sub terra sit, aestum solet atollere: at posita circa brumalem solis occubitum, uel solstitialis eius exortum, reflectere. Porro alijs in partibus ab ea cœli plaga recessum maris luna, qua hic signat accessum: non solum autem, sed & in uno eodemq; littore quo ad Boream mei habitant, multo me citius aestum maris omnem: qui uerò ad austrum, multo serius accipere pariter & refundere solent, seruante quibusq; in regionibus luna semper regulam societatis ad mare quamcunq; semel acceperit. Ergo Malinam quinque


que ferè ante nouam siue plenam lunam diebus. Lædonem. totidem ante diuidam sæpius inci-  
pere comperimus; & circa æquinoctia duo maiores solito æstus adurgere, inanes uero bruma,  
& magis solstitio, semperq; luna in Aquilonia, & à terris longius recedente mitiores, quàm cum  
in Austro digressa proprie nisu uim suã exercet, æstus adfluere naturalis ratio cogit. Per denos  
autem & nouenos annos iuxta lunaris circuli ordinem, etiam maris cursus ad principia motus,  
& paria incrementa recurrit.

GLOSSAE IN CAP. XXVII. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Bridefero Ramesiensi.

Nec mora, pretereunte luna, recedens & ipse nativæ hæc dulcedini mensuræq; relinquat, tanquam lunæ quibusdam aspirationi-  
bus inuitus protrahatur: & iterum eiusdem ui cessante, in mensuram propriam refundatur. Aestus oceanæ lunam sequitur, tanquam  
eius aspiratione retrorsum trahatur, eiusq; impulsu retractio refundatur. Qui quotidie bis affluere & remeare unius semper hora  
dodrante & semuncia transmissa uidetur, eiusq; omnis cursus in Lædonem & malinam, id est, in minores æstus diuiditur & maiores.  
Sed Lædonæ quinta & uigesima luna inchoans, quot horis accurrat, tot & recurrit: malina autem à XXI. & uigesima octaua in-  
cipiens, citior in accessu, sed tardior in recessu. Septem diebus & duodecim horis perseverat, in medio sui semper lunam primam &  
decimam quintam ostendens, & per æquinoctialis solstitia solito ualidius exæstans. Per octonos autem annos, ad principia motus  
& paria incrementa, certissimo lunæ reuocantur ambitu.

Illa semper aquilonia tenente mitiores: quàm cum in austro digressa propiore nisu uim suam  
exercet. Maris enim accessus atq; recessus, malina etiam & lædon naturali consequentia, &c.]  
Hæc igitur glossa iam superius in 15. cap. est scripta, quia hic & ibi satis conuenit.

ITEM DE CONCORDIA MARIS ET LVNAE.



Sicut luna per dies duodecim naturali cursus sui tarditate de occidente in orientem uespertina refunditur, ita etiam æstus oceanæ  
nunc uespertinus per dies quindecim fit matutinus, aut matutinus quotidiano detractus impedimento, uespertinus assurgit. Et  
sicut luna quatuor punctorum spacio quotidie tardius oriri, tardius occidere quàm pridie orta est uel occiderat solet: ita etiam ma-  
ris æstus siue diurnus sit & uespertinus, seu matutinus & uespertinus, eiusdem penè temporis interuallo, tardius quotidie uenire, tar-  
dius redire non desinit. Quæstio, quare luna in quinquaginta nouem diebus, quinquagies nouies non circuit terræ orbem, quæ sic  
soluitur. Duos cursus facit luna: unum cum firmamento, quod uoluitur circa terram in uiginti quatuor horis, alterum contra firm-  
amentum. Firmamentum enim in quinquaginta nouem diebus, quinquagies nouies terræ circuit orbem: luna autem  
quia unum cursum non cessat facere contra firmamentum, necesse est ut in uno suo mense unum, in  
duobus uerò mensibus duos expleat contra firmamentum cursus: unde fit ut in  
duobus suis mensibus à quinquaginta nouem diebus, non am-  
plius quàm quin quies septies terræ  
ambiat orbem.

SCHOLIA

SCHOLIA IN CAP. XXVII. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Maximè autem præ omnibus admiranda natura Oceani.] Sunt & horum pleraque ex Plinij capite 97.  
lib. 2. Distinguit autem Beda æstum maris in duas species, quarum una Malinam uocat à maiore luna, corruptis uocibus: tunc enim  
accidit. aliam Lædonem seu Lædonam (nam utrunq; inuenio apud Bedam) quasi læsam undam. Verùm hæc uocabula alibi non legi.

DE AEQUINOCTIIS ET SOLSTITIIS.  
CAPVT XXVIII.

DE æquinoctijs, quod octauo Calendarum Aprilium, & octauo Calendarum Octobrium: &  
de solstitijs, quod octauo Calendarum Iuliarum, & octauo Calendarum Ianuariarum die sint  
notanda, multorum late & sapientium seculi, & Christianorum sententia claret. Deniq; Plinius  
secundus, idem orator & philosophus, in libro secundo Naturalis historiae: Sol autem, inquit, ipse  
quatuor differentias habet: bis æquata nocte diei, uere & autumno in centrum incidens terræ,  
octauis in partibus Arietis ac Libræ: bis permutatis spacijs in auctum diei bruma octaua in par-  
te Capricorni: noctis uerò solstitio totidem in partibus Cancri. Inæqualitatis causa obliquitas  
Signiferi est, cum pars æqua mundi super subterq; terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta  
in exortu suo confurgunt signa, longiore tractu tenent lucem: quæ uerò obliqua, ocyore transe-  
unt spacio. Sed & Hippocrates apud Antigonem regi scribens, per anni spacium qualiter ad  
præcauendas imbecillitates se obseruare deberet, ita dicit: Itaq; exordij incipiamus à solstitio,  
id est, VIIII. Calendas Ianuarias, ex qua die humor corporibus crescit usq; ad æquinoctium uer-  
num, qui sunt dies XC. Hoc tempus auget hominis phlegma, ex quo frequenter nascitur homi-  
nibus catarrus, & distillatio uuæ, & punctio laterum, caligo, & tinnitus aurium, & odorari nihil  
possunt. Tali igitur tempore utere calidis & laesatis, & optimis cibis piper habentibus & sina-  
pi, raro lana, caput uerò lene intermissione purga: uino indulge, Veneri non parcas dies XLV.  
proxime. Sequentes autem sunt ex supra dicto die usq; ad æquinoctium uernum dies XC. ex su-  
pradicto die VIIII. Calendas Aprilis usq; ad VIII. Idus Maias sunt dies XLV. His diebus augen-  
tur hominibus humores dulces, id est, sanguis. Vtere bene olentibus cibis & acerrimis. Item ex  
die octauo Idus Maias usq; in diem octauum Calendas Iulias XLV. His diebus crescit bilis ama-  
ra, id est, cholera rubea. Vtere cibis dulcibus, uino indulge, Veneri parce, ieiunia minime exe-  
quere. Item incipit tempus æstiuum ex die octauo Calendas Iulias, ipso momento incrementa  
fellis rubei amittuntur, & cholera nigra ad crescit, quod esse constat usq; ad æquinoctium autum-  
ni, id est, usq; ad tempora frigoris. Vtere cibis dulcibus & cunctis, & bene olentibus, & frigidiori  
bus, & qui uentrem molliant per dies XC. Ab æquinoctio autem autumnæ, quod est ex die VIIII.  
Calendarum Octobrium usq; in diem octauum Calendarum Ianuariarum, delinit nigri fellis ama-  
ritudo, & humoris crassitudo augetur. Vtere cibis calidis & acerrimis omnibus, & abstine Vene-  
re, & minus lauabis. Ex die supra scripto usq; in occasum uergiliarum, hoc est, in diem sextum  
Idus Februarias sunt dies XLVI. in occasum Pleiadum. De hac hora hominibus sanguis ad cre-  
scit. Cõuenit ergo comedere latissimos cibos, & indulgere uino & Veneri: dies sunt ij hyberni  
XLVII. Hæc quidem Gentiles, quibus non dissimila de tempore etiam per plures ecclesiæ tradi-  
dere magistri, dicentes: VIIII. Calendas Aprilis in æquinoctio uerno Dominum conceptum &  
passum, eundem in solstitio brumali: VIIII. Calendas Ianuarias natum. Item beatum præcurforẽ  
& baptistam Domini VIIII. Calendas Octobres in æquinoctio autumnali conceptum, & in æsti-  
uo solstitio VIIII. Calendas Iulias natum: addita insuper expositione, quod autorem lucis æternæ  
cum cremento lucis temporariæ concipi simul & nasci deceret. Pœnitentiæ uerò præconem, quæ  
oportebat minui, cum inchoata minoratione lucis generari pariter & concipi. Verum quia sic  
ut in ratione paschali didicimus æquinoctium uernale duodecimo Calendarum Aprilium die  
cunctorum Orientalium sententijs, & maximè Aegyptiorum, quos calculandi esse peritissimos  
constat, specialiter adnotatur: ceteros quoq; tres temporum articulos putamus aliquanto  
priusquam uulgaria scripta continent esse notandos. Vt enim de æquinoctio uerno, quod caput  
esse memoratarum quatuor mutationum annualium mundi origo docet, breuiter loquamur, regu-  
la tenet ecclesiasticæ obseruationis, à Nicæno confirmata Concilio, ut Paschæ dies ab XI. Calen-  
das Aprilis usq; in VIIII. Calendas Maias inquiratur. Item catholice institutionis regula præci-  
pit, ut ante uernalis æquinoctij transgressum Pascha non celebretur. Qui igitur VIIII. Calendarum  
Aprilium die putat æquinoctium, necesse est idem aut ante æquinoctium Pascha celebrari licitum  
dicat. aut ante octauum Calendarum Aprilium diem Pascha celebrari licitum neget. Ipsum quo-  
que Pascha, quod Dominus pridie quàm pateretur, cum discipulis fecit aut IX. Calendarum Ap-  
rilium die non fuisse, aut ante æquinoctium fuisse confirmet: non enim nostrum tantum temporis,  
sed etiam legalis & Mosæica decernit institutio, non ante transcensum huius æquinoctij diem fe-  
sti paschalis esse celebrandum, sicut attestante Anatholio, euidenter docet Philo & Iosephus, sic  
ut eorum antiquiores AGATHOBOLVS, & ab eo eruditus ARISTOBOLVS ex Paneaz  
de, qui unus ex illis LXXX. Senioribus fuit, qui missi fuerunt à Pontificibus ad Ptolemæum regẽ,  
Bedæ tom. 1 Hebræo

Aegyptij ari-  
thmetice perit-  
tissimi.

Hebræorum libros interpretari in Græcum sermonem: quicq̃ multa ex traditionibus Moysi proponenti Regi percunctantiq̃ responderunt. Ipsi ergo cum quæstiones Exodi exponerent, dixerunt Pascha non prius esse immolandum, quam æquinoctium uernale transiret. Vnde nos necesse est ob seruanda in ueritatis regulâ, dicamus aperte, & Pascha ante æquinoctium tenebrasq̃ deuictas non immolandum, & hoc æquinoctium duodecimo Calendarum Aprilium die ueraciter adscribendum, sicut non solum autoritate paterna, sed & horologica consideratione docemur: sed & cætera tria temporum huiusmodi confinia simili ratione aliquot diebus ante octauum Calendarum sequentium esse notanda.

GLOSSAE IN CAP. XXVIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramesiensi.

Solstitia & æquinoctia bina putantur, octauo Calend. Ian. & Iulij, Aprilisq̃ & Octob. VIII. scilicet in partibus capricorni & cancri, arietis & librae. Sed æquinoctialis dies omni mundo equalis est. Vario autem lucis incremento in Meroe longissimus dies duodecim horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligit. Alexandria uero quatuordecim horas, in Italia duodecim, in Britannia septendecim, ubi æstatê lucide noctes, haud dubie testantur, id quod cogit ratio credi, solstitij diebus accedente sole propius uertice mundi angusto lucis ambitu subiecta terræ continuos dies habere senis mensibus noctesq̃, è diuerso, ad brumam remoto: quod fieri in insula Thyle Pythias Massiliensis scribit, sex dierum nauigatione in septentrione à Britannia distante.

De æquinoctijs quod octauo Calend. April. & octauo Calend. Octob. & de solstitijs quod octauo Calend. Iuliarum, & octauo Calend. Ianuariarum die sint notanda, multorum latè & sapientium seculi, & Christianorum sententia claret. Cum igitur sol cursum suum indefinenter peragat, & nunquam se in stabilitate figat, cur solstitium dicitur? Solstitium dicitur solis statio, non quod stetit aliquando sine motu, sed quod terminos altitudinis uel humilitatis ponat, ut altitudinis ad aquilonem in cancro, descensionis ad austrum in capricorno, quos nunquam transcendit Isidorus in libro Etymologiarum sexto. Canon autem Græcè, Latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod rectè ducat, &c.

Non enim nostri tantum temporis, sed etiam legalis & Mosaiica decernit institutio, non ante transcensum huius æquinoctij diem festi paschalis esse celebrandum, sicut attestante Anatholio, euidenter docet Philo & Iosephus. In septimo libro Eusebij Cesariensis Ecclesiasticæ historiae, quam beatus Hieronymus de Græco in latinum transtulit, cap. 28. sic scriptum inuenimus: Multa quoq̃ opuscula Anatholij magnificè composita, ad nos usq̃ uenerunt, ex quibus dignum mihi uidetur de pascha quid senserit, ipsius uerbis proferrè. Est ergo, inquit, in primo anno initium primi mensis Phaminoth XXVI. die secundum Macedones Distri mensis XXII. secundum Romanos uero undecimo Calendar Aprilis. In qua die inuenitur sol non solum conscendisse primam partem, uerum etiam quadram iam in ea die habere, id est in prima ex duodecim partibus. Hæc autem particula à prima ex duodecim uernale est æquinoctium, & ipsa est initium mensium, & caput circuli, & absolutio cursus stellarum: quæ planetae, id est uagæ dicuntur, ac finis duodecimæ particulae, & totius circuli terminus. Et ideo non parum delinquere dicimus eos, qui ante initium hoc noui anni pascha putant esse celebrandum. Sed nec à nobis primis exordium sumit hæc ratio. Antiquissimè fuisse iudeis comprobata demonstratur, & ante aduentum Christi obseruata, sicut euidenter edocet Philo & Iosephus: sed & horum antiquiores Agathobolus, & ab eo eruditus Aristobolus ex Planeada, qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerant à pontificibus ad Ptolomæum regem Hebræorum libros interpretari in Græcum sermonem: quicq̃ multa ex traditionibus Moysi proponenti regi percunctantiq̃ responderunt. Ipsi ergo cum quæstiones Exodi exponerent, dixerunt pascha non prius esse immolandum, quam æquinoctium uernale transiret: Aristobolus uero etiam hoc addit, in die paschæ non solum obseruandum esse, ut sol æquinoctium uernale transcendat, uerum & luna. Cum enim duo sint æquinoctia, inquit, ueris & autumnij æquis spacijs dirempta, & decima quarta luna mensis primi sit statuta solemnitas post uesperam, quando luna soli opposita è regione deprehenditur, sicut etiam oculis probare licet: inuenitur utiq̃ uernalis æquinoctij partem sol obtinens, luna uero è contrario autumnalis. Legi in eorum libris & alia multa de his ualidissimis assertionibus exposita, quæ euidenter ostendunt, paschæ solemnitate omni genere post æquinoctium celebrandum.

SCHOLIA IN CAP. XXVIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

De æquinoctij quod octauo Calendarum Aprilium. ] Hactenus de mensibus & lunæ effectibus circumstantijsq̃ reliquis dictum est, deinceps Beda profectur temporum quæ ex solis cursu colliguntur, quæ primum sunt quatuor illa temporum discrimina, uer, æstas, autumnus & hyems, quæ apud gentes aliquot anni fuerunt: ut enim luna mensum efficit, ita sol annum uerentem cursu suo definit ac præcipuas anni partes. Est autem, ut hoc obiter annotem, uaria horum temporum discretio, ueris inquam, æstatis & reliquorum. Nam uulgus, & medici aliter uer definiunt, ac alio numero dierum, atq̃ Mathematici uel physici. Vulgus mensibus ternis distinguit, ut Martius, Aprilis, Maius, uer constituent, sequentes tres æstatem, & sic reliqui, cum iuxta solis cursum seruis hæc tempora habeant initia quam mensis, nam naturale initium ac uerum est ueris ab ingressu solis in arietis primam partem: æstas à principio cancri usq̃ ad initium librae, & hinc ad primam Capricorni partem autumnus est, postremo hyems est per reliqua signiferi. Harum partium quæq̃ dierum est XCI. & horarum VII. Initia horum temporum & fines, cognosce supra ex tabella de uero motu solis. Alij partes has faciunt inæquales, respicientes solis motum per circulum eccentricum, qui uelocior est per inæquales quadrantes, quemadmodum in scholijs super primum librum docuimus, ut ueriq̃ hac diuisione & ueteres alij, & M. Cato de re rustica, item Varro, ut uidelicet à bruma usq̃ æquinoctium dies sint 94. hinc usq̃ ad solstitium dies totidem & semis, à solstitio usq̃ ad æquinoctium uernum XCII. & semis, deinde ad brumam non amplius LXXXVIII. sole scilicet corrente per angustiorum eccē tri sui quadrantem, ueluti figura docet, quam posuimus libro primo. Eadem diuisione uideo ueteres medicos etiam uti.

Sed & Hippocrates & Antigonon regi scribens. ] Memoria Beda lapsus est, quod hanc epistolam Hippocrati tribuat, cuius nihil putatur extare ad Antigonum, sed tribuunt eam epistolam Paulo Aeginete, quæ est apud eum lib. primo

primo medicine cap. C. Vnde hoc loco uerba subijcere placuit, quæ à Beda incuriose admodum citantur: sunt autem hæc interprete Iohanne Andernaco. Cæterum anni solstitia in quibus hæc solent ingruiere, silentio prætermittenda non sunt, sed quæ in singulis aliamenta conueniant, paucis exequemur, auspiciati ab hyemali.

Solstitium hyemale.

Solstitium itaq̃ hyemale usq̃ ad uernum æquinoctium, auget in hominibus distillationes humiditatesq̃, ac propterea calidioribus uti cibis, pleniori potu ac meriore, atq̃ ex origano bibere oportet, necnon ueneri indulgere. Numerantur dies ad æquinoctium, nonaginta.

Æquinoctium uernum.

Hoc tempore pituita in hominibus crescit, & dulcis sanies sanguinis usq̃ ad uergiliarum ortum, eoq̃ tunc maxime succosa acridaq̃ assumi debent: corpus exerceri, uenus tutissima est. Sunt autem ad usq̃ uergiliarum ortum dies sex & quadraginta.

Vergiliarum exortus.

Hoc tempore bilis atra augetur, amarâq̃ sanies, usq̃ ad æstium solstitium, dulcia tunc quæ aluum moucant, conueniunt, Venus utilis est: hinc ad solstitium æstium dies quinq̃ & quadraginta existunt.

Solstitium æstium.

Hoc anni tempus atram bilem ad usq̃ æquinoctium autumnale promouet, quapropter aqua frigida atq̃ odoratis omnibus utendum est, Venus perniciofa, aut innocentiùs saltem quæ de ea præscripsimus, adhibeto. Porro sunt ad æquinoctium autumnale, dies tres & nonaginta.

Æquinoctium autumnale.

Hæc anni pars pituita copiam generat, tenuesq̃ defluxiones, donec uergiliae occidant. Conuenit enim tunc humores ex capite elicere, atq̃ acerrima, maxime succosa assumere, uomitu non sollicitari, exerceri atq̃ concubitum uitare. Numerantur ad uergiliarum occasum dies sex & quadraginta.

Vergiliarum occasus.

Hoc tempore pituita ad usq̃ brumam in hominibus redundat, quamobrem acerbissima quæq̃ uinum suauissimum, assumere oportet, pinguis uti & exercitari. Sunt autem ad solstitium hyemale dies quinq̃ & quadraginta.

In occasum Pleiadum. ] Pleiades stelle sunt septem super tauri ceruices, at sex tantum uidentur, cuius rei causa ab Arato est reddita in Phenomenis: dicuntur autem græcè à pluralitate pleiades, latine à uere uergiliae, quod tunc exoriantur cum sole, id est, ut astronomi loquuntur & poetæ, occidunt. Fit autem illud quando sol tauro uicinus redditur. Sed plura quæ ad huius capituli apertiore intelligentiam faciunt, require ex scholijs & schematibus libri de natura rerum.

DE DISPARI LONGITVDINE DIERVM ET VARIO STATV VMBRARVM. CAPVT XXIX.

Quidem æquinoctialis dies omni mundo æqualis & una est: uerum solstitialis & cæteri omnes diuersæ longitudinis pro ratione climatum disparium sunt & umbrarum: quod & libri uel Christianorū, uel gentiliū industria editi, & testes idonei, qui de utriusq̃ partibus, & borea libus scilicet & meridianis aduenere, luce clarius pandunt. Deniq̃ beatus Ambrosius in libro quarto Hexameron de temporibus & discursu solis disputans, ait inter cætera: Medio quoq̃ die minor umbra, quam uel in principio est diei, uel sine, & hoc apud nos in parte occidentis. Cæterum sunt qui per duos totius anni dies sine umbra fiunt in partibus meridianis, eod quod sol hæbentes super uerticem suum, undiq̃ per circuitum illuminentur, unde & ἄσκησις dicuntur græcè. Pleriq̃ etiam ferunt sic è regione ex alto ferri solem, ut per angustiam puteorum aquam, quæ in profundo est, uiderint resurgere. Esse autē dicuntur in meridiano, qui ἀμφίσημοι uocantur, eo quod umbram ex utroq̃ latere transmittant. Et paulo post: Sunt enim in hoc quem nos incolimus orbe terrarum, circa meridiem positi, qui in australem plagam uideantur umbram transmittere: hoc autem fieri dicitur summo æstu, cum in Aquilonem sol dirigitur. Cui paria scribit Basilius, & ipse in expositione Geneseos. Sed & Plinius secularibus literis, sed non contemnendis, hæc ipsa latius exequens ita scribit: Vasaq̃ horoscopi non eadem sunt usui in trecentis stadijs, aut ut longissime, in quingentis, mutantibus semet umbris solis: itaq̃ umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore, æquinoctij die, paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest umbræ. In oppido Ancona super est quinta tricesima. In parte Italiae, quæ Venetia appellatur, isdem horis umbra gnomoni par fit. Simili modo tradunt in Syene oppido quod est supra Alexandriam v. milibus stadiorum solstitij die medio nullam umbram iaci, puteumq̃ eius experimenti gratia factum, totum illuminari, ex quo apparet tum solem illi loco supra uerticem esse: quod & in India supra flumē Hypasum fieri tempore eodem Onesicritus scripsit: constatq̃ in Berenice urbe Troglodytarum, unde stadijs IIII. MDCCCXX. in eadem Ptolomaide oppido, quod in margine rubri maris ad primos elephantorum uenatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinque diebus, totidemq̃ postea fieri, & post eos X. dies in meridie umbras iaci. Rursus in Meroe insula, quæ caput gentis Aethiopum, v. milibus stadiorum à Syene, in amne Nilo habitatur, bis anno absumentibus, sole deuicissimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinente. In India gente Oretum, mons est Malæus nomine, iuxta quem umbræ æstate in austrum, hyeme ad septemtrionem iaciuntur, XV. tantum noctibus ibi apparet Septemtrio. In India Patalis celeberrimo portu

tu sol dexter oritur, umbra in meridiem cadunt: Septentrionem ibi Alexandro morante adnota-  
tum, prima tantum parte noctis aspici. Onesicritus dux eius scripsit, quibus in locis India umbra  
non sint, septentrionem non conspici, ex eo loca appellari Afcia, nec horas dinumerari ibi. Et to-  
ta Troglodytice, umbras bis XLV. diebus in anno Eratosthenes in contrarium cadere prodidit.  
Sic fit, ut uario lucis incremento in Meroe longissimus dies XXI. horas æquinoctiales, & VII.  
partes unius horæ colligat. Alexandria uerò XXI. horas: in Italia XV. in Britannia XVII, ubi  
æstate lucidæ noctes haud dubie repromittunt, id quod cogit ratio credi, solstitij diebus acceden-  
te sole propius uerticem mudi, angusto lucis ambitu subiecta terræ continuos dies habere senis  
mensibus, noctesq; e diuerso ad brumam remoto. Quod fieri in Insula Thyle Pythias Massilien-  
sis scribit. VI. dierum navigatione in septentrionem à Britannia distante. Hæc de longitudine dif-  
pari solstitialium dierum Plinius intendo, etiam brumalium dierum quæ sit in partibus longi-  
tudo subintelligendum reliquit. Sed & noctis utroq; tempore quæ sit mensura, æque clarum red-  
didit, quia necesse est cuiuscunq; sint longitudinis dies, simul & nox XXI. horarum spacium  
compleant. Sed notandum quod Thyle aliter scripsit Solinus: Thyle, inquit, ultima, in qua æstiu-  
uo solstitio, sole de cancri sidere faciente transitum, nox nulla: brumali solstitio perinde nullus di-  
es. Quod Plinius quoq; in libro septimo non prætermisit. Ultima, inquit, omnium quæ memo-  
rantur Thyle, in qua solstitio nullas esse noctes indicauimus. Cancrignum sole transeunte, nul-  
losq; contra per brumam dies. Hoc quidam senis mensibus fieri arbitrantur.

GLOSSAE IN CAP. XXIX. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Bredfero Rameiensis.

In parte Italiae quæ Venetia appellatur, ipsæ horis umbra gnomoni par sit. Quanto magis à sole longius discedit, tanto sol  
ipst terræ uiciniore apparet, & umbrae longiores excrescunt. Deniq; in Italia, sicut & antiqui scripserunt, circa diem natalis Domi-  
ni, nouem pedes in umbra stature humane hora sexta metiuntur. Ego autem in Gallia in loco qui Teotonis uilla dicitur, constitu-  
tus, status mei umbram metiens, nouendecim pedes & senis inueni. Sic quoq; contrario modo quanto propinquius meridiem uersus  
ad solem acceditur, tanto semper umbrae breuiiores uidentur, in tantum ut solstitium æstiuale respiciente sole de medio caeli in Aegy-  
pto & Hierosolymis, & in eorum ciuitate constitutis locis nullæ uideantur umbrae. In Arabia uerò hoc ipso tempore sol supra in me-  
dio caeli ad partem aquilonis cernitur, umbraeq; uersa uice contra meridiem uidentur. Rursus in Meroe insula hæc quæ caput gentis  
Aethiopum Afcia ciuitas in anne Nilo habitatur.

Vmblici, quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore æquinoctij, die paulo plus quam dimidia gnomonis  
mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest ab umbra. In oppido Ancona superest quinta trigesima. Simili modo qui-  
dem est super Alexandriam quinq; milibus stadium solstitij die medio nullam umbram iaci, sicut & in India supra flumen Hypasim.  
Quod & apud Troglodytas quadragesimo quinto ante & post solstitium die fieri dicunt, medijs nonaginta diebus in meridiem um-  
bra ista. Sed & in Meroe insula Nili quinq; milibus stadium Afcia, bis in anno absami umbras, sole duodecimam partem tauri, &  
decimam quartam leonis obtinente.

Meroe maxima est omnium insularum, in qua est ciuitas Syenes, habens puteum quem olim philosophi siderunt, uolentes pro-  
bare utrum sol ima illius penetraret: in quem descendentes, uiderunt radios solis ima illius meridiano tempore illustrantes, per quod  
deprehenderunt, ipso tempore super ipsum locum consistere solem, XLV. scilicet die.

BREVIS RECAPITULATIO.


Siquidem æquinoctialis dies omni mundo æqualis & una est, & c. & post pauca: Vasaq; horo-  
scopi non eadem sunt usui in trecentis stadijs, aut ut longissimè in quingentis mutantibus semet  
umbris solis.] Vasa horoscopi, id est machina quedam in uasis ex aquis conchaq; quo certam horam scire possint, id est, simi-  
lia non sunt in unaquaq; regione. Scopon graecè, intentio latinè, horoscopus compositum nomen est ex horologio & scopon. Hora-  
scopum est horologica intentio. Non eadem sunt usui, id est, non æqualia sunt. Eratosthenes geometra subtilissimus per interualla  
locorum, uasa horoscopi posuit, atq; una die in omnibus umbram meridiani temporis obseruare notariq; fecit, quante esset longi-  
tudinis: & sic comperit quòd ultra quingenta stadia, ad unius longitudinis gnomon umbra non respondit. Stadium graeca est mensu-  
ra. Et dicitur stadium à stando, eo quòd ibi Hercules uno anhelitu currens CXXV. passus steterit. Qua mensura graeci metiebantur  
loca, in quibus ludos exercebant, ibiq; ludentes spaciano, & ludicra exercendo deambulabant.

SCHOLIA IN CAP. XXIX. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Ioanne Nouiomago.

Equidem æquinoctialis dies.] Aequinoctialis dies quem sol facit sub æquinoctiali circulo currens, qui ex eo nomen  
habet, quòd noctes diebus æquat: quemadmodum & æquidialis eadem ratione, quòd dies faciat noctibus pares. Quemadmodum &  
apud grecos ἰσημερία & ἰσημερινός dicitur. Dicitur & æquator, propterea quòd hic circulus in sphaera sic ordinatur, ut à  
polis æquidistans, uniuersam diuidat in partes duas æquales. Hic cum medio spacio sit inter septentriones & austros, necesse est om-  
nibus gentibus tantundem lucis fieri, sole existente sub hoc circulo: ut constat ex sphaera conuersionibus apud Euclidem. Cum uerò  
sol est in partibus signiferi, quæ ad austrum uergunt, lux nobis est breuior, longior uerò nox: quemadmodum contrà fit, quando idē  
sidus est in his partibus caeli, quæ citra æquinoctialem, iuxta uerticem nostrum sunt. Ex hac diuersa solis sublimitate, sequitur & um-  
brarum diuersitas. Nam humili sole, quemadmodum fit dum terris uiciniore est prolixæ sunt corporum umbrae, & sublimi breues,  
ueluti


ueluti in meridie: quæ res probationis non eget. Verum sciendum est, scriptores quando de umbrarum ratione loquuntur, semper in-  
telligendas esse umbras meridianas: reliquæ enim negliguntur, nisi umbrarum incrementa tradantur per singulas dici horas, ut fit  
apud scriptores rerum rusticarum. Et nos quoq; in hoc loco tale schema subiiciemus, quod reperimus in exemplari scripto. Verum  
umbrarum ratio, quæ gnomonica dicitur, in cosmographia meridianas umbras intelligit: ut Germania semper habet umbras dex-  
tras, id est, uersus septentriones iacentes. Septentrio namq; apud poetas dextra pars mundi est, uertunt enim faciem ad occasum. At-  
que in ipso meridie sol existens, non semper eandem habet sublimitatem, nam hyberno tempore humilis est etiam in meridie, estate  
uerò sublimis, & singulis diebus aliam habet meridianæ lucis altitudinem, hinc igitur umbrarum uarietas oritur: atqui eruditi ho-  
mines toto anno tres duntaxat umbras obseruant, brumalem, æquinoctialem, & æstiuam, idq; diuersis in regionibus: nam cum die  
quolibet sol meridianus altior sit Romæ, quam eodem die Coloniae, aut in Britannia, efficitur, ut eodem tempore umbra gnomonis,  
id est, magnitudinis, uerbi gratia, decem pedum ad perpendicularum erectæ, breuiores sint umbrae, quam Coloniae: Coloniae breuiores,  
quam in Britannia. Hanc gnomonicam rationem Cosmographi tradunt, ut istinc regionum ad caeli partes possimus stus deprehen-  
dere. Alia est umbrarum ratio per singulos dies & horas, unde in agris homines, tempora & momenta deprehendunt: eam tradunt  
qui scripserunt de re rustica. Subiici schema unde deprehendere facile possis umbrarum rationem. Est autem accommodatum ad situm  
Coloniae Agrippinae.

UMBRAE GNOMONVM, QVALES SVNT  
COLONIAE AGRIPPINAE.



Gnomon est AB, diuisus per pedes LX. sol æstiuus H, umbra à contactu gnomonis æstiuæ BC, pedum XXXI. cum triente. Sol  
æquinoctialis G, umbra gnomonis BD, pedum LXXV. & senis, hybernus sol F, umbra gnomonis BE, pedum CXXXIX. cum bes-  
se. In alijs diuersa ratio est: nam si propius ad meridiem inclinant, quia ibi sol sublimior est meridianus, umbrae sunt breuiiores, si ad  
septentriones relicto sole crescunt statim.

Vnde & ἰσημερία dicitur graecè.] Umbrarum uarietas quatuor facit locorum discrimina. Afcia enim loca sunt,  
quibus sol aliquando sit in uertice, i. ubi sol supra ambulantium capita directè ex perpendicularo pendet, quod dum fit, umbras mani-  
festum est absumi, & magnitudines erectas circumqua; illustrari sole. Horum locorum in Europa est nihil, in Asia tantum India  
maritima, in Aphrica omnia interiora. Est autem talium locorum initium ubi circulus solstitialis est in uertice, finis ubi circulus bru-  
malis. Inter hos fines media loca bis singulis annis solem habent in uertice, in partibus scilicet antisyjs (sic enim graeci uocant, quæ  
habent eandem sublimitatem super locorum fastigia) extrema semel tantum, alia solstitio ut Syene, alia die brumali, ut ultima Aphri-  
ce. Secunda sunt amphiscia quæ umbras habent dextras & sinistras, ut Arabia cognomento Felix, & omnia quæ iam diximus subes-  
se torridæ zone: eadem enim loca & afcia sunt, & amphiscia, sed diuersa ratione. Tertia sunt heteroscia quæ dextras habent, aut  
sinistras tantum: ut omnia, quorum uerticem sol non superat: tale est, quicquid inter æstus & frigora medijs spacijs commodè habi-  
tatur. Quarta sunt, qui solem habent diebus aliquot seu etiam mensibus, noctibus nullis interpositis, super finitorem omnem caeli  
regionem ambientem: quemadmodum loca ad extremum septentrionem posita, quæ propter frigoris magnitudinem egrè habitantur.



Vasaq; horoscopi.] Apud Plinium non horoscopi, sed appositius legitur uasa horoscopa. Sunt autem uasa horoscopa,  
Bedæ tom. 1 3 que




quæ ad formam hemisphærij excavata, iuxta circinationem intus spheræ imaginem continent, accommodata ad temporum ac celestium cursuum observationem: cuius inuentionem Vitruuius refert acceptam Aristarcho Samio, uocans Scaphem & hemisphærium. Huiusmodi fuit, quod memor sum me annis aliquot ab hinc (cum primum operam huius à me requireret) magnifico ac integerrimo uiro D. Rheinaro Comiti à VVestenburg, maiori ecclesie Colonienfis Decano, instaurasse: habet enim harum rerum ut singularem intelligentiam, ita & magnam uoluptatem. Ego formam (ut potui) eius in plano descripsi.

Intelligendum est A b esse labrum seu orificium planum superius materiae excavatae, f g stylum erectum, cuius extremitas g, ostendit polum arcticum, f antarcticum, c centrū interioris cauitatis, cui respondet punctus subterraneus quod nadir uocant, d e signiferum, per parallela signorum in interiora cauitura descriptum, adhibito ad id quadrante indicis uice.

In Syene.] Est enim spha sub tropico Cap. in ingressu torride zone. Vide Plin. Mel. Strab. & Solinum.

Rursus in Meroe insula, quæ est caput, &c.] Sunt isthæc omnia ex Plinio libro secundo, capite septuagesimo primo, secundo & tertio: quid autem sit absumi umbras, quibusq; locis accidat id, & quare, superius aperuimus. Verum quod ait umbras absumi sole existente in duodeuicesima parte tauri, deinde rursus in quartadecima parte leonis: intelligendæ sunt iam, non ut supra imaginum partes dodecamorij: antisios enim est pars decimoctaua tauri, decimaquarta leonis, quod cuiusmodi sit, non grauior explicare. Intelligendum est itaq; ex astrologia, esse signa & partes sibi mutuo respondentia. Quæ admodum & menses paritate sunt antisios, in umbrarum & dierum ratione: ut gemini, cancer, sunt antisios seu equalia signa: nam quantum dies post primam cancri partem decrescunt, tantundem undeuicesima creuerunt. Sunt itaq; (ut coepi) antisios, gemini, cancer, taurus, leo, item aries & uirgo, item pisces & libra, deinde aquarius & scorpio, postremò capricornus & sagittarius. Hæc signa habent lucis & umbrarum eundem modum, hoc pacto tamen, ut prioris finis cum sequentis principio conferendus sit, & media signorum inter se conueniant. Verbi gratia: taurus & leo (ut diximus) antisios sunt hoc modo, ut ultima tauri, & secunda leonis, æquales sint: proinde cum sol in duodeuicesima parte umbras absomit semel, facit id secundo in parte antisios: atque illa erit, quemadmodum constat ex his quæ iam diximus, leonis decimaquarta pars, hæc enim in sphaera sunt æque sublimes: quæ res ut clarius intelligi queat, figuram subiici, in qua spectabitur, quæ partes quibus erunt antisios.



In India gente Orætum mons est, &c.] Adhuc ex Plinio citantur, sed confuse satis, opus igitur fuerit ex ipso fonte hæc cognoscere. Quod autem statim sequitur, Septentrionem ibi tantum quindecim diebus cerni, ex ijs quoq; locis unus est, qui non ad Plinij sententiam referendi sunt, sed eorum, quorum auctoritatem magis quam fidem sequitur: nec enim adduci possunt, ut existiam Plinium tam delirasse, qui id ex conuersione spheræ non uiderit esse falsum. Proinde existimo rectius legendum esse, apposita negatione Non, expuncta particula Tantum: nam reliquis nationibus septentriones semper super horizontem perdurant: nec uulnus est dies, quin aliqua parte noctis cernantur, præterquam in torrida zona, ubi oriuntur cum sole mense Augusto, quibus diebus uideri nequeunt. Verum huius generis plurima loca deprehendunt passim studiosi, quæ si mutare liceret pro arbitrio legentium, nõ esset unquam in hoc auctore castigandi finis.

Septentrionem ibi Alexandro morante, adnotatum prima tantum noctis parte aspici.] Vide in hunc locum commentarios Ziegleri, super secundum librum Plinij, capite septuagesimo tertio, sequentia usq; ad finem capituli, sunt ex eodem Plinij loco.

Quod fieri in insula Thyle Pythias Mafsiensis scribit.] Verior est Strabonis sententia, & Plinij alibi, septimo uidelicet libro, de Thyle: non enim polum in uertice habet, quod necessarium foret, si aut nox aut dies semestris esset, Est locus apud Strabonem cap. 35.

CAUSA

CAUSA INÆQUALITATIS DIERVM EORVNDEM. CAPVT XXX.

Causa autem inæqualitatis eorūdem dierum terræ rotunditas est: neq; enim frustra & in scripturæ diuina, & in communium literarum paginis orbis terræ uocatur. Est enim reuera orbis idem in medio totius mundi positus, non in latitudinis solum gyro, quasi instar scuti rotundus, sed instar potius pilæ undiq; uersum æquali rotunditate persimilis: neq; autē in tantæ mole magnitudinis, quamuis enormem montium ualliumq; distantiam, quantum in pila ludrica unum digitum, tantum addere uel demere crediderim. Talis ergo schematis terra mortalibus ad inhabitandum data, solis circuitum in hoc mundo lucentis certa ratione constitutionis Dei, alibi diem exhibet, alibi noctem relinquit. Et quia sicut Ecclesiastes ait, Oritur sol, & occidit, & in locum suum reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem, necesse est circumiens orientalibus quibusq; prius quam occidētalibus sub eadem linea positis mane meridiem uesperam adducat, eiusdem tamen longitudinis dies utriq; toto anno, sicut & noctes faciat. Item necesse est omnibus sub aquilonis & austris plaga contra inuicem & eadem linea positis, per totum annum uertentis circuitum, uno eodemq; temporis puncto

Sol medium cæli descendat ignis orbem.

Nec tamen eodem utriq; puncto uel hora oriatur, aut occidat, sed cum plagam austris circumiens hyberno tempore peruehitur, eos qui meridianum terræ latus inhabitant, ante oriens adit, sed serius dimittit occidens, quam nos, qui ad septentrionem positi, globo terrarum obstante, tardius eius ortum, sed citius fortitur occasum. At contra idem in æstiuo degens circulo multo nobis qui sub eodem habitamus ante ortus apparet: multo diutius uidetur occasurus, quam eis qui in meridiano terræ sinu conuersati, & prius illum eiusdem terræ obiectu cernere uerantur, & post ocys amittere coguntur. Ideoq; illi breuiores nobis dies æstate, longiores habent in hyeme. Quod non de solari gyro tantummodo, sed de stellarum quoq; omnium, sub diuersis poli plagis currentium potest situ cognosci: eadem quippe facit terræ rotunditas, ut nonnulla etiam clarissima australis sidera climatis nobis nunquam pareant, contra nostra septentrionalia illis non parua ex parte celentur. Deniq; ipsos Septentriones, qui nobis supra uerticem ascēdunt, neq; occidunt unquam, non cernit Troglodytice, & confinis Aegyptus. Porro ipsorum sidus per maximum, & Dei quondam nomine cultum, non solum nos Britannis, sed nec Italia quidem potest uideri Canopum: non quia lux stellarum longinquioribus paulatim minorando subtrahitur & deficit, sed quia terræ moles apposita spacium precludit aspectandi. Quæ cuncta de monte quo libet pergrandi undiq; circumhabitato ualent facillime probari.

GLOSSAE IN CAP. XXX. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramensi.

Cælum superioris circuli proprio discretum termino, & æqualibus undiq; spacijs collocatum, uirtutes continet angelicas, quæ ad nos exeuntes, ætheria sibi corpora sumunt, ut possint hominibus etiam in edendo simili, eademq; ibi reuerse deponunt. Hoc Deus aquis glacialibus temperauit, ne inferiora succenderentur elementa. Dehinc inferius cælum non uniformi, sed multiplici solidauit, nuncupans eum firmamentum propter sustentationem superiorum aquarum.


Cælum subtilis igneæq; nature rotundumq; & à centro terræ æquis spacijs undiq; collectum. Vnde & conuexum mediumq; quacumq; cernatur, inenarrabili celeritate quotidiè circumagi sapientes mundi dixerunt, ita ut rueret, si non planetarum occursum modo raretur: argumento siderum nitentes, quæ fixo semper cursu circumuolant, septentrionalibus breuiores gyros circa cardinem peragentibus. Cuius uertices extremos, quos circa sphaera cæli uoluitur, polos nuncupant, glaciali rigore tabentes, horum unus ad septentrionalem plagam consurgens boreus, alter deuexus in austrum, terræq; oppositus, australis uocatur, quem interiora austris scriptura sancta nominat.

Cælum, id est firmamentum subtilis nature, utpote ex aquis & igneæ nature, id est, qualitatis, propter sidera igneam naturam habentia, quæ in eo collocata sunt. Rotundumq; scilicet est, Rotundum non in modum pile, sed à parte polorum in longitudine porrectum, & à centro, id est, à medio puncto, uel medietate terræ. Undique, id est, decliuum collectum illud cælum, quantum est ab hoc loco terræ ad cælum, tantum ex utraque parte terræ spacium ad cælum protenditur. Est enim orbis terræ in medio totius mundi, id est, cæli postus, non in latitudinis solum gyro, quasi instar scuti rotundus: sed instar potius pilæ undiquaque uersum, id est, diuexum, æquali rotunditate persimilis. Neq; enim in tantæ mole magnitudinis quamuis enormem, id est, grandem montium ualliumq; distantiam, quantum in pila ludrica, unum digitum addere uel demere crediderim. Omnia enim elementa supra terram sunt, & quasi ab ea sustentantur, terra autem à nullo sustentetur elemento, quia terra humillimum tenet locum. Psalmista dicit: Extens dens cælum sicut pellem. Ad literam: Extendit Deus cælum sicut pellem, quia sicut pellis animantium totum corpus tegit, sic cælitotam terram supra & infra circumdat. Vnde, scilicet quia rotundum est & conuexum, propter inclinatioem partem austrini poli. Conuexum, id est, curuum in modum caneræ. Mediumq; scilicet est, Medium est ipsum cælum quacumq; cernatur, sicut circumsus in quacumq; sui parte consideretur, medius est, ipsum quoq; cælum medium omnibus uidetur, quia medietas illius super terram est semper. Et uidetur etiam conuexum, id est, inclinatum. In quacumq; enim parte terræ stetur, medium putatur in cælum esse. Quacumq; id est in quacumq; partem. Et ubicumq; cernatur ipsum cælum, semper medietas eius uidetur. Circumagi, scilicet ipsum cælum, id est, circumferri. Sapientes, id est, philosophi. Rueret, id est, caderet. Planetarum. Planete enim contra mundum feruntur, ideo mundus temperatur & retinetur. Moderaretur, id est, tardaretur, uel temperaretur. Argumento uel ostensione, id est, exploratione. Quid sit & quare dicatur argumentum, iam supra scriptum est.

1 4

Est enim

Est enim reuera orbis idem in medio totius mundi positus, non in latitudinis solum gyro, quasi instar scuti rotundus, sed instar potius pile undiq; uersum æquali rotunditate persimilis. Macrobius in prima libri sui parte ita commemorat: Cælum enim ab omni parte terræ æqualiter distat. Et ut à nostra habitatione, ita & à lateribus & à parte quæ ad nos habetur, inferior pari altitudinis immensitate suspicitur. Nisi ergo omnia pondera ferrentur in terram, imbres qui extra latera terræ defluunt, non in terram, sed in cælum caderent. Quod uilitatem iocis scurrilis excedit. Esto enim sphaera terræ, cui ascripta sunt, A B C D. Circa hanc sit æris orbis, cui ascripta sunt, E F G L M. & utrunq; orbem, id est terræ & æris, diuidat linea ducta ab E usq; ad L. erit superior ista quam possidemus, & illa sub pedibus. Nisi ergo caderet omne pondus in terram, paruum nimis imbrum partem terra susciperet ab A usq; ad C. Latera uerò æris, id est ab E usq; ad E, & à G usq; ad L, humorem suum in ærem cælumq; deicerent. De inferiori autem hemisphaerio pluuia in exteriora, & ideo naturæ ignota deflueret, sicut ostendit subiecta descriptio.



De cæli autem nomine sic dicit sanctus Ambrosius in libris quos scripsit de creatione mundi: Cælum Græco uocabulo Ἠρανος dicitur. Apud Latinos autem propterea cælum appellatur, quia impressa stellarum lumina ueluti signa habens, tanquam cælatum dicitur, sicut argentum quod signis eminentibus refulgens cælatum uocatur. Huius enim esse subtilem naturam etiam scriptura demonstrat, dicens, quod firmauerit cælum sicut summi. Partes autem eius, eous, axis, clima, cardines, conuexa, poli, hemisphaeria. Eous est, quo cælum continetur, unde & Ennius: Vix solum compleuere Eoum, cum terroribus cæli. Axis, est septentrionalis linea recta, que per mediam pilam sphaeræ tendit, & dicta axis, quod in ea sphaera ut rota uoluitur, uel quia ibi plaustrum est. Clima, cardo uel pars cæli. Climata cæli, id est, plage uel partes: quatuor sunt, ex quibus prima pars orientalis est, unde aliqua stelle oriuntur, secunda occidentalis, ubi nobis aliqua stelle occidunt, tertia septentrionalis, ubi sol peruenit in diebus maioribus, quarta australis, ubi sol peruenit noctibus maioribus. Oriens autem ab ortu solis est nuncupatus: occidens, quod diem faciat occidere atq; interire, abscondit enim lumen mundo, & tenebras superinducit. Septentrio autem à septem stellis axis uocatur, quæq; in ipso reuoluitur rotantur. Hic proprie & uertex dicitur, eo quod uertitur. Meridies autem uocata, uel quia ibi sol facit medium diem, quasi medidies: uel quia tunc purius micat æther, merum enim purum dicitur, cardines cæli extreme partes sunt axis, & dicti cardines eo, quod per eos uertitur cælum, uel quia sicut cor uoluuntur. Gregorius papa: Dic rogo si nosti gyros cæli, terræ cardines, quarum abyssus ubi finiuntur, ubi suspensi sunt. Scimus autem, quia quod ex nihilo factum est, pendet in nihilo. Sed si est aliquid quod dicitur nihilum, iam nihilum non est. Si autem nihilum est nihilum, nusquam mundi moles dependet, nec est ubi sit quod creatum est ut sit. Quomodo ergo nusquam est, quod nouimus quia est? Conuexa autem cæli extrema eius sunt, à curuitate dicta, ut est illud:

Conuexum quoties claudit nox humida cælum.

Conuexum enim curuum est, quasi conuersum seu inclinatum, & admodum circumflexum. Poli sunt circuli, qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturq; boreus: alter australis, qui nunquam uidetur, & austronotus dicitur. & dicti poli, quod sint axium cycli, ex usu plaustrorum à poliando scilicet nominati. Sed polus boreus uidetur semper, austronotus nunquam: quia dextra cæli altiora sunt, pressa austri. Sphaera est æqualis rotunditas undiq; ita.

Sphaera cæli species est quedam in rotundum formata, cuius centrum terra est, ex omnibus partibus conclusa. Hanc sphaerâ nec principium habere dicunt, nec terminum, pro eo quod rotunditate sui quasi circulus unde incipiat, uel ubi desinat, non facile cõprehenditur. Aequaliter enim ex omni parte fertur esse collecta, & ad omnia similiter respiciens, atq; à centro terræ spacijs æquis distincta: ipsaq; sui æqualitate ita stabilis, ut eam in nullam partem declinare undiq; æqualitas collecta permittat, ac nullo fulcramento sub uecta sustentetur. Hemisphaeria dimidia pars sphaeræ est. Hemisphaerion super terram est ea pars cæli, quæ à nobis tota uidetur: hæmisphaerion sub terra est, quæ uideri non potest, quamdiu sub terra fuerit.

Sphaeræ motus duobus axibus uoluitur, quorum unus est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturq; boreus: alter australis, qui nunquam uidetur, & austronotus dicitur. His duobus polis moueri sphaeram cæli dicunt, & cum motu eius sidera fixa in ea ab oriente usq; in occidentem circuire, septentrionibus breuiores gyros iuxta cardinem peragentibus.

Sphaera cæli ab oriente & occidente semel in die & nocte uertitur uiginti quatuor horarum spacijs, quibus cursum suum super terram & sub terram sua uolubilitate concludit. Hæc igitur super aquas esse posita fertur, ut in ipsis uoluatur, eiusq; incendium temperent. Si forte aliquis requirit, qualiter cælum tam magnam reuolutionem in uiginti quatuor horis agere possit, uideat quomodo Aba

cuc in

cuc in puncto horæ tanta terrarum spacia bis transire potuit. Cælum igitur qua magnitudine uel qua materia constet, incertum tenemus: scimus tamen quia incredibili celeritate uoluitur. Tanta celeritate sphaera cæli dicitur currere, ut nisi aduersus eius præcipitem cursum astra currerent, quæ eam remorarent, mundi ruinam faceret. Unde & Lucanus locutus est:


Sideribus quæ sola fuga moderantur Olympi,

Occurruntq; polo diuersa potentia cursu.

Nam tantus illic sonus est, tantæq; dulcedinis, ut beatus Isidorus ait, ut si humanæ aures ualerent illum audire, ab oriente in occidentem transirent, sequentes motum sphaeræ cælestis. Cuius perfectionem sphaeræ uel circuli multis argumentationibus tractans Plato, rationabile fabricatoris mundi opus insinuat: primo quod ex linearum quinq; angulis zodiacus ductus ex una linea constat: secundò, quod sine initio est, & sine fine: tertio, quod à puncto efficitur. Denuò quod motum ex se habeat, deinde quod careat iudicio angulorum, & quod in stellarum figuras omnes includat, & quod motum inenarrabilem habeat: si quidem sex alij motus erratici les sint ante, à tergo, dextra leuaq; sursum deorsumq;, postremum & quod necessitate efficiatur, ut hæc linea ultra circulum dæci non possit.

Cælum spiritualiter ecclesia est, quæ in huius uitæ nocte sanctorum uirtutibus quasi claritate siderum fulget. Pluriditer autem cæli nomine, sancti omnes uel angeli intelliguntur. Siquidem cælos etiam prophetas & apostolos accipere debemus, qui pluuia uerbis, coruscant miraculis, & de quibus dictum est: Cæli enarrant gloriam Dei: utiq; quia ipsi aduentum & mortem, ipsi quoq; resurrectionem Christi uelut gloriam mundo annunciauerunt. Beatus Ambrosius in libro Hexamerou sic cloquitur dicens: Legimus in Dauid, Laudate eum cæli cælorum. Vtrum enim unum sit cælum an plures, contentio est: dum alij qui multos asserunt, alij præter unum esse negant. Philosophi autem mundi, septem cælos, id est, planetas globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus connexa memorant omnia, quos sibi innexos & uelut insertos uersari retro, & e contrario cæteris motibus ferri arbitrantur. Siquidem & in Ecclesiasticis libris & cæli cælorum leguntur, & apostolus Paulus usq; ad tertium cælum fuisse se raptum intelligit: sed de numero eorum nihil sibi præsumat humana temeritas. Fecit autem eos deos, non in firmes uel confusos, sed ratione quadam ordine suo distinctos, nam superioris circuli cælum discretum termino, æqualibus undiq; spacijs collocatum extendit, atq; in eo uirtutes spiritualium creaturarum constituit. Cuius quidem cæli naturam artifex mundi aquis temperauit, ne conflagratio superioris ignis inferiora elementa succenderet. Debinc cælum inferioris cæli non uniformi, sed multiplici motu solidauit, nuncupans eum firmamentum, propter sustentationem solidarum superiorum aquarum. Iulianus Pomerius uir sanæ prudentiæ, primum cælum dicit esse ætherium, à quo & aues cæli uocantur. Secundum sidereum, ubi cõtinentur duodecim signa cæteraq; astra præter septem planetas, quod & firmamentum appellatur. Tertium intelligit spirituale siue mentale, ubi angeli & anime sanctorum in contemplatione Dei sunt posite, contemplantes super se Deum omnipotentem: qui omni creaturæ præsidet, ut præsidendo omnia sustineat, sustinendo circumdet, circumdando impleat.

MACROBIUS IN SECUNDA LIBRI SVI PARTE ITA COMMEMORAT.



Quia animo facilius illabitur concepta ratio quam sermone descriptio: esto orbis terræ cui ascripta sunt A B C D, & circa A ascribantur N & L, circa B autem M & K: & circa C, G & L, & circa D, E & F, & ducantur lineæ rectæ à signis ad signa: id est, à G in L, ab M in N, à K in L, ab E in F. Spacia igitur duo aduersa sibi, id est à C usq; ad lineam quæ in L ducta est, alterum à D usq; ad lineam quæ in F ducta est, intelligantur prima obriguisse perpetua. Est enim superior septentrionalis, inferior australis extremitas: medium uerò ab N usq; in L zona sit torrida. Restat ut circulis ab I usq; ad N de subiecto calore, & superiore frigore temperetur. rursus zona quæ est inter L & E, accipiat de superiore calore, & subdito rigore temperiem, Et licet sint hæc duo

hæc due zone temperate, non tamen ambæ hominibus nostri generis indulte sunt, sed sola superior quæ est ab 1 usq; ad N, incolitur ab omni quale scire possumus hominum genere, Romani Græci uel barbari cuiusq; nationis. Illa uero ab L usq; ad F, sola ratione intelligitur, quod propter similem temperiem, similiter incolatur: sed à quibus, neq; licuit unquam nobis, nec licebit agnoscere. interiecta enim torrida utriq; hominum generi, commercium ad se denegat commeandi. Manifesta est igitur causa, cur hæc zona flammis sit semper obnoxia, quippe quam sol totius ætheriæ flammæ, & fons & administrator nunquam relinquat. Ergo ambæ partes ultime, id est septentrionalis & australis, ad quas nunquam solis calor accedit, necessario perpetua premuntur pruina, duas uero ut diximus, temperat hinc atq; illinc, uicina caloris & frigoris. Deniq; in hac ipsa zona quam incolimus, quæ tota dicitur temperata, partes tamen quæ perusto cingulo uicine sunt, ceteris calidiores sunt, ut est Æthiopia, Arabia, Aegyptus, & Libya, in qua calor ita circumfusi aeris corpus extenuat, ut aut nunquam aut raro cogatur in nubes, & ideo nullus pene apud illos usus est imbrii: rursumq; ad fines frigidus prescius accedunt. Ad eò premuntur pruina, ut non facile explicetur quanta sit illic frigida nimietatis iniuria: loca uero quæ in medio temperata sunt, quoniam ab utraq; nimietate longè recedunt, ueram tenent salutaremq; temperiem.

SCHOLIA IN CAP. XXX. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Causa autem inæqualitatis.] Adhibita sphaera facilis est huius intellectus: demonstratur enim ex terræ rotunditate fieri (iam enim constat esse globum) & quod sol gentibus ad orientem positus, citius oritur, tardius ad occidentem. Quemadmodum Iudæis ante fit dies, quam nobis, nobis citius quam Hispanis, tum etiam quod pro climatum diuersitate, dies hyberni & æstiu, alibi sint breuiores & longiores, quorum prius illud, uulgo etiam notum est: posterius uero docetur ex mundi inclinatione. Nam profici scentibus ad meridiem, continuo sidera quædam uidentur uersus austrum oriri, quemadmodum Canopus insignis stella in temone Argonauis, nusquam in Italia conspicitur: Rhodi tantum emicat ex inferiore parte mundi super horizontem, Alexandria iusto tempore perdurat supra finitorem. Ex eo fit ut hybernos dies, gens meridionalis habeat quam nos longiores. Nam & illis sidera quædam decem horis super terram feruntur, quæ nobis uix dum octo. Æstiuos autem illi habent breuiores: quod enim citra equatorem est ætios, diuini super horizontem manet, quemadmodum docetur apud Euclidem in sphaeræ conuersionibus, seu phenomena inscriptis. Ad hanc rem Cosmographi indicandam excogitarunt duo genera circularum, alios qui per polos ducti dicuntur meridiani, à septentrione uersus austrum: quorum officium est distinguere horarum discrimina, ac orientales ab occidentalibus: alij sunt in sphaera circuli  $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\iota$ , qui diuidunt meridianos prædictos, distinguuntq; climata, ac dierum temporumq; inæqualitatem, de quibus dicitur capite sequenti.

Sed nec Italia quidem.] De Canopo uide caput septuagesimum secundi libri C. Plinij, unde hæc desumpta sunt, qui locus tamen istic non caret menda.

QUIBUS IN LOCIS PARES SINT VMBRAE  
VEL DIES. CAPVT XXXI.

ET quia supra distantiam dierum solstitialium inter eos, qui ad meridiem & septentrionem abinuicem sunt remoti, Plinij secundi dictis ostendimus: uidetur oportunum & eadem nunc latius, & consonantiam quoq; dierum inter eos, qui in quacunq; mundi parte sub eadem ab oriente in occidentem ducente linea commorantur, eiusdem declarare sermonibus. Igitur in sexto Naturalis historiae libro de his scribens: Plura sunt, inquit, segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, Græci  $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\iota$ ; principium habet Indiæ pars uersa ad austrum, patet usq; Arabiæ, & rubri maris accolas continentur Gedrosi, Carmani, Persæ, Elymæi, Parthi, Sianæ, Aria, Susiane, Mesopotamia, Seleucia, cognominata Babylonia, Arabia ad petras usq; Syriacæ, Pelusium Aegypti: inferiorq; ora quæ Cora uocatur, Alexandria Africæ maritima, Cyrenaica oppida omnia, Tapfus, Hadrumetum, Clupea, Carthago, Utica, utraq; Hippo. Numidia, Mauritania utraq; Atlanticum mare, columnæ Herculis. In hoc cæli circumplexu æquinoctij die meridiana umbilicus, quem gnomonem uocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Noctes uero dièsq; longissima spacia quatuordecim horas æquinoctiales habent, breuissima è contrario decem. Sequens circulus incipit ab Indiæ uergente ad occasum, uadit per Medos, Parthos, Persepolin, citima Persidis, Arabiam citeriore, Iudæam, Libani montis accolas. Amplectitur Babylonem, Idumæam, Samariam, Hierosolimam, Acalonem, Ioppen, Cæsaream, Phœnicen, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum, Berytuni, Botrin, Tripolin, Byblin, Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Ciliciæ maritima, Cypri austrina, austrinam Cretam, Lilybæum in Sicilia, septentrionale Africæ & Numidiæ. Umbilicus æquinoctio triginta quinque pedum, umbram triginta tres pedes longam facit. Dies autem noxq; maxima quatuordecim horarum æquinoctialium est, accedente bis quinta parte unius horæ. Tertius circulus ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caspias portas Mediæ proximæ, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Issum, Cilicias portas, Solos, Tarsum, Cyprum, Psidiam, Pamphiliam, Siden, Lycaoniam, Lyciæ Patarum, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnasum, Guidu, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Cythium, Maleam, Argos, Laconiam, Eltin, Olympiam, Messaniam, Peloponnesi Syracusas, Catinam, Siciliam mediam, Sardinia austrina, Cartegiam, Gades. Gnomonis cunctæ umbram  $xx\ xvi\ iii$ . unciarum faciunt. Longissimus dies est æquinoctialium horarum quatuordecim, atq; dimidiæ cum tricesima unius horæ. Quarto subiacent circulo, quæ sunt ab altero latere Imai, Cappadociæ austrina, Galatia, Mylia, Sardis, Smyrna, Sipy-

lus, Tmolus mons Lydiæ, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletus, Chios, Samos, Icarum mare, Cyclades septentrionales, Athenæ, Megara, Corinthus, Sycion, Achaia, Patra, Isthmus, Epirus, septentrionalia Sicilia, Narbonensis Gallie exortia, Hispaniæ maritima à Carthagine noua, & inde ad occasum gnomoni  $xx\ i$ . pedum, respondet umbræ  $xvi$ . pedum. Longissimus dies habet æquinoctiales horas  $x\ iiii$ , & tertias duas unius horæ. Quinto continentur segmenta ab introitu Caspij maris, Bactria, Iberia, Armenia, Mylia, Phrygia, Hellepontus, Troas, Tenedos, Abydos, Scepsis, Ilium, Ida mons, Cyricum, Lampfacum, Sinope, Amisum, Heraclea in Ponto, Paphlagonia, Lenus, Imbrus, Thassus, Cassandria, Thessalia, Macedonia, Larissa, Amphipolis, Thessalonica, Pella, Edesus, Beroæa, Pharsalia, Caristum, Eubœa, Boeotum, Chalcis, Delphi, Acarnania, Aetolia, Apollonia, Brundisium, Tarentum, Thurij, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Thufcum mare, Corsica, Baleares, Hispania media. Gnomoni  $vii$ . pedes, umbræ  $vi$ . Magnitudo diei summa, horarum æquinoctialium  $xv$ . Sexta comprehensio, qua continentur urbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, septentrionalia Armenia, Apollonia supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicaeam, Chalcedonem, Byzantium, Lyfiamachiam, Cheroneseum, Melanensem, Abderam, Samothraciam, Maroneam, Oenum, Bessicam, Thraciam, Mediam, Pæoniam, Illyrios, Dyrrachium, Canusium, Apuliam, extima, Campaniam, Hetruriam, Pisas, Lunam, Lucam, Genuam, Liguriam, Antipolin, Massiliam, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam, Tarraconensem mediam, & inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes  $ix$ , umbræ  $viii$ . Longissima diei spacia, horarum æquinoctialium  $xv$ . addita nona parte unius horæ, aut ut Nigidio placuit quinta. Septima diuisio ab altera Caspij maris ora incipit, uadit super Callatim, Bosphorum, Borysthenem, Tomos, Thraciæ auersa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicentiam, Patauium, Veronam, Cremonam, Rauennam, Anconam, Picenum, Marfos, Pelignos, Sabinos, Umbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniaq; ab Apennino, transq; alpes, Galliam Aquitaniam, Viennam, Piræneum, Celtiberiam. Umbilico  $xx\ xv$ . pedum, umbræ  $xx\ xvi$ . Ut tamen in partem Venetiæ exactetur umbra gnomoni, amplissima dies horarum æquinoctialium  $xv$ , & quintarum partium horarum trium. Hactenus antiquorum exacta celebrauimus. Sequentium diligentissimi quod superest terrarum tribus assignauere segmentis. A Tanai per Meotium lacum, & Sarmatas usq; Borysthenem, atq; ita per Dacos partemq; Germaniæ, Gallias oceani littora amplexi, quod esset horarum  $xvi$ . Alterum per Hyperboreos & Britanniam, horarum  $xvi$ . Postremum Scythicum à Riphæis iugis in Thylen, in quo dies continuantur, ut diximus, noctesq; per uices. Iidem & ante principia quæ fecimus, posuere circulos duos. Primum per insulam Meroen, & Ptolemaidem, in rubro mari ad elephantorum uenatus conditam, ubi longissimus dies  $xii$ . horarum esset, dimidia hora amplior. Secundum per Syenen Aegypti euntem, qui esset horarum  $xiii$ . Hæc de Plinij Secundi scriptis excerpta, hunc in nostris opusculis habeant locum.

GLOSSAE IN CAP. XXXI. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramensi.

Octo circulis terræ pro dierum uarietate distinguuntur. Primus ab Indiæ parte australi per rubri maris incolas, & Africæ maritima ad columnas Herculis peruenit. Quo æquinoctij die medio gnomon septem pedum, umbram quatuor pedes longam reddit. Dies uero longissimus quatuordecim horas æquinoctiales habet. Secundus, ab occasu Indiæ per Medos uadit, & Persas, Arabiam, Syriam, Cyprum, Cretam, Lilybæum, & septentrionalia Africæ contingens. Umbilicus æquinoctio trigintaquinque pedum, umbram uiginti tres pedes longam facit. Dies autem maxima quatuordecim horarum est, accedente bis quinta parte unius horæ. Tertius oritur ab Indis Imao proximis, tendit per Caspias partes, Taurum, Pamphiliam, Rhodum, Cycladas, Syracusas, Catenam, Gades, gnomonis cunctæ umbram triginta octo unciarum faciunt. Longissimus dies horarum quatuordecim, atq; dimidiæ, cum triginta unius horæ. Quartus ab altero latere Imai per Ephesum mare Cycladum septentrionalia Siciliae Narbonensis Gallie exortia Africæ maritima tendit ad occasum, gnomoni uiginti unum pedum, respondent umbræ sex pedum. Longissimus dies habet horas quatuordecim, & tertias duas unius horæ. Quinto circulo continentur ab introitu Caspij maris Bactrij, Armenia, Macedonia, Tarentum, Thufcum mare, Baleares, Hispania media. Gnomonij septem pedum, umbris sexi. Maximus dies horarum quindecim. Sextus amplectitur Caspias gentes, Caucasum, Samothraciam, Illyricos, Campaniam & Ruriam, Massiliam, Hispaniam Tarraconensem mediam, & inde Pelusianam gnomoni, pedes nouem, umbræ octo. Longissimus dies horarum quindecim, addita nona parte unius horæ. Septimus ab altera Caspij maris ora incipit, uaditq; per Thraciæ auersa Venetiam, Cremonam, Rauennam, Transalpinam Galliam, Pyreneum, Celtiberiam. Gnomoni triginta quinque, umbræ triginta sex. Amplissima dies horarum quindecim, & quintarum partium horæ trium. Octauus à Thanai per Meotium lacum, & Sarmatas, Dacos, partemq; Germaniæ Gallias ingreditur. Longissimus dies horarum sexdecim. His circulis antiqui duos præponunt: unum per insulam Meroen, & Ptolemaidem rubri maris urbem, ubi longissimus dies duodecim horarum est, dimidia hora amplior: alterum per Siennæ Aegypti, quem horarum tredecim duosq; subiiciunt. Primum per Hyperboreas & Britanniam, horarum  $xvi$ . Alterum Scythicum, à Riphæis iugis in Thylen, in quo dies continuantur, noctesq; per uices.

Et quia supra distantiam dierum, &c.] Agitur hoc capite de regionum latitudine, quam distinguunt lineæ par...

Concordia duodecim mensium per umbram, cuius gnomon erit humani corporis longitudo.

Table with 4 quadrants: Ianuarius & December, Aprilis & September, Februarii & Nouember, Maius & Augustus, Martius & October, Iunius & Iulius. Each quadrant lists hours and pedes measurements.

VMBRARVM

Table titled 'VMBRA GNOMONIS' with columns for Parallelorum ordo, Hore cum partibus, Distantia ab æquatore, and three seasonal columns: Aestiuæ, Aequinoctialis, Hyberna. Includes geographical locations on the right.

DE QVINQVE CIRCVLIS MVNDI, ET SVB TERRA NEO SIDERVM MEATV. CAP. XXXII.

SAnè quoniam de temporibus loquentes, necesse habuimus aliquoties æquinoctialis, uel solstitialis, uel brumalis meminisse circuli, uel zonæ, de ijs paulo latius dicendum putauimus.

utiq; discrimine sub Boreas partes occultus, quanto uisus iter suum deflectens ad austrós. Porro in bruma tantum sub terræ inferiora longe lateq; circumfertur, quantum in solstitia supra terram edita, longo latoq; circumlabitur flexu. Similiter æstiuo, id est, solstitiali decurrens in circulo, tã breuem sub aquilonis terræ loca noctu facit digressum, quã super meridiana eius loca diebus hybernis breuem facit ascensum. Sicut enim quælibet anni uertentis nox illam habet longitudinem, quam ante VI. menses habuit, & post VI. menses habitura est dies: ita omni nocte sol tantũ agit iter sub terra, quantum ante VI. menses egit, & post VI. menses acturus est super terram: & tantum nunc noctu ad aquilonem, quãtũ tunc interdiu gyrans ad meridiem. Sed & stellæ omnes expleto VI. mensium curriculo, illam cœli plagam interdiu, quam noctu antea lustrando circumueunt, eandem replicato totidem mensium tempore repentes, solstitis noctu transigunt ex cubijs, tanto latiore quæque sub terris, quanto angustiore supra: itemq; tãto breuiorem sub- nus, quanto productiorem supra terras cursum peragentes. Vnde sit, ut in anno solari, Arcturus, Orion, & canis, sed & lacteus circulus, cæteraq; militia cœli una uice plus terræ orbem, quã sol ipse circumueat. Extra hos sanè circulos solis tres, duos utrobq; circulos, septentrionalem ponit & australem: quorum septentrionalis semper nostris uisibus apparens, non solis, sed Arcturi, & quæ circa eum sunt stellarum ambitu conficitur: & quia uicinitate caret solis, frigidus esse non cessat. Cui similis est australis, & ipse ob longinquitatem solis gelidus, obq; terræ obiectum no- bis semper absconditus. De quo utroq; in Dei laude dicitur: Qui facit arcturum & Oriona, & Hy- das, & interiora Austri. Et alibi: Qui extendit aquilonẽ super uacuũ. Meminit horum & Poeta.

Quinq; tenent cœlum zonæ, quarum una corusco  
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni.

Ipsa est æquinoctialis, quam quia semper sol aut præfens, aut hinc uel inde uicinus illustrat, ni- mitum subiecta terrarum exusta flammis & cremata, cominus uapore torrentur.

Quam circum extrema dextra læuãq; trahuntur  
Ceruleæ glacies concretæ, atq; imbris atris.

Septentrionalem dicit & australem, quibus subiecta omnia ob solis, molliorumq; siderum ab- sentiam, infesta rigore, & gelu premuntur æterno, teste ipso mari congelato, quod ab insula Thy- le diei unius nauigatione distat ad Boream.

Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris  
Munere concessæ Diuum.

Solstitialem & brumalem significat, quæ uicina utrinq; feruentis & gelidarum sunt uel temper- ratae: id eoq; ambas dicunt habitabiles, id est, habitationi habiles, & nec frigidis immanitate, nec caloris mortalium à se repellentes accessum: quamuis unam solummodo probare possunt habi- tationem. Neq; enim uel Antipodarum ullat enus est fabulis accomodandus assensus, uel aliquis re- fert Historicus uidisse, uel audisse, uel legisse se, qui meridianas in partes solem transierunt hyber- num, ita ut eo post tergum relicto transgressis Aethiopum feruoribus, temperatas ultra eos hinc calore, illinc rigore, atq; habitabiles mortalium repperint sedes. Deniq; solertissimus naturalium inquisitor Plinius Secundus qui non negat terram, et si sit figuræ pineæ nucis, nihilominus undè que incolit, uide quid de ijs scribens zonis dicat. Circa, inquit, duæ tantum inter exustam & ri- gentes temperantur, eaq; ipse inter se non peruiæ propter incẽdium sideris. Facillimum sanè ha- rum zonarum dant exemplum, qui gelidissimo hyemis rigore ad focum oblongo schemate fas- ciat se calefaciunt, ubi ignis ipse quasi media zona, & proxima quæq; illi prorsus intangibilia sunt ob ardorem: quæ uerò sunt longius à flammis hinc uel inde remota, communi frigore torpẽt. Porro quæ inter hæc utrinq; temperata sunt, & ad calefaciendum accommodata, siue ex una, siue ex utraq; ignis parte stare uoluerint, qui hunc libi algidæ noctis in tenebris sub diuo ad lucẽ fotumq; pararũt. Qui si circumire ignis in modum solis posset, quinq; nimirũ circulos redderet: quia uerò stat, lineas quinq; facit, unam in medio feruidã, duas circũ gelidas, totidẽ inter has temperatas.

GLOSSAE IN CAP. XXXII. BEDAE PRESBYTE-  
RI, De temporum ratione: authore Brediferto Ramesiensi.

Quinque circulis mundus diuiditur, quorum distinctionibus quedam partes temperie sua incoluntur, quedam immanitate fri- goris aut caloris inhabitabiles existunt. Primus est septentrionalis, frigore inhabitabilis, cuius sidera nobis nunquam occidunt. Se- cundus solstitialis, à parte signiferi excelsissima nobis ad septentrionalem uersus, temperatus, habitabilis. Tertius æquinoctialis, me- dio ambitu signiferi orbis incedens, torridus, inhabitabilis. Quartus brumalis, à parte humillima signiferi ad austrinum polum uer- sus, temperatus, habitabilis. Quintus australis, circa uerticem austrinum, qui terra regitur, frigore inhabitabilis. Tres autem mediũ circuli, inaequalitates temporum distinguunt, cum sol hunc solstitio, illum æquinoctio, tertium bruma teneat. Extremi enim semper sole carent. Vnde & à Thyle insula unius diei nauigatione ad aquilonem mare congelatum inuenitur.

ISIDORVS IN MINORI LIBELLO, QVEM  
scripsit ad Sisubotum regem.

Solent enim philosophi inaequalitates temporum uel cursum solis annuorum his distinguere uocabulis. Formatio mundi ita de- monstratur:

monstratur: nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinat in australem. Caput autem quasi facies orientalis regio est: ultima pars septentrionalis. Nam partes eius quatuor sunt. Prima pars mundi est oriens, secunda meridiana, ter- tia occidens, ultima uerò atq; extrema septentrionalis. De qua Virgilius sic ait: Quam circum extrema dextra læuãq; trahuntur, Ce- ruleæ & glacie concretæ. Et Lucanus sic ait: Mundi pars ima iacet, quam zona nivalis, Perpetuãq; premunt hyemes.

ITEM DE QVINQVE CIRCULIS MVNDI.

In diffinitione autem mundi circulos aiunt philosophi quinq;, quos Graeci parallelos, id est zonas uocant, in quibus orbis terræ. Has Virgilius in Georgicis ostendit, dicens: Quinq; tenent cœlum zone. Quæ ideo zone uel circuli appellantur, eo quòd in circum- ductione sphaera existunt. Sed fingamus eas in modum dexterae nostræ, ut pollex sit circulus articos frigore inhabitabilis, secundus circulus terinos, temperatus, habitabilis. Medius circulus hismerinos, torridus, inhabitabilis. Quartus circulus exemerinos, tempe- ratus, habitabilis. Minimus circulus, antarcticos, frigidus inhabitabilis. Horum primus septentrionalis est, secundus solstitialis, tertius æquinoctialis, quartus hyemalis, quintus australis. de quibus Varro ita dicit:

Et quinq; ætherius zonis accingitur orbis,  
Ac uastant imas hyemes mediamq; caloris:  
Sic terræ extremas inter mediamq; coluntur,  
Quam solis ualido nunquam ut auferat igne.

Quorum circulorum diuisiones ideo zone uel circuli appellantur, eo quòd in circumductione sphaera existunt. Sed ideo æquinoctialis circulus inhabitabilis est, quia sol per medium cœlum currens, nimium his locis facit feruorem, ita ut nec fruges ibi nascantur propter exustam terram, nec homines propter nimium ardorem, habitare permittantur. At contra septentrio- nalis & australis circuli ibi coniuncti ideo non habitantur, quia à cursu solis longè postiti sunt, nimioq; cœli frigore, uentorumq; ge- lidis flatibus contabescunt. Solstitialis uerò circulus, qui in oriente inter septentrionalem & æstiuum est collocatus, uel iste qui in oc- cidente inter æstiuum & australem postus est, ideo temperati sunt eo quòd ex uno circulo frigus, ex altero calorem habeant. De quibus Virgilius ait: Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris, Munere concessæ diuim. Sed qui proximi sunt æstiuo circulo, ipsi sunt Aethiopes nimio calore perusti.

ISIDORVS IN LIBRO ETYMOLOGIARVM  
tertio, capite uigesimo secundo.

Arcticos appellatur, eo quòd intra eum arctorum signa inclusa prospiciuntur, quæ magis in uersarum speciem facta, se- ptentriones appellantur. Terminus tropicus iccirco dicitur, quia in eo circuitens sol aquilonis finibus æstatem facit, & ultra eum cir- culum non transt, sed statim reuertitur, & inde tropicus appellatur. Hismerinos uel hismerinos, à latinis ideo æquinoctialis appella- tur, eo quòd sol cum ad eum orbem peruenit, æquinoctium facit. Hismerinos enim latinè dicitur dies atq; nox, quo circulo dimidia sphaera pars constituta prospicitur. Cimerinos tropicus siue exemerinos, propterea hyemalis siue brumalis à latinis appellatur, quòd sol cum ad eum circulum peruenit, hyemem his qui ad aquilonem sunt, facit, æstatem autem his qui ad austri partes comoran- tur. Antarcticos uocatur, ex eo q. cõtrarius sit circulo, què arctici nominamus. Quorũ circulorũ diuisiones, talis demõstrat figura.



Qui facit arcturum & oriona & hyadas, & interiora austri. Graeco quippe eloquio ueròde pluua uocatur. Et hyades nomẽ à pluuijs acceperunt, quia ortæ proculdubio imbres ferunt. Necnon & oriona, in ipso pondere temporis hyemalis oriuntur, suoq; or- tu tempestates exci- ant, & maria perturbant. Hæc nomina stellarum dum in scripturis legimus, uanis deliramentis poetarum assen- sum

sum non prebeamus, qui falsis opinionibus uocabula ista in astris ex hominum nominibus, uel aliarum creaturarum uocabulis im-

Qui extendit aquilonem super uacuum. Gregorius, Aquilonis nomine in sacro eloquio appellari diabolus so-

Arcturus ille est quem latini septentrionalem dicunt, qui septem stellarum radijs fulgens in seipso reuolutus rotatur: qui ideo

In libro de Ciuitate Dei decimosexto, capite nono, sic dicit, scilicet Augustinus: Quod uero Antipodas esse fabulantur, id est homi-

SCHOLIA IN CAP. XXXII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Sanè quontam de temporibus loquentes. Sunt quinque circuli in sphaera uel xōσφῆρῆ, seu (ut recentiores uocāt) materiali


Diuisio est mundi per zonas, cui hoc loco adscriptæ sunt literæ ABCD. Quomodo uero ducatur lineæ inter literas, uides: nam

Vnde fit ut in anno solari arcturus Orion, &c. Singuli planetarum orbis contra cælum ab occasu in exortu mouentur, unde dum ipsi integrum cæli circulum absolunt, semel minus quam ipsum firmamentum terram circumiuerunt, itaque

eum Saturnus tricenis unum circuitum perdidit, sol singulis annis (quotidie enim in cōtra cælum unam partem)

Arcturus. Arcturus, stella est primæ claritatis intra pedes Bootæ. Orion magnitudine (inquit Aristoteles)

Nec enim Antipodarum. Antipodes seu Antipodes (utroque enim modo Latini possunt inflectere, teste Prisciano)



DE QUATVOR TEMPORIBVS, ELEMENTIS, HV MORIBVS. CAPVT XXXIII.

Tempora sunt anni quatuor, quibus sol per diuersa cæli spacia discurrendo subiectū temperat orbem: diuina utiq; procurante sapientia, ut non semper eisdem commoratus in locis, feruoris ariditate mundanum depopuletur ornatum, sed paulatim per diuersa commigrans, terrenis fructibus nascendis maturandisque temperamenta custodiat.

sum sequentium Calendis approximentur, unumquodq; tamen medium temporum, id est, uer-  
 ni & æstatis, autumnus & hyemis teneat, & non exinde temporum principia inchoentur, unde me-  
 sium Calendæ initiantur, sed ita unumquodq; tempus inchoandum est, ut à prima die ueris tem-  
 pus æquinoctiū diuidat, & æstatis IX. Cal. Iul. & autumnus VIII. Calēdas Octob. & hyemis VIII.  
 Calēdas Ian. similiter diuidat. Vbi autem Dei populus in lege temporum faceret initia, testa-  
 tur scriptura, quæ præcepit dicens: Obserua mensem nouarum frugum, & uerni primū tempo-  
 ris, & facies Phase domino Deo tuo. Quæ secuti esse Aegyptij uidentur, ex eo quod eruditissimus  
 eorum Antistes Protereus ait: Illud etiam oportet attendere, quod errent nimium, qui primi me-  
 sis initium lunaris cursus à XXV. die mensis Phamēoth, qui est XII. Calēdas April. omnino  
 esse constituunt, eo quod tunc initium uerni temporis, ab ijs qui hoc inuenire uoluerūt, cum om-  
 ni diligentia præfixum esse uideatur. Vocatur autem uer, quod in eo cuncta uernent, hoc est ui-  
 rescant. Aestas ab æstu, qui in ea maturādis fructibus datur. Autumnus, de autumatione fructuū,  
 qui in eo colliguntur. Porro hyems à doctoribus frigus interpretatur, & sterilitas. Et hæc quidem  
 nostris partibus temporum uocabula congruunt. Verum Indos, ubi alia cœli facies, alij sunt or-  
 tus siderum, binas æstates in anno, binas habere perhibent messes, media inter illos hyeme Ete-  
 siarum flatu, nostra uerò brumali lenes ibi auras, & mare nauigabile narrant. Sed & Aegyptus  
 nostra hyeme media, maximè campos herbis floreat, & syluas fertur habere pomis onustas.

GLOSSAE IN CAP. XXXIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bredfero Ramesiensi.

Tempora sunt uices mutationum, quibus sol accedendo uel recedendo anni temperat orbem. Hyems enim illo longius morante,  
 frigidus est & humidus, uer illo redeunte humidum & calidum, æstas illo superferente, calida & sicca, autumnus illo decedente sic-  
 cus & frigidus. Hæc antiqui sexto die ante idus Februarius & Maias, Augustasq; & Nouembres inchoabant, ut solstitia & æquino-  
 ctia in medio essent temporum. Ver autem orienti comparatur, quia tunc ex terris omnia oriuntur. Aestas meridiano, eo quod pars  
 eius calore flagrantior sit. Autumnus occiduo, eo quod ob confinium caloris & frigoris graues morbos habeat. Hyems septentrio-  
 ni, eo quod frigore torpeat.

Tempora sunt anni quatuor, quibus sol per diuersa cœli spacia discurrendo, subiectum tem-  
 perat orbem. Tempus iuxta Hebræos integer annus est, secundum illud in Daniele: Tempus & tempora, & dimidium tempo-  
 ris. Per tempus, annum significat; per tempora, duos annos; per dimidium, menses sex. Iuxta Latinos autem unius anni quatuor tem-  
 pora ascribuntur: hyemis, ueris, æstatis atq; autumnus. Iuxta allegoriam, hyems temporalis intelligitur tribulatio, quando tempesta-  
 tes & turbines seculi incumbunt. Aestas est fidei persecutio, quando doctrina perfidia ariditate siccatur. Ver est nouitas fidei siue  
 pax, quando post hyemis tribulationem, tranquillitas ecclesiæ redditur, quando mensis nouorum, id est pascha agni celebratur: quan-  
 do terra floribus, id est ecclesia sanctorum cœtibus decoratur. Item ueris & autumnus, cum pleiades media serē die uel nocte oriu-  
 tur uel occidunt, ponentes ingressum. Pleiades sunt multe iuges stellæ, quas etiam botrum appellamus à multitudine stellarum. Nam  
 & ipse septem esse dicuntur, sed amplius quam sex nullus conspiciere potest. Hæc ab oriente surgunt, & appropinquante diei clara-  
 tate stellarum eius ordo distenditur. Pleiades autem à pluritate uocate sunt, quia pluralitatem Græci πλειάδα appellat. Hæc  
 Latini uergilius appellauerunt, eo quod post uer exoriuntur: & eo magis cæteris predicantur, quod his orientibus æstas significa-  
 tur: occidentibus uerò hyems ostenditur, quod alijs penitus non est traditum signis. His autem stellis ab eo quod septem sunt, & splen-  
 dide micant, sancti omnes septiformis spiritus uirtute fulgentes significantur: ab eo autem quod sibi uicinantur, sed non se contin-  
 gunt, charitate proximos, sed tempore diuisos Dei prædicatores ostendunt.

SCHOLIA IN CAP. XXXIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.


Horum autem temporum principia. Iam supra meminimus, auctores uariare in ratione horum temporum, ple-  
 rique respiciunt eorum qualitates, quæ sunt ex calido, frigido, humido & sicco: quæ ubi natura primum mouet atq; excitat, manifesta  
 sunt operationibus inde subsequentibus, statuuntur ex eo temporum discrimina: sed quia omnibus annis pari ratione non accidit, dia-  
 stincta sunt tempora ex ortibus stellarum fixarum. Habent autem singule partes qualitates elementares: ut uer, humidum & cali-  
 dum, aeris naturam sortitum est: æstas, sicca est & calida uelut ignis: autumnus, frigidus & siccus: hyems, frigida & humida, qualis  
 & natura humoris est. Nam & hyems ab uer dicitur, quod est plueri.

Media inter illos hyeme Etesiarum flatu. Etesie, uenti sunt quos anniuersarios quidem uocant, qui flant post  
 exortum canis spacio quadraginta dierum ex septentrionibus, quorum flatus ualidiores sunt in austrinis quam in arctois regioni-  
 bus. Vide libro secundo uer. aq. v.

Figuras quas hic subieci, sic pictas inueni in exemplari scripto, quæ quia non nihil ad hoc caput faciēbant, uidebantur non esse  
 omittenda. Priori figuræ sic fuit adscriptum.

DE TEM


DE TEMPORIBVS AC PARTIBVS EIVS, ET  
 QUALITATIBVS ANNI, SCHEMA.



S, signum semis significat, quælibet enim dictio mensuræ, seu in partibus astis suam quandam characterem, de quibus & apud Be-  
 dam de partibus astis, & plerosq; alios uetustiores grammaticos: sed descriptorum inscitia uel negligentia corruptæ sunt, neq; enim  
 cuiusmodi apud Bedam ponuntur, respondent antiquitatibus sculptis aut pictis.

Subieci hic alteram figuram, quam in codice uetustissimo sic ad literam inueni, cui hoc adscriptum fuit.

DE CONVENIENTIA COSMI, MICROCOSMI, ET ANNI.



m 4

DE AN

DE ANNIS NATURALIBVS. CAP. XXXIII.

Annus uel ab innouando cuncta quæ naturali ordine transierant, uel à circuitu temporis nomen accepit: quia ueteres am pro circum ponere solebant, ut Cato dicit in Originibus Orationum, am terminum, id est, circum terminum: & ambire dicitur, pro circumire. Est autem annus lunaris, est & solaris, est & errantium discretus stellarum, est & omnium Planetarum unus, quem Magnum specialiter nuncupant. Sed lunaris annus quadrifarie accipitur: primus est nancq, cum luna xxvii. diebus, & viii. horis Zodiacum percurrens, ad id signum ex quo egressa est reuertitur. Secundus duobus diebus, & quatuor horis prolixior, qui consuevit mensis appellatur, cum solem, à quo noua digressa est, xxix. diebus, & xii. horis exactis iam defecta reperit. Tertius, qui xii. mensibus huiusmodi, id est, diebus cccliiii. expletur, & uocatur communis, eo quod duo sepius tales pariter currant. Quartus qui ἐμβόλιμος & grace dicitur, id est, supra augmentum, & habet xiiii. menses, id est, dies cccclxxxiiii. qui uterq, apud Hebreos à principio mensis paschalis incipit, ibidemq, finitur. Apud Romanos uero ab incipiente luna mensis Ianuarij sumit initium, ibiq, terminatur. Item solis est annus, cum ad eadē loca siderū redijt, peractis cccclxv. diebus, & vi. horis, id est, quadrante totius diei, quæ pars quater ducta cogit interponi diem unū, quod Romani bissextum uocant, ut ad eundem circuitum redeatur. Quartus solaris gyri annus bissextilis est, cæteris tribus uno die prolixior, quo confecto sol ad cuncta signorum loca eisdem dierum noctiumq, quibus ante quadriennium reuertitur horis. Annus errantium stellarum est, quo illarum quæq, Zodiaci ambitum perlustrat, de quo supra diximus. Annus magnus est, cum omnia simul errantia sidera ad sua quæq, loca, quæ simul habuere, recurrunt. De quo Iosephus in primo Antiquitatū libro, cap. 4. cum longæuitatem primorum hominum describeret, ita meminit: Nullus autem ad uitam modernam, & annorū breuitatem, quibus nunc uiuimus, uitam cōparans antiquorum, putet falsa quæ de illis sunt dicta, & eo quod nunc uita tanto non ducatur tēpore, credat neq, illos ad uitæ illius longitūdinem peruenisse. Illi nancq, cum essent religiosi, & ab ipso Deo facti: cumq, eis pabulā opportuniōra ad maius tempus existerēt præparata, tantorum annorum curriculis rite uiuebant: deinde propter uirtutes & gloriosas utilitates, quas iugiter perscrutabantur, id est, Astrologiam, & Geometriam, Deus eis amplius uiuendi spacia condonauit, quæ nunc haud ediscere potuissent, nisi sexcentis uiuerent annis: per tot enim annorū curricula magnus annus impletur. Annus autem ciuilem, id est, solarē, Hebræi ab æquinoctio uerū, à solstitio Græci, Aegyptij ab autumno, à bruma incipiunt Romani.

GLOSSAE IN CAP. XXXIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Bredeferto Ramensi.

Annus ab innouando cuncta quæ naturali ordine transierant, uel à circuitu temporis nomen accepit: quia ueteres pro circum, an ponere solebant, &c. ] Annus solaris uel ciuilis est, dum sol cccclxv. diebus & quadrante zodiacum peragit: quem Romani à bruma, Hebræi ab æquinoctio uerno, Græci à solstitio, Aegyptij ab autumno inchoant. Annus communis lunaris, duodecim lunis, id est diebus ccccliiii. embolisimus xiiii. lunis, & diebus cccclxxxiiii. impletur, à luna paschali sumentes initium. Annus magnus est, dum omnia sidera certis cursibus exactis ad locum suum reuertuntur, quem D.C. annis solaribus Iosephus dicit impleri. Deinde propter uirtutes & gloriosas utilitates, quas iugiter perscrutabantur, id est astrologiam & geometriam Deus eis amplius spacia uiuendi condonauit. Geometria, est disciplina magnitudinis & formarum. Nam geometria de terra & de mensura nuncupata est. Terra enim Græce γε uocatur, Metra mensura. Astronomiam primi Aegyptij inuenerunt: astrologiam uero & natiuitatis obseruantiam Chaldei primi docuerunt. Inter astronomiam autem & astrologiam aliquid differt. Astronomie ratio modis plurimis constat. Diffinit enim quid sit mundus, quid cœlum, quid sphaera situs & cursus, quid axis cœli & poli, quid sint climata cœli, quid cursus solis & lunæ, atq; astrologia: astrologia uero partim naturalis, partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis & lunæ cursus, uel stellarum certas temporum stationes. Superstitiosa enim est illa quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quiq; etiam duodecim cœli signa per singula anime uel corporis membra disponunt, siderumq; cursu natiuitates hominum & mores prædicare nituntur.

SCHOLIA IN CAP. XXXIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Ioanne Nouiomago.

Annus ab innouando. ] Hactenus Beda per quandam præparationem ad anni temporis descriptionem, explicauit solis effecta quedam, ac alias circūstantias: ab hoc autem capite usq; ad principium annalium, cōgessit quedam de annorum uarietate. Annus enim postrema temporis erat pars, ex his quas in principio libri proposuimus. Et ordo requirebat, ut priusquam annales exponeret, redderet rationem annorum. Est autem annus (ut generaliter definiamus) certum temporis intervalum, quod fit, dum solum aliquid errans signiferum orbem suo motu per signorum ordinem integrè absoluit. Unde & annorum epitheton, apud ueteres quoq; sumptum ex Astrologia, uertens annus, quod fiat planete cuiuslibet per zodiacum conuersione, quo epitheto aliqui utuntur scriptores, ad exprimendam naturam anni, aliquando ad differentiam annorum, qui non stellarum motibus computantur, sed arbitrio hominum. Ut uere uertens annus solis, constat diebus cccclxv. & quadrante: at uulgaris est quadrante minor, bissextilis est semisse & quadrante maior: sic & lunæ anni, aut sunt uertētes, aut uulgares. i. quibus nos propter faciliōrū computationem aut detrahimus, aut addimus aliquid.

Quia ueteres am pro circum. ] Sic & F. Pompeius, Am, inquit, præpositio loquelaris significat circum, unde seruus ambas

ambactus, id est, circumactus. Quin & Græci eodem respicientes annum uocant ἔνια, quod in sese redeat, quæ natura est ambitus & circuli.

Quem magnum specialiter nuncupant. ] Magnum annum uocant dum omnes siderum motus etiam tardissimè semel suos cursus cōficiunt. Hic uere uertens à Cicerone dicitur, in extenuatione humanæ uitæ, libro sexto de Repub. in quo multa mīlia annorum uertentium cōtinentur. Sed de eo numero nondum satis constat: recentiores terminant LXXIII. annorum solarium: quæ de re si pluscula cognoscere libet, uide Macrobiū in somnium Scipionis. Dicuntur & solares anni magni respectu lunarium, ut apud poetam. Interea magnum sol circumuertitur annum, ex quo uersu & ratio uertentis anni constat.

Embolismus. ] Id est, adiectitiuus: uide Macrobiū, sed ille menses ἐμβόλιμους non annum uocat.

Annus magnus est. ] Vocant & hunc annum Platicum, mira enim fuerunt eius de hoc anno placita.

DE DISPARIBVS ANTIQVORVM ANNIS. CAP. XXXV.

Hæc de annis sint dicta naturalibus, cæterum antiquos diuersarum gentium populos diuersè se in obseruatione annali à uero deuiasse etiam beatus Augustinus edocet: qui cū in duodecimo de ciuitate Dei libro contra eos ageret, qui etiam sanctam scripturam putabant aliter primis seculi temporibus annos computasse, id est, tantæ breuitatis, ut unus annus noster decem illos habuisse credatur, dicentes. Cum audierit quisq; uel legerit nongētos annos quæq; uixisse, debet intelligere non aginta: decem quippe illi anni unus est noster, & decem nostri, centum illi fuerunt. Dicit inter alia. Ut autem aliter annum tunc fuisse computatam non sit incredibile, adficiunt quod apud plerōsq; scriptores historiae reperitur. Aegyptios habuisse annum 1111. mensium, Acarnanas vi. mensium, Lauinos xiiii. mensium. Plinius secundus cum commemorasset relatum fuisse in literas, quendam uixisse cclii. alium decem amplius, alios ducentorum annorum habuisse uitam, alios trecentorum annorum, alios quadringētorum, quosdam ad quingētos, alios ad sexcentos, nonnullos ad octingētos etiam peruenisse, hæc omnia inficitia temporum accidisse arbitratus est. Alij quippe, inquit, astate determinabāt annum, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades inquit, quorum anni trimēstres fuerūt. Adiecit etiam aliquando Aegyptios, quorum paruos annos quaternorum mensium fuisse supradiximus, lunæ sine limitasse annum. Itaq; apud eos, inquit, in singula mīlia annorum uixisse produntur.

GLOSSAE IN CAP. XXXV. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Bredeferto Ramensi.

Qui etiam sanctam scripturam putabant aliter primis seculi temporibus annos computasse, id est tantæ breuitatis, ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Ideo hoc putabant, quia non credebant homines uiuere in primis seculi temporibus nongētos annos: nec etiam amplius quàm modò uiuunt. Iccirco estimabant sanctam scripturam computasse spacia annorum aliter quàm nunc temporis, quod nullo modo credendum est. Itaq; apud eos, inquit, & singula mīlia annorum uixisse produntur. Post hæc igitur uerba paruō factō interuallo, beatus Augustinus ita subinfert: Quid dicam de Cainan, qui cum apud nos centum septuaginta reperitur, apud Hebræos septuaginta legitur fuisse annorum, quando genuit Malaleel: Quis genuerat homo septennis, si tūc anni septuaginta nuncupabantur, qui septem fuerunt: Sed cum hoc dixerō, continuo referretur illud iudeorum esse mendacium. Item post pauca: Nunc iam uideamus quo nam modo euidenter positi ostendi, non tam breues, ut illi decem unus esset noster: sed tantæ prolixitatis annos, quantæ nunc habemus, quos utiq; circuitus conficit solis, illorum hominum uita prolixissima computatos. Sexcentesimo nempè anno uita Noe, scriptum est, factum esse diluuiū. Cum ergo ibi legitur: Et aqua diluuij facta est super terram sexcentesimo anno in uita Noe, secundi mensis, decimo septimo die mensis: si annus ille minimus, quales decem faciunt unum nostrum, triginta sex habeat dies, tantillus quippe annus si antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menses, aut mensis eius est triduiū ut habeat duodecim menses. Quomodo igitur hic dictum est sexcentesimo anno secundi mensis, decimo septimo die mensis, nisi quia tales quales nunc sunt, etiam tunc erant menses: Nam quo pacto aliter decimo septimo die mensis secundi, diceretur ceptum esse diluuiū? Deinde postea in fine diluuij ita legitur: Et sedit arca in mense septimo, septima & uicesima die mensis super montes Ararat: aqua autem minuebatur, usq; ad decimum mensem, decimo autem mense prima die mensis, apparuerunt cacumina montium. Sè igitur tales menses erant, tales profectò & anni erant, quales nunc habemus. Menses quippe illi triduiā uiginti & septem dies habere non poterant. Aut si pars trigesima tridui tunc appellabatur dies, ut omnia proportione minuantur, ergo nec toto quadratuo nostro factum est illud tam grande diluuiū, quod memoratur factum quadraginta diebus & noctibus. Quis hanc absurditatem & uanitatem ferat? Proinde remoueatur hic error, qui cōiectura falsa ita uult astruere scripturarum nostrarum fidem, ut alibi destruant: Prorsus tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc est, quem uiginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnoq; determinant. Tantus mensis quantus & nunc est, quem luna cepti & finiti concludit. Tantus annus quantus & nunc est, quem duodecim menses lunares, additis propter cursum solarem quinq; diebus & quadrante consummant: quanti anni sexcentesimo uita Noe, secundi mensis, decimo septimo die mensis, quando ceptum esse diluuiū, in quo dies quadraginta continuatè ingentes plura uia memorantur. Qui dies non binas aut paulo amplius, scilicet quatuor minuta horas habent, sed uicenas & quaternas die noctuq; transactas: ac per hoc tam magnos annos uixerunt illi antiqui, usq; amplius quàm DCCC. quantos postea uixit Abraham CLXX. & V. & post eum filius eius Isaac CLXXX. & filius eius Iacob propè CL.

& quantos interposita aliquanta etate Moyses CXX. & quantos etiam nunc uiuunt homines LXX. uel LXXX. uel nō multo amplius de quibus dictū est, & amplius eius labor & dolor.



SCHOLIA IN CAP. XXXV. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Plinius secundus cum commemorasset, &c.] Locus est apud Plinium de spacijs uitæ longissimis, libro septimo capite quadragesimo octavo.

Arcades inquit, quorum anni trimestres faciunt.] Arcades primi mortalium putantur, primumq; obseruasse tempora ex lunæ cursu, unde fabula uulgatum est eos fuisse luna antiquiores. Est et lunæ species crescentis (quæ uero eisdem dicitur) etiamnum insigne et Arcadiæ et Græciæ, quod sibi usurpat natio Turcarum.

DE RATIONE BISSEXTI. CAP. XXXVI.

De ratione bissexti non noua nunc cudere, sed quæ in epistola roganti amico quondam dixi, etiam in inferere opusculis placuit, ubi post præfationem congruam ita subiicit. Sicut, inquam, saltum lunæ quem dicunt, locus et hora citior incensionis eius per x. & ix. annos efficit: ita eodem trario bissexto non alia causa, quam tarditas solaris cursus generat. Sunt enim nonnulli qui facilitate computandi absq; labore comprehendant, quanta bissexti crescentis particula per singulos annos, uel menses, uel etiam septimanas, & dies incessantes adimpleatur. Nec tamen dicere nouerint, qualiter eadem particula crescat, uel quæ sit causa, quæ ueratio cremæti ipsius, quid uenasceretur erroris infesti, si non ipse dies bissexti suo iuxta morem necessarium intercalaretur in ordine. Bissexto igitur ex quadrantis ratione per quadriennium conficitur. Quadrantem namque solent appellare quartam partem cuiuslibet rei, uerbi gratia, pecuniæ, temporis, loci: & ideo quarta pars diei, qui xxxiiii. horis cum sua nocte completur, id est, horæ vi. quadrans consueuit uocatur. Quadrantis autem huiusce per quadriennium in diem integrum colligendi, & in loco suo intercalandi hæc est ratio, quia sol annuum cœli ambitum, id est, xii. signa circuli Zodiaci notissima, non in cccclxv. diebus, sed superadditis vi. horis adimplere cognoscitur: unde fit, ut si uerbi gratia, nunc æquinoctialem cœli locum mane oriens intrauerit, in hunc anno sequente meridie, tertio uespere, quarto media nocte, quinto rursus in exortu diei, utpote completo diei totius circuitu recurrat, licet necessario diem superfluum admoneat ubilibet interponendum, anniq; quarti plenitudinæ esse copulandum. Quem Aegyptij anno suo solenniter expleto, id est, 1111. Calendarum Septembrium, Romani autem vi. Calendarum Martiarum die, unde & bissexto uocant, intercalare consueuerunt. Quod si quis calculatorum facere negligens ccc. solis ac lxxv. diebus omnes se annos agere debere putauerit, magnum sibi mox inueniet annui circuitus occurrisse dispendium, ita ut post aliquot annorum uertentium curricula, æstiuis mensibus uernum tempus, uernis brumale, brumalibus autumnale, autumnalibus æstiuum se offendisse peruersus cõputator horrescat. Si cui sane quæ de Signifero & cœli ambitu paucis diximus, forte habentur incognita, huic uulgari, & fortassis compendiosiori, ac manifestiori ratione satis facere curauimus, ut qui cœli signis intendere puerili in schola non didicit, saltem horologij lineis in terra, quæ necessaria quærit apprehendat. Et hic ergo sciat, solem morulis suis & tarditate quotidiana quadrantis huius annui disponente opere Creatoris esse ministrum, quem diligentior inquisitio declarat, non ad eandem horologij lineam per cccclxv. dies posse plene reduci, sed si, uerbi gratia, præsentis anno in æquinoctio uernali, quod iuxta Aegyptios, qui calculatorum palmam tenent, xii. Calendarum Aprilium die solet uenire, à medio orientis surrexerit, eadem die post annum aliquanto inferius oriri, & tertio, quarto, quintoq; anno eandem diminutionem in tantum naturali sui cursus augere temperantia, ut nisi dies bissextilis antea iuxta morem intercalaretur, iam xi. Calendarum Aprilium die facturus æquinoctium à medio surgat orientis, eandem nihilominus tarditatis suæ constantiam in cæteris quoq; per totum annum seruaturus exortibus simul & occasibus.

GLOSSAE IN CAP. XXXVI. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bridesfero Ramensiensi.

Quia sol annuum cœli ambitum, id est, duodecim signa circuli zodiaci notissima, non in cccclxv. diebus, sed superadditis sex horis, adimplere cognoscitur. Si uis scire unde oritur bissexto, scito quia sol stat in unoquoq; signo triginta diebus & decem semis horis. Quapropter multiplicata duodecies triginta, sunt cccclx. iterum quia stat decem horis, multiplicata duodecies decem, & sunt cccxx. horæ. Has igitur diuide per uiginti quatuor. Viginti quatuor horæ faciunt unum diem, xl. & viii. duos, xcvi. quatuor. cccxx. quinq;. Ecce cccclxv. dies. iterum quia stat decem semis horis, multiplicata duodecies semis, & sunt sex horæ. E quibus bissexto annuatim subrescere solet. Primo igitur anno præparationis bissexti, prima hora noctis quæ diem xv. Cal. April. præcedit, intrat sol in arietem. Hæc igitur glossa iam superius pleniter est scripta.

Bissexto ex quadrantis ratione per quadriennium conficitur, dum sol ad id signum ex quo egressus est, non in cccclxv. diebus, sed quarta diei parte superadicta reuertitur. Verbi gratia, si nunc æquinoctialem cœli locum sol oriens intrauerit, in hunc anno sequente meridie, tertio uespere, quarto medio noctis, quinto rursus in exortu recurrens: necessario diem præmonet augendū, ne si forte non addatur per cccclxv. annos æquinoctium uernale, solstitiali die proueniat. Quem Aegyptij anno suo expleto, id est, quarto Calend. Septemb. Romani sexto Calend. Marti. unde & nomen accepit, interponunt. Breuiori autem & uulgari ratione, bissexto

bissexto retardatio generat solis, non ad eandem lineam per cccclxv. dies plene redeuntis, quem si uerbi gratia in æquinoctio uernali, quod iuxta Aegyptios xii. Calendarum Aprilium die prouenit, surgentem à medio orientis diligenter annotauerit: hunc anno sequente die uidelicet eodem, aliquanto inferius oriri, & tertio, quarto, quintoq; anno eandem diminutionem in tantum augeri reperies, ut nisi diem ante superadictis, undecimo Calend. April. æquinoctium facturus sol à medio surgat orientis, eandem scilicet tarditatem in cæteris quoq; seruaturus exortibus.

SCHOLIA IN CAP. XXXVI. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Sunt enim nonnulli qui facilitate computandi.] Non est difficile computandi hic modus, fit enim sectione partium dodecamorij, præterea distributione minorum in singulos dies, quibus annus solaris constat, quot minutis uidelicet sol quotidie minus promoueat in signifero, quam integram partem tricesimam dodecamorij portionem, de qua & supra cõmeminimus. Sed hoc loco indicem subijcere libuit motum solis ac lunæ, quantum scilicet singulis temporum momentis in signifero spacijs conficiat.

Table with 10 columns: Sol qualibet hora, Sol quolibet die, Sol quolibet anno, Sol anno et horis 6., Luna qualibet hora, Luna quolibet die, Luna diebus 27. et 8. horis, and 3 empty columns. Each row contains numerical values representing time intervals.

In hac figura primus ordo ostendit quot signa sidus per id tempus in cœlo transeat: secundus partes tricesimas dodecamorij: tertius quot minuta prima dicuntur autem minuta prima sexagesimæ partes uniuscuiusq; partis tricesimæ seu gradus: quartus minuta secunda: quintus minuta tertia. Progrediuntur enim Mathematici in infinitum hac sectione, quæ fit per minuti antegressi sexagesariam diuisionem.

Constat ex hoc indice, per computationem additionis aliquanto plus intercalari, quam uerus solis motus exigit; ob id contingit solstitium, & brumam & æquinoctia citius uenire (quod ad computationem mensium attinet) etate nostra, quam Ciceronis, aut Plinij: de qua re superius plura sunt dicta.

Quem Aegyptij anno suo solenniter expleto.] Tametsi Aegyptij aliter intercalent quam Romani, eadem tamen utrobique ratio. Vterq; enim diem intercalarem ultimo mensi apponunt, quia adiectione crescere debent extrema magnitudinis partes. Romanis autem fuit primus Martius, ante quam intercalabant. Sic Aegyptij circa autumnum exeunte anno.

Saltem horologij lineis in terris.] Horologium intelligendum est quale superius descripsi, uis scilicet horoscopi, quam scaphen Vitruuius uocat: in alijs namq; nescio, quo pacto id deprehendi possit.

DE MENSURA CREMENTI ET BISSEXTI, LIS. CAPVT XXXVII.

Sed & de mensura cremenit bissextilis ne tenostra lateat sententia, dicimus quadrantem eius diei, id est, sex horas per annū ad crescere, horam autem per duos menses, dimidium uerò horæ per unum mensem, solis dico naturalem. Porro quartam partem horæ, id est, punctum per me dium mēsis, quia solē nouimus Zodiacū circulū, id est, duodecim signa horoscopi per cccclxv. dies, & vi. horas ambire. Singula autem signa eiusdem Zodiaci per xxx. dies, & x. horas, ac semissimam naturali cursu peragere: dimidium uerò signi cuiusq; per xv. dies v. horas & quadrantem unius horæ percurrere. Nec omnino putamus eorum suscipiendam esse sententiam, qui quæ sita esset, non ante annorum viii. circuitum dies, qui creuerat totus completeretur: diem namq; totum, id est, cum sua nocte xxxiiii. habere horas, etiā uulgus ignobile nouit. Qui dum totus per quadriennium non negetur impleri, qua ratione quarta pars eius per singulos 1111. annorum negatur impleri? Verum si quis nostram in hoc spernendam putat assertionem, legat beati Aurelij Augustini quartum de sancta trinitate libellum, ubi de senarij numeri, in quo mundus factus est, perfectione disserens, etiam huius quadrantis mentionem facere, imo & eum certi mysterij gratia per omnipotentem conditoris sapientiam prouisum factumq; docere non omisit. Vnum em, inquit, & duo & tria, sex fiunt: qui numerus propterea perfectus dicitur, quia partibus suis completus

completur. Habet enim eas tres, sextam, tertiam & dimidiam, nec ulla pars alia, quæ dici possit quæ sit inuenitur in eo. Sexta ergo eius unum est, tertia duo, dimidia tria. Vna autem, & duo & tria consummât eundem senarium, cuius perfectionem nobis scriptura sancta commendat in eo maxime, quod Deus vi. diebus fecit opera sua, & sexto die factus est homo ad imaginem Dei, & sexta ætate generis humani, filius Dei uenit, & factus est filius hominis, ut nos reiformaret ad imaginem Dei. Annus etiam unus, si xii. menses integri considerentur, quos tricenarius dies complet, talem quippe mensem ueteres obseruauerunt, quæ circuitus lunaris ostendit, senario numero pollet. Quod enim ualent sex in primo ordine numerorū, qui constat ex unis ut perueniatur ad x. hoc ualent lx. in secundo ordine, qui constat ex denis, ut perueniatur ad centum. Sexagenarius ergo numerus dierum, sexta pars anni est. Et paulo post: Proinde, inquit, per senarium primi uersus multiplicatur, tanquā senarius secundus uersus, & sunt sexies sexageni trecenti & sexaginta dies, qui sunt integri xii. menses. Sed quoniam sicut mensem circuitus lunæ ostendit, hominibus, sic annus circuitu solis animaduersus est: restant autem v. dies, & quadrans diei, ut sol impleat cursum suum, annumq; concludat: quatuor enim quadrantes faciunt unum diem, quem necesse est intercalare ex cursu quadriennio, quod bissextum uocant, ne temporum ordo turbetur. Etiam ipsos v. dies & quadrantem si consideremus senarius numerus in eis plurimum ualet: primo, quia sicut fieri solet, ut à parte totum computetur, nō sunt iam dies quinq; sed potius sex, ut quadrans ille accipiatur pro die. Inde quia in ipsis quinq; diebus sexta pars mensis est, ipse autem quadrans vi. horas habet: totus enim dies, id est, cum sua nocte xxxiiii. horæ sunt, quarum pars quarta, qui est quadrans diei, vi. horæ inueniuntur. Ita in anni cursu senarius numerus plurimum ualet. Hæc de tanti authoris excerpta dictis libuit, ut de natura bissexti mæ pusillitatis sensum relegens, non solum hunc per senas horas annuatim crescere, sed & multiplicem eiusdem senarij numeri perfectionem, quæ & annus ipse constat ex ore doctissimi Tractatoris intelligas.

GLOSSAE IN CAP. XXXVII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramesiensi.

Senario numero pollet, &c.] Sex enim particuli sunt. Primus ordo numerorum est, ab uno usq; ad decem: secundus, à decem usq; ad centum: tertius, à centum usq; ad mille: quartus, à mille usq; ad decem milia: quintus, à decem milibus, usq; ad centum milia: sextus, à centum milibus, usq; ad nongenta milia. Hoc ualent sexaginta in secundo ordine. Sicuti senarius numerus continetur in sex, in primo ordine numerorum, sic & senarius numerus continetur in sexaginta, in secundo ordine. Sexies enim unus, sex, sexies decem, sexaginta.

QVARE SEXTO CALENDAS MARTIAS INTERCALAVIT. CAPVT XXXVIII.

OB hoc autem bissexti diem in mense Februario placuit intercalare Romanis, quia hic breuior cæteris, & extremus anni mensis erat. Verum ideo nondum expleto eo, quem admodum Aegyptij & Græci decurso totius anni sui curriculo facere uolebant, ne omnino discissa lege sua ueteri, initium Martij mensis à Februario sine seiungerent. Ideo non ante sextum Calendarum Martiarum diem, quia Deum Terminum colentes, Terminalia sacra, quæ uicesimo tertio mensis eiusdem die semel instituerant, in alium diem mutare prorsus non audebant: sed ipsi ritè celebratis, sic tandem necessarios aliquandiu per plures, crescente autem per ætates seculi peritia, unum quadrantis interponebant diem. Heu miseri desipientes, qui nescientes eum, cuius regni non erit finis, qui dixit: Ego sum principium, quod & loquor uobis, Terminum diuino cultu honorandum, & ei sacra ac sacrificia credebant agenda. Sed multo miserius dementes, qui habentes promissionē regni cœlestis, his potius, quæ termino sunt obnoxia adherere perituri, quàm ad æterna uolunt properare, sine fine uiuuri.

QVOD ET LVNA QUADRANTEM HABEAT. CAPVT XXXIX.

INTER hæc autem meminisse debet calculator, ut lunam mensis Februarij cæteris annis xxx. dierum, anno autem bissextili computet xxx. siue illam ante intercalatum quadrantem, seu postmodum terminari contingat. Cuius adiectione diei efficitur, lunarem tunc annum, si communis sit, cccclv. si embolismus, cccclxxxv. diebus compleri. Palam namq; apparet quadrantem, de quo sermo est, non ad solis tantummodo, sed ad lunæ cursum æque pertinere: quia si lunæ quoq; quadrantem accommodare negaueris, sed bissextili anno eiusdem quantitatis mensem lunarem Februario, cuius & antea solebas apraueris, sit profecto ut & quartadecima luna paschalis eiusdem anni, pridie quàm debuerat adueniat. Ideoq; paschalis ratio uacillet, & totius moribus euertatur. Quare oportet, ut sicut dictante quadrantis ratione, quarto anno, quem bissextilem dicimus in una eademq; sexta Calendarum Martiarum linea, uerbi gratia, tertiam quartamq; solemus

solemus ponere feriam, ita etiam tunc ibidem lunam, uerbi gratia, tertiam simul ac quartam computare meminerimus. Hæc semper industria peruisiles, ut cum lunæ mensis Februarij tunc uno die plus quàm solebat habere fecerimus, in diebus tamen Calendarum Martiarum excepto solum undecimo circuli decennouenalis anno, ipsam quam & ante consueuerat luna seruet ætatē. Nam & ideo maxime lunæ quadrantem dandum monemus, ne maior solito in Calendis Martias existendo, ratum paschalis obseruantia cursum recto à tramite deflectat. Quibus autem quātis ue temporum particulis idem lunæ quadrans ad crescat, maiore quæsitur indiget: namq; cum ipso quadrante etiam crebra embolismorum interruptio, & saltus quoque ratio, ne tota discursus lunaris mensura ad purum dinosci queat, oblitit.

GLOSSAE IN CAP. XXXIX. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramesiensi.

Quare oportet, ut sicut dictante quadrantis ratione quarto anno, quem bissextilem dicimus, in una eademq; sexta Calendarum Martiarum linea. Verbi gratia, tertiam quartamq; solemus ponere feriam, ita etiam tunc ibidem lunam: uerbi gratia, tertiam simul ac quartam computare meminerimus: hæc semper industria peruisiles, ut cum lunam mensis Februarij, tunc uno die plus quàm solebat, habere fecerimus: in diebus tamen Calendarum Martiarum, excepto solum undecimo circuli decennouenalis anno, ipsam quam & antea consueuerat luna seruet ætatē. Quisquis istud argumentum legerit, & forte illam falsidicam glossam inuenierit, que uanam ætatē lunæ bis in una luna, scilicet in sexto Calend. Mart. hodie, & similiter in sexto Calend. Mart. crastina die: id est, primā hodie, & primam crastina die (turbato ordine computare docet) caueat ut nequaquam illam credat, sed recto atq; ordinato tramite eam pronunciet, uidelicet hodie primam, cras secundam: uel si hodie secundam, crastino tertiam: aut si hodie tertiam, mane autem quartam. Sic & de cæteris ætatibus suis à prima usq; ad trigessimam intelligendum est, quia aliter Februaris bissextili anno tricesimā lunā habere non potest, & aliter decimaquarta luna in termino paschali nō erit: sed potius quod nefas est dicere, quinta decima.

DE SALTU LVNAE. CAPVT XL.

DE quo tamen saltu uerisimile apparet, quod eum citior quàm uulgo putatur lunaris incensiois locus & hora procreet. Nam quomodo fieri posset, ut per annos denos & nouenos unum necesse esset solito dierum lunæ numero auferri, si nō hoc uelocitas aliqua lunaris gyri paulatim toto circuli decennouenalis tempore procuraret? Quomodo econtra tarditate cursus solaris agi probatum est, ut unus per quadriennium eius cursui dies augeatur. Huius autem uelocitatis, & ut ita dicam, anticipationis, tametsi ordo non facile patet, mensura nequaquam latet. Constat enim quia diminutio illa, atq; ablatio diei unius, quæ quoquo modo agitur, per denos & nouenos annos tota cōficitur, hora per annos singulos, & uno puncto, & nonadecima parte unius puncti augetur. Dies namq; xxxiiii. habet horas, è quibus cum xxx. totidem annis circuli decennouenalis distribueris, remanent v. has per l. multiplica, quia uidelicet hora quatuor punctis constat, fiunt xxx. da singulos annis singulis, & remanet unus: hunc diuide per xix. & uide bis quod ad saltum lunæ complendum, ut diximus, annuatim, hora & punctus, & nonadecima pars puncti unius ad crescit. Non ergo unis isdemq; uel articulis temporum, uel cœli climatibus lunæ celebratur accensio, sed semper aliquanto citius quàm præcedenti mense prouenerat, ut sit uide unus anno nonodecimo transiliatur dies. Diuersis autem locis circuli decennouenalis, diuersi quicq; calculatores hunc eundem lunæ saltum interponendum, id est, mensem lunarem, qui cæteris annis tricenos dies habere consueuerat, unde triginta dierum esse faciendum prouenerat: & ratio quidem naturalis in promptu est, cuncta huiusmodi crementa, uel detrimenta solis & lunæ in partibus æquinoctiorum, ubi primo creata sunt, initium finemq; sortiri: solis quidem in uerni, lunæ uero in autumnalis loco æquinoctij. Deniq; Anatholius, qui uerissime in æquinoctio uerno initium mensium, & caput circuli totius, terminumq; decernit, non ipse hanc in capite uel fine sui circuli decennouenalis, sed decimoquarto eius anno, qui est ultimus ogdoadis, mutatio nē lunæ posuit, faciens illam ascendere in æquinoctio de octaua in uicesimā. At contra Victorius tertio ad finem ogdoadis anno, hanc interferendam censuit lunam Calendarum Ianuariarū, de quarta in sextadecimā conuertens. Porro Aegyptij, in quorum sententiam catholica nunc consentit ecclesia, eandem mutationem primo anno circuli decennouenalis adfigunt, facientes epactas lunæ annuas, quarum locus est in xi. Calendarum Aprilis, de octadecima in nullam facere saltum. Ideoq; annum eundem, si non bissextus adsit, diebus trecentis quinquaginta tribus consummantes. Quod etiam Dionysius in epistola tangere uidetur, cum ait: A decima quinta luna paschalis festi, anni, uerbi gratia, præcedentis, usq; ad decimam quartam sequentis, si communis annus est ccccliiii. dies habebit: si embolismus, cccclxxxiiii. Quod si unus dies plus minusue contigerit, euident error est: excepto uidelicet anno primo sæpe dicti decennouenalis cycli, quem à decima quarta luna paschæ ultimi, id est, nonidicimī anni usq; ad quartadecimā lunam eiusdem primi numerare curamus. Propter quod idem ultimus Epactas, id est, adiectio nes lunares xviiii. tunc retinens, primo anno non xi. ut in cæteris annis fieri solet, sed xii. dies accommodat. Et quia xxx. dierum sine uoluntur, nulla epacta in principio ipsius cycli ponuntur. Secundus autē annus epactas xi. suscipit. Et ideo sicut diximus, à quinta decima luna paschæ

primi cycli, usque ad finem eius in communibus & embolismis annis præfixos dies nos inuenire non dubium est. Huiusmodi ergo cogit diuersitas, sex solum primos circuli decennouenalis annos æquali nobiscum ætate lunam putare Victorium. Nam deinceps inserta mutatione saltus, una semper die maiorem nobis eam usque dum etiam nos finito eam circulo toto inferimus habere non cessat: qui profecto saltus non alibi aptius quam XXI. Calendarum Aprilium die uidetur anno reddendus, propter originem uidelicet quam præfati sumus conditionis siderum, ut luna mensis Martij, quæ eo fit die uicesima nona, de hinc uertatur in nonam. Sed sunt qui hoc nobis in luna Nouembris mensis agendum magis autement: quatenus huiusmodi impedimentis cum præcedentis anni sine absolutis, nouum de cætero annum libero possint computo ingredi, iuxta exemplum uidelicet Aegyptiorum, qui hoc in penultimo anni sui mense, qui est noster Iulius facere perhibentur. Sed siue hic, siue illic, siue alibi feceris, necesse est ibidem ni fallor tres pariter menses uetericænorum computare dierum.

GLOSSAE IN CAPVT. XL. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Brediferto Ramensiensi.

Saltum lunæ, locus & hora citior incensionis eius per nouendecim annos efficit. Quamuis enim quidam singulas lunas uiginti nouem semis diebus computantes, incensiones earum medio diei & medio noctis semper alternent: non in hoc tamen ueritatem naturæ, sed calculandi facilitatem inquirunt. Nam si naturam quæras, luna primi mensis quæ nunc meridie, & secundi quæ in medio noctis accenditur, anno futuro, hora & decem momentis, & dimidio momenti, & nonadecima parte dimidij momenti, ante medium diei uel noctis illustratur. Hæc tamen distinctio, non ad certum embolismi uel communis anni terminum, sed ad æquam diuisionem nouendecim tendit annorum. Sicque enim per nouendecim annos paulatim lunaris accensio sese præoccupando unius diei spaciū amittens, ultimum decennouenalis cycli annum CCLXXXIII. diebus facit computari. Quod si facere negligas, per XV. decennouenales cyclos XV. tibi luna, ubi prima putatur occurret.

Saltum lunæ, sicut unus dies propter retardationem solis interponitur: ita unus dies propter uelocitatem lunæ prætermittitur, quem saltum lunæ calculatores uocant. Incensionis eius, scilicet lunæ. Singulas lunas, id est, unamquamque lunam XXI. semis, id est, duodecim horis, Computantes, scilicet illi, incensiones earum, scilicet lunarum. Computatores dicunt, uel media die, uel media nocte, semper accendi lunam, non obseruantes in hoc ueritatem naturæ. Nam licet aliquando hoc fiat, non tamen semper media nocte uel media die accenditur. Si naturam, scilicet incensionis lunæ quæras, luna in circuitu lunari primi mensis post saltum, id est Augusti, quæ nunc meridie accenditur. Secundi mensis post saltum, id est Septemb. luna, quæ nunc medio noctis accenditur, anno futuro, id est, secundo uel sequente, hora una & decem momentis, quod est unus punctus, & decimanona parte unius puncti ante medium diei uel noctis illustratur, scilicet, sic omni anno citius ac citius. Distinctio, id est, diuisio communis anni terminum, scilicet pertinet, nouendecim tendit annorum, scilicet solarium, non communium uel embolismorum.

ITEM VNDE SV PRA.

Primo sciendum est, quod in toto decennouenali circulo unius dies saltus lunæ accrescat, deinde quærendum est, quomodo paulatim per singulas lunationes aufscendo ad integrum diem perueniat. Nam in decem & nouem annis CXXXV. lunationes sunt cum embolismis. Et ideo necesse est, ut præfatum diem in tot diuidas partes, quot in decennouenali cyclo sunt lunationes. Hoc autem nullo compendio sicut agere potes modo, quam si horas diei uiginti quatuor diuidas per minuta. Vna hora decem minuta recipit. Multiplica ergo decem minuta uicies & quater, & habebis CXXL. minuta. Ex his CXXL. minutis, da supradictis CXXXV. lunationibus totidem minuta, scilicet unicuique lunationi minutum, & erunt quinq; minuta residua. Quæ uerò quinq; minuta faciunt medietatem unius horæ, id est, uiginti momenta, partem unumquodque momentum per duodecim uncias, & inuenies CXXL. uncias. Vnde namque duodecim uicies multiplicata, præfatum complent numerum, & remanent adhuc de prædictis CXXL. uncias, quinq; que, has quinq; iterum diuide per atomos ducentos triginta quinq;. Tot enim sunt lunationes circuli decennouenalis, sicut supra annotauimus, & inuenies quod in unaquaque lunatione iam dicti circuli, crescit saltus lunæ minutum, & unciam unius momenti, & atomum. Præoccupando, præueniendo & præcedendo. Amittens, perdens. Vltimum decennouenalis cycli annum CCLXXXIII. diebus facit computari, scilicet quartus, ratione saltus absuntur. Quod si facere negligas, id est, si saltum non feceris per quindecim decennouenales cyclos, id est, CCLXXXV. annos, cum debeas lunam computare primam, occurret XV.

ITEM VNDE SV PRA.

Si quis calculator subtilius de saltu lunæ inuestigare uoluerit, scire debet quod in uiginti & septem diebus, & octo horis luna zodiacum circum perlustrat: sed ut ad incensionem eius usque perueniat, necesse est duos dies & quatuor horas addi, hoc est ut dies uiginti & nouem, & duodecim horas habeat. Sed antequam perficiat duodecimam horam, perdit ex ea quatuor momenta, unciam unam, & quingentesimam sexagesimam quartam partem momenti. Si quidem momentum quingentis & sexaginta quatuor atomis constat. Idcirco si hoc nosse desideras, collige per unumquemque mensem lunarem, id est, de incensione ad incensionem, momenta quatuor, & duodecimam partem momenti, & atomum unum: quæ anticipant incensionem lunæ, & inuenies in decem & nouem annis uiginti quatuor horas, id est, diem integrum, in quo saltus lunæ perficitur. Collige supradictos menses per decem & nouem annos, ex quibus duodecim sunt communes, quorum unusquisque habet menses duodecim, & dies CCLIII, & septem sunt embolismi, qui habent menses tredecim, dies uerò CCLXXXIII. Quapropter multiplica momenta quatuor integra duodecies, id est, per duodecim menses in anno communi, sunt momenta quadraginta & octo. Item quadraginta & octo duodecies secundum numerum communium annorum multiplicata, sunt DLXXXVI. Similiter per tredecim lunares embolismi anni menses, id est, tredecim menses

cies multiplicata quatuor momenta, & sunt quinquaginta duo. Item quinquaginta duo septies, hoc est per septem embolismos annos multiplicata, & CCLXXXIII. momenta. Quæ cum DLXXXVI. supradictis iuncta simul, sunt DCCXL. Quæ diuisa per quadragenarium, quia hora quadraginta momentis constat, uiginti tres reddunt quadragenarios, id est, horas uiginti tres, & infra per unum uicinarium, qui est medietas uiginti quatuor, hoc momenta uiginti. Sicque ex solis integris momentis, per decem & nouem annos, horæ XXXIII. & semis uicesima quarta conficiuntur. Restat ut medietas horæ uicesima quarta, quæ remansit, ex partibus momentorum atque atomorum suppleatur. Sciendum ergo est, quod in decem & nouem annis inter communes & embolismos, menses CXXXV. continentur lunares. Quot menses, tot duodecim partes momenti, tot denique atomos sumere necesse est. Quæ partes per duodenarium diuise, decies nouies duodenos, id est, CXXXV. reddunt, quæ sunt momenta decem & nouem: quia in anni circulo, qui CCLIII. constat diebus, per has partes integrum momentum efficitur: & restant adhuc partes septem de CXXXV. mensibus, quæ propter illos septem embolismos accidunt annos. Habes itaque momenta decem & nouem integra ad uicesimam quartam horam, ex partibus momentorum collecta per decem & nouem annos. Hæc iunge ad superiora uiginti, & habebis triginta nouem momenta, & adhuc deest unum momentum. Sume igitur illas septem duodecim partes, quæ superesse prædiximus, & de sex partibus fac dimidium momentum, & remanent septem. Sume ergo atomos decem & nouem annorum per singulos menses, id est, CXXXV. & diuide per quadraginta septem, quæ est duodecima pars momenti, & inuenies quinq; quadraginta septem. Hos iunge ad septimam partem supradictam, quæ remanserat, fac dimidium momentum. Cui alterum dimidium supra inuentum adde, & habes integrum momentum, quod habet atomos DLXXXIII. Quod momentum ad supradicta triginta nouem momenta connectens, habebis quadraginta momenta, quæ faciunt horam integram diei. Hanc horam ad supradictas uiginti & tres horas adiunge, & habebis integrum diem uiginti quatuor horarum.

ITEM VNDE SV PRA.

Si uis scire quomodo dies lunæ, quæ dicitur saltus, præparatur & crescit per decem & nouem annos, & quantum de hoc augmento crescit in unaquaque lunatione: hoc est, in unoquoque lunari mense, per CXXXV. (tot enim menses lunares sunt in cyclo decennouenali) multiplica ducenta triginta quinq; quater, siue quatuor ducentes trigentes quinq; quia quatuor momenta in unoquoque mense crescunt, propterea omnes menses ducentos triginta quinq; multiplicauerunt quater, qui faciunt noningenta quadraginta momenta. Hic autem totus numerus per quadraginta si partitus fuerit, reddit uiginti tres quadragenos, & uiginti momenta: hoc est uiginti tres horas & dimidiam. Illa autem altera dimidia hora, quæ deesse uidetur, si scire uolueris quomodo colligitur, & quomodo crescit, sine dubio ita intelligitur. Non solum enim quatuor momenta in unoquoque mense de hoc augmento lunari crescunt, uerum etiam duodecima pars momenti in super & atomus, id est, quingentesima sexagesima quarta pars momenti crescit in omni mense lunari, & sic in duodecim mensibus unum momentum colligitur. Interim illos atomos dimitte, de quibus postea dicemus: & ita per decem & nouem annos quasi fuissent omnes communes septem embolismi interim deferentes, crescunt decem & nouem momenta. Vnum autem momentum, quod deesse cernitur, colligitur ex septem mensibus embolismis, & atomo uniuscuiusque mensis. Ex sex enim mensibus embolismis, dimidium momentum colligitur, in quo sunt atomi ducenti octuaginta duo. & aliud dimidium momentum colligitur ex uno mense embolismi, hoc est duodecima pars momenti, in qua parte sunt atomi quadraginta septem. Collige ergo atomum uniuscuiusque mensis, qui sunt ducenta triginta quinq; mitte simul cum quadraginta septem, sunt ducenta octuaginta duo: hoc est, aliud dimidium momentum. Mitte simul CC. & CC. sunt CCC. Item octuaginta & octuaginta, centum sexaginta. Duo & duo, quatuor: & ita simul DLXXXIII. atomi, hoc est unum momentum. Quod super decem & nouem additum, uiginti momenta efficit, hoc est altera dimidia hora. Mitte super uiginti tres horas & dimidiam, sunt uiginti quatuor. hoc est, unus dies naturalis, qui dicitur saltus lunæ.

RECAPITVLATIO HVIVS ARGVMENTI.

Nam quomodo fieri posset, ut per annos denos & nouenos unum necesse esset solito dierum lunari numero auferri, si non hoc uelocitas aliqua lunaris gyri paulatim toto circulo decennouenalis tempore procuraret? Auferret enim luna una dies per nouem & decem annos, quia in fine decennouenalis cycli, III. Calend. August. ubi debuisset trigesima esse, fit prima, hoc igitur secundum Aegyptios, quorum sententiam in hac ratione nos sequimur. Similiter secundum quosdam septimo Calend. Decemb. ubi debuisset esse trigesima, fit prima: & ubi prima, fit secunda: & ubi secunda, fit tertia: & reliqua usque ad finem anni.

Denique Anatholius qui uerissimo in æquinoctio uerno initium mensium, & caput circuli totius terminumque decernit. Anatholius autem non eo ordine facit cyclum suum quo nos, nam ubi apud nos est octauus annus, scilicet ogdoas, apud illum est decimus quartus annus cycli sui. Ergo luna quæ fuit anno præterito, id est anno decimotertio, octaua, non adijcit XI. sed XII. ut fit saltus: & fit sequenti anno, id est decimoquarto, in æquinoctio uicesima: apud illum enim octauo Calend. April. æquinoctium est. Est ergo inter nos & illum una luna semper, quoniam ille à meridie ad meridiem computat lunam. Itaque septimo anno cycli nostri est luna undecimo Calend. April. sexta: decimo Calend. septima: nono Calend. octaua: octauo Calend. nona, quam ille octauam facit: adijcensque illi duodecim sequenti anno, hoc est ogdoadis, est uicesima. Et ideo dixit, De octaua in uicesimam, dum apud nos est de nona in uicesimam, qui non adhuc fecimus saltum. At contra Victorius tertio ante finem ogdoadis anno, hanc interferendam censuit lunam Calend. Ianuar. de quarta in decimansextam conuertens. Contra, scilicet sententiam Anatholij. Altero, scilicet anno. Calend. Ianuar. de quarta in decimansextam conuertens, scilicet dum nos de quarta in quintam conuertimus lunam Calend. Ian. qui in fine decennouenalis facturi sumus saltum, & ideo minorem ætatem lunæ habemus. Ille enim de quarta in decimansextam conuertit, ut quæ fuerat quarta, in quinto anno in Calend. Ian. sequenti, id est septimo anno in iisdem Calend. quæ debuerat computari decimaquinta, propter saltum computabitur decimasexta. Et ideo dixit, De quarta in decimansexta, dum apud nos est de quarta in decimanquintam, qui non fecimus adhuc saltum. Porro Aegyptij, in quorum sententia catholica nunc consentit ecclesia, eandem mutationem primo anno circuli decennouenalis affigunt, facientes epactas lunæ annuas, quarum locus est in undecimo Calend. April. de decimo octaua in nullam facere saltum, Ecclesia græcæ est, quod in latinum uertitur conuocatio, pro

propter quod omnes ad se uocet. Catholica, uniuersalis siue generalis interpretatur. Non enim sicut conuenticula hæreticorum in aliquibus regionum partibus coarctatur, sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur: pro peregrinatione autem presenti ecclesia Syon dicitur, eo quod ab huius peregrinationis longitudine posita, promissionem rerum cœlestium speculetur, & idcirco Syon, id est, speculationem accipit: pro futura uero patriæ pace Hierusalem uocatur, quia Hierusalem pacis iusto interpretatur. Item, De decima octaua in nullam facere saltum. In nullam, id est, trigessimam. In fine enim decennouenalis cycli fit luna in Calend. Mart. per argumentum XXXVII. computa illam, & inuenies in ipso anno in undecimo Calend. April. lunam decimam octauam: adde ad XXXVII. non undecim sicut in cæteris annis, sed duodecim propter saltum, & inuenies in primo decennouenalis circuli anno in undecimo Calend. April. lunam trigessimam. Et hoc est quod dicit, De XXXIII. in nullam, id est, in trigessimam. Annus lunaris est minor solari in undecim diebus, & ideo ut annus lunaris conueniat ad solarem, epactæ sequentis anni supra epactas antecedentis anni in duodecim diebus. Et propterea ascendunt in ipso anno de decem & octo, in nullam, scilicet epactam, id est, in triginta, duodecim additis. Semper enim quando saltus est, adduntur duodecim etates lunæ, in alijs uero annis undecim. Qui saltus naturaliter in ultimo anno decennouenalis circuli ponitur, & ideo Anatholius & Victorius non in congruo loco ponunt saltum, dum in alijs annis eum ponunt, ideoque annum eundem, si non bissextus asit, diebus CCCLIII consummantes. Subaudi, si uero bissextus ipso anno fuerit, tunc recipit ipsam lunam causa bissexti, quam perdidit causa saltus: quia in bissexti anno una etas lunæ crescit, scilicet, in mensse Februario, & habet ipse annus dies CCCLV. Et in ipso anno ubi saltus fit, una etas lunæ decrescit, & habet ipse annus trecentos octuaginta tres dies: quartus uero ratione saltus absumitur. Qui profectio saltus non alibi aptius quam duodecimo Calendarum Aprilium die, uidetur anno reddendus, scilicet iuxta naturam: tamen non ponitur ibi saltus, propter terminum paschalem. Quem à decimaquarta luna paschæ ultimi, id est, decem & nouem anni, usque ad decimaquartam eiusdem primi numerare curamus. Ideo Dionysius prædictum annum à decimaquarta luna, & non à decimaquinta inchoat, ne propter saltum lunæ unum eisdem anno dies desesse uideatur. Sed tamen talis compositio, id est, ut unus dies pro duobus computetur, nil prodest: quia nullo modo CCCLIII, sed reuera CCCLIII, constat diebus. Non enim mouere hoc quempiam debet, quod dominus Beda saltum lunæ duodecimo Calendarum Aprilium die aptum esse dicit: quia ipse quoque statim subinfert, Siue hic, scilicet duodecimo Calend. April. siue illic, scilicet in luna Nouembri, siue alibi, scilicet tertio Calend. August. sicut Aegyptij feceris, & c. iuxta exemplum uidelicet Aegyptiorum, qui hoc in penultimo anni sui mense, qui est noster Iulius, facere perhibentur. Aegyptij enim in suo penultimo mense, id est in Iulio, dum à Septembri annum incipiunt, ponunt saltum sicut quidam in penultimo faciunt nostro, id est in Nouembri. & ideo in decimonono anno, quando saltum faciunt, non ascendit luna Iulij trigesima: una luna uidelicet causa saltus amissa, sed uigesima nona: & ob id luna Calendarum Augustarum tertia redditur, quæ iuxta argumentum secunda computatur. Tertio Calend. August. apud Aegyptios saltus ponitur, id est, prima luna loco trigessimæ: inde uenit tertia luna in Calend. August. ipso anno. Illi autem qui saltum ponunt in septimo Calend. Decemb. id est primam lunam loco trigessimæ, computant septimam lunam in Calend. Decemb. ipso anno. Et ab Augusto usque ad Decembrem discordant cum Aegyptijs, qui calculatorum tenent palmam, eo quod simul tertio Calend. August. non faciunt saltum, post hæc autem ad unam concordiam. Sed tamen rectius Aegyptij, quam illi terminant saltum, quia illi in Calend. Septemb. & Octob. necnon & Nouemb. discordant cum epactis: Aegyptij uero in unis tantum, id est Calend. August. ut supra dictum est.

SCHOLIA IN CAPVT XL. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: authore Ioanne Nouiomago.

Lunæ saltus hæc ratio est, quod plus temporis per embolismos intercalatur in lunaribus temporibus, quam ipsa requirit: uelocior enim est paulo, quam computatur. Exiguum namque id quo citius ad solem redit, propter minutam sectionem non potest facile animaduerti: quæ temporis superfluitas tollitur anno decimonono, à prima detractione. Eodem modo, ut supra docuimus, plus intercalari in annis bissextilibus, quam omnino sol requirit: unde fit ut bruma nostra etate ante idus Decembres proveniat, quæ fiebat Ciceronis temporibus iuxta Calendarum Ianuarij: sed hic temporis redundantia, saltum non tollitur propter tarditatem.

QVARE LVNA ALIQUOTIES MAIOR QVAM COMPUTATUR, APPAREAT. CAPVT XLI.

Notandum sane, quod huius ratio saltus lunaris, longa sui facit exundantia clementi lunam aliquoties maiorem quam putatur uideri, adeo ut etiam die tricesima uesperascente illa non gracilem in cœlo apparere cōtingat, & quæto circuli decennouenalis terminus amplius instat, tãto hoc crebrius patiatur causa existente perspicua, quod saltus ille, de quo loquimur iam maxima tunc sit ex parte perfectus. Sed in naturalis assertione ueritatis, quæ & Nicæno Cōcilio probata firmatur, hæc est specialiter regula tenenda, ut lunæ etatem non iuxta quosdam à meridiana uel dimidia post meridiem, sed à uespertina potius hora mutare nouerimus: quia nimirum luna quæ uespere primum mundo exorta est, uespertinis ex eo semper horis necesse est aliam aliquamq; sumat etatem, singulas quasque uicenis & quaternis explicans horis, sicut è contrario sol qui mane primo ortus est, teste Genesis scriptura, à mane usque ad mane diem compleuit unum. Quid enim rationis est, lunæ mutationem meridianis computari ab horis, cum nec imposita tunc in cœlo nec sit regressa super terram, sed nec ulla legis solennia meridianis uel pomeridianis, sed omnia uespertinis incipiant simul & consummentur in horis? Nisi forte quia Adam peccans ad auram post meridiem increpatus à Domino, & de paradisi gaudijs est pulsus, ad remunerationem cœlestis uitæ, quam seculi huius arûna mutauimus, mutatio lunaris, quæ clementis decrementisq; perëntibus labores nostros imitatur, in ea specialiter qua exulare cœpimus debuit hora notari: ut ex ipsa lunaris hora mutationis quotidiani uersiculi illius admoneremur: quia stultus ut luna mutatur;

mutatur: nam sapiens cum sole permanebit, suspiraremusque ad illam ardentius uitam pacæ æternæ beatissimam, quando erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempleriter sicut lux VII. dierum. Verum quia sicut scriptum est, à luna signum diei festi, & quo modo prima lunæ lux à uespere mundum irradiauit, ita omnis dies festus in lege à uespere initiari, in uesperam perfici debere præcipitur, congruentius etas lunaris à uespertina hora quam aliunde noua computabitur: eandemque etatem quam uespere inchoat, sequentem usque seruabit ad uesperam. Et siquidem eam paulo ante uesperam accendi à sole contigerit, mox sole occidente primam computari & esse necesse est: quia uidelicet illam temporis horam, qua primum terris fulgere cœpit, adiit. Sin autem post occubitum solis accendatur, non tamen primam priusquam uespera uiderit, sed tricesimam potius oportet aestimare. Etiam si XXXIII. horas post occasum solis accensa suppleuerit, illam tamen quam occidente sole habuerat, ne primæ conditionis ordo turbetur, usque ad alium eius occasum retinere debet etatem. Nec mirum lunam cum tot horas noua transegerit manifestam in cœlo monstrari, cum aliquoties etiam sexta uel septima post accensionem appareat hora. Sæpe namque euenit, maxime posita ea in Ariete, una eademque die illa mane simul & uespere cerni, motu uidelicet ac ascensionis circa meridiem facto. Quod si qui grauius huic insistens quæstioni, dixerit se nouam lunam eo anno quo saltus inferendus est, hoc est, ultimo circuli decennouenalis biduo priusquam prima caneretur multis cum testibus uidisse, id est, quarto Nonarum Aprilium die, cum eisdem anni XXXIII. luna paschalis in circulo memorato XV. Calendarum Maiarum sit adnotata, ideoque non nisi pridie Nonas Aprilis esse prima ualeat, rationemque à nobis huius causæ exegerit, hic nostra puillitas, ne sui fragilitate deficiat, ad paternæ, imo diuinæ autoritatis auxilium cōcurrat. Paternæ etenim autoritatis subsidio fulcimur, dum Nicæna Synodi scita sectamur, quæ quartasdecimas festi paschalis lunas tam firma stabilitate præfixit, ut decennouenalis earum circuitus nusquam uacillare, nunquam fallere possit. In quo uidelicet circuitu, lunam paschalem anni de quo agitur II. Nonas Aprilis fieri primam nulli calculantium in dubio est. Ideoque hanc aliter definire nulli fidelium fas est. Quid enim? nunquid credendum est quia illam quam nos IIII. Nonas Aprilis nouam uidimus lunam, nemo uiderit de illis CCCXXVIII. Pontificibus qui in Nicæno Concilio residebant? Nemo de minorum cœtu graduum, qui illorum consilijs aderant & statutis? Et non potius intelligendum, quia cum lunam anni illius paschalem à pridie Nonas Aprilis incipere signabant, aliud maius periculum per hoc declinauerint, ne uide licet si aliter decernerent, indissolubilis ille communium annorum & embolismorum status solueretur, quem inuolubiliter obseruandum diuinæ legis autoritate Hebræis tradentibus agnouerant. Sed & specialibus diuinæ autoritatis indicijs obseruatiam lunarem quam tenemus defendimus. Legimus namque scribente B. Cyrillo Alexandriæ Episcopo, quia Bachomius monachus insignis factis apostolicæ gratiæ, fundatorque Aegypti cœnobiorum ediderit ad monasteria paschalis ratione, scirentque lunam primi mensis in anno communi & embolismo. Legimus eodem referente Cyrillo, quia si non scripsisset Synodus Nicæna cyclum lunarem primi mensis, sufficeret cyclus lapidis Silenitis in Perside ad exemplum rationis paschalis, cuius candor interior cum luna primi mensis crescit & decrescit. Legimus item scribente sancto Paschaliuo Lylibæo Antistite ad beatissimum Papam Leonem, quia tempore Zosimi Papæ cum esset ultimus circuli decennouenalis annus, & declinarent quidam decimo Calendarum Maiarum die Pascha tenere, celebrantes octauo die Calendarum Aprilium, id est, pro embolismo communem tenentes annum, quæ esset paschalis obseruatia ueritas multiplici miraculo supernæ uirtutis claruerit. Quædam, inquit, uilissima possessio Melthinas appellatur, in montibus arduis ac syluis densissimis constituta, illic per parua atque uili opere constructa ecclesia est, in cuius baptisterio nocte sacrosancta paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino uicina, fons ex se se repletur, paucisque qui fuerint consecratis, cum deductorium nullum habeat, ut uenerat aqua, ex se se discedit. Tunc ergo sub sanctæ memoriæ Papa Zosimo usque ad lucem aqua non ueniens, non consecrati qui baptizandi fuerant recesserunt. Illa uero nocte quæ lucebat in diem Dominicam decimo die Calendarum Maiarum, fons sacer hora competenti repletus est, euidenter ergo miraculo claruit, occidentalium partium fuisse errorem. Liqueat itaque quia uetus hæc de hac etate lunari quæstio est, etiam olim beati Papæ Leonis industria diligenter exquisita, ipsa est quæ longam inter orientis & occidentis ecclesias grauemque controuersiam fecit. Hæc & Hilarium papam post tot Nicæni concilij tempora nouum cyclum petere, & Victorium Paschalem nouum condere persuasit. In huius certamine præfatus papa Leo, adnitente Prospero uitro doctissimo ac disertissimo uincere sedulus, instans tandem unanimitate eorum, qui Nicæna synodi decretis inuincibiliter ad hærebant, laudabiliter uinci gaudebat. Vnde mihi meisque in eadem quæstione nil melius agendum, nil dicendum reperio, quam quod illum fecisse comperio, qui nobis tantum scientia, merito, autoritate præcellit, certam uidelicet patrum reuerendissimorum sententiam in eis quæ nobis dubia sunt & incerta sectari. Neque enim putandum est, nos uel acutius antiquis diuersitatem lunaris discursus deprehendere, uel salubrius posse dinoscere, quæ in eadem diuersitate potissimum sit uia sequenda.

Quid enim rationis est lunæ mutationem meridianis computare ab horis, cum nec imposta tunc in cælo, nec sit egressa super terram. Sed nec ulla legis solennia meridianis uel post meridianis, sed omnia uesperinis incipiant, simul & consummentur in horis: nisi forte quia Adam peccans, ad auram post meridiem increpatus à Domino, & de paradisi est gaudijs pulsus: qua exulare cepimus, debuit hora notari: ut dum dicimus lunæ initium in meridiem, quæ defectiuam habet naturam, recolamus & nos eadem hora de paradiso expulsi, & defectum inchoasse. Gregorius. Neg; enim Adam post culpam in diuinitatis substantia uidere Dominum potuit, sed increpationis uerba per angelum audiuit. De quo scriptum est: Cum audisset uocem Domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se inter ligna paradisi. Quid est enim quod post peccatum hominis, in paradiso Dominus non iam stat, sed deambulat: nisi quod lux feruentior abesse fecerit, & peccatricem animam culpæ suæ frigora constringebant? increpauit ergo Adam deambulans, ut cæcis mentibus nequitiam suam non solum sermonibus, sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo, & per uerba quod fecerat audiret, & per deambulationem amisso eternitatis statu mutabilitatis suæ inconstantiam cerneret: & per auram feruore charitatis expulso, torporem suum animaduertit: & per declinationem solis cognosceret, quod ad tenebras propinquaret. Lege in moralibus librum uigesimalium nonum, in quo hæc sacra uerba inueniuntur. Remigius. Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, id est, in initio remotis aquis à superficie terræ, & in unum collectis. Vbi autem nos habemus, Paradysum à principio: quidam codices habent, Eden ad ortum. Ex quo possumus conijcere, paradysum in oriente situm. in quacumq; autem orbis parte sit, scimus eum terrenum esse, & interiecto oceano & montibus oppositis, à nostro orbe longe remotissimum. Est enim in altissimo loco situs pertingens usq; lunarem circumulum, unde & illuc aquæ diluuij minime peruenisse dicuntur.

In quo posuit hominem.] Ex hoc quod posuit in paradysum homo dicitur, datur intelligi, non ibi eum fuisse conditum, sed in hac nostra mortali terra, quia preuidit illum diuina presentia illic peccaturum, & ob hoc ab illa sancta terra in hanc conuallum miseriam propellendum. Allegoricè autem paradysus presentem significat ecclesiam, quæ rectè hortus deliciarum dicitur, dum nobis in ea spirituales deliciae ministrantur. Lignum uitæ in medio paradysi, Christus est in medio ecclesie. de quo per quemdam sapientem dicitur: Lignum uitæ est his qui apprehenderint eum. Ipse est etiam fons, qui de patris substantia descendens, ad irrigandam suam sanctam uenit ecclesiam. de quo per Zachariam dicitur: Erit fons patens domui David, in ablutionem peccatoris & mensuræ. Domus David, sancta est ecclesia, cui, id est, ad cuius salutem patet fons, id est, Christus in ablutionem peccatoris. Peccator est, qui malum quod mente cogitat, operibus exequitur. Mensurata est, quæ alienam carnem non tangit, sed propria sedatur: significat peccatricem animam, quæ malum quod cogitat, nequaquam effectum explet: unde non extrinsecus quasi aliena carne deturbatur, sed intrinsecus uelut propria carne suis cogitationibus inquinatur. Suspiramus itaque ad illam ardentius uitam æterna pacis beatissimam, quando erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter, sicut lux septem dierum. Esaias: Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter, sicut lux septem dierum. Quando erit istud? Tunc cum fuerit cælum nouum, & terra noua. Omnia quæ omnipotens Deus per spacia sex dierum operatus est, propter hominem facta sunt, in cuius lapsu omnia elementa detrimentum sustinuerunt. Nam terra antea spinas & tribulos non proferebat. Aer iste non tantæ crassitudinis erat, sed purus erat. Sic sol, & luna & sidera detrimentum sui luminis sustinuerunt. In die autem iudicij, determinato illo examine, cum fuerint omnes reprobi, unâ cum diabolo in inferno conclusi, sustollet se Dominus Iesus pariter cum corpore suo, quod sunt omnes electi in cælum: & tunc mutuabit sibi luna splendorem solis, & sol septempliciter lucebit quàm modo, sicut lux septem dierum, hoc est multipliciter: & recipiet lumen & splendorem solis, quem amisit peccante primo homine. Dicit etiam beatus Isidorus in libro Creaturarum, quod neque sol neque luna ad occasum uentura sint postea, sed in loco quo creata sunt, sine fine manebunt. iuxta illud Abacuc: Sol & luna steterunt in habitaculo suo: pro eo quod est, stabunt. Et quare hoc? Ne claritate solis sine luna illi qui apud inferos erunt, perfruatur. De hoc etiam statu dicit Esaias: Non occidet tibi ultra sol tuus, & luna tua non minuetur. Item Esaias: Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus in Syon & in Hierusalem. Erubescet luna, id est, tabescet in die iudicij, & confundetur sol. Nunquid ita confundentur ut cadant de cælo? Non. Ipse Dominus ait: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & uirtutes cæli mouebuntur. Dicit enim beatus Augustinus, quia neque sol, neque luna, neque stella lumen suum amittent: sed ad comparationem ueræ lucis quæ est Christus, omnia sidera & luminaria uidentur obscurari. Quem enim splendorem præstat lumen cerei, si positum fuerit in medio radio solis, aut quid luminis auget cernentibus illud? Nullum. Iob: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Hoc in passione Domini partim factum, partim ante diem Domini magnum, id est, iudicij futurum creditur. Tunc enim sol obtenebratus est, sed luna in sanguinem uersa palam hominibus apparere non potuit: quæ tunc, ut puta in pascha decima quinta existens, interdum fuerat mortalium uisibus obiectu telluris occulta. Aliter. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam ueniat dies Domini magnus & horribilis: hoc est, splendor quorundam fidelium ultima tribulatione deficiens obscurabitur, & ecclesia martyrum sanguine cruentabitur. Sin autem post occubitum solis accendatur, non tamen prima prius quàm uesperam uiderit, sed trigesimam potius oportet æstimari. si enim ante uesperam accendatur luna, non propter hoc ante uesperam computatur prima, sed in uespere. Similiter si post uesperam, id est, post occubitum solis accendatur, non computabitur propter hoc prima, donec ad aliam uesperam uenerit, & ibi uideatur, id est uespere, scilicet propter primam conditionem. Quod si quis grauius huic insistenti questioni, dixerit se nouam lunam eo anno, quo saltus inferendus est. hoc est, ultimo circuli decennouenalis biduo, priusquàm prima caneretur, multis cum testibus uidisse, id est, quarto nonarum Aprilium die. Ex hoc autem probatur, quia naturaliter in ultimo cycli decennouenalis anno ponitur saltus, quod penè omnes lunæ ipsius anni uidentur biduo antequam dicentur primæ, quod in alijs annis nullo modo fit. Et hoc solitum est fieri in appropinquatione saltus: in elongatione uerò sicuti uidetur, ita computatur. Paternè etenim auctoritatis subsidio fulcimur, dum Nicæna synodus scita sectamur, quæ decimas quartas festi paschalis lunas tam firmiter stabilitate præfixit, ut decennouenalis earum circuitus nusquam uacillare, nusquam fallere possit. Nicæna, ciuitas est metropolis Bithyniæ, in qua Constantinus imperator, sicut decimus liber Ecclesiasticæ historie narrat, congregauit synodum, CCCXXIII. episcoporum, ubi Arrius anathematizatus est. Inde dicitur Nicæna synodus, quæ in Nicæa facta est. Synodus autem ex græco interpretari potest, comitatus uel cœtus: cœtus uerò conuentus est uel congregatio, à cocundo, id est conueniendi in unum. unde & conuentus est nuncupatum, sicut conuentus cœtus uel concilium, à societate multorum in unum, scita sunt, quæ plebes tantum constituunt:

uocata scita, quod ea plebs sciat, uel quod sciscitatur & rogat ut fiat. Quid enim? Nunquid credendum est, quia illam quam nos quarto nonas Aprilis nouam uidimus lunam, nemo uiderit de illis trecentis decem & octo pontificibus, qui in Nicæno concilio residerant? Viderunt ergo illi accendi lunam in quarto nonas Aprilis, nec tamen primam dinumerauerunt eam, ne contrarietas communis & embolisimæ regulæ inde nutriret. Tunc ergo sub sanctæ memoriæ papa Zosimo, usq; ad lucem aqua non ueniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant recesserunt. Tunc idem octauo Calend. April. die, quando ipsi sanctum pascha celebrandum esse putabant, Baptismus græce, latine tinctio interpretatur. Quæ ideo tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat efficitur. Nam sicut aqua purgatur exterius corpus, ita latenter eius mysterium per spiritum sanctum purificatur & animam, cuius sanctificatio ita est: Inuocato enim Deo, descendit spiritus sanctus de cælis, & medicatis aquis sanctificat eas de semetipso, & accipiunt uim purgationis, ut in eis & caro & anima delictis immundata mundetur.

Laudabiliter uinci gaudebat. Gaudebat enim superari ab orientalibus, qui secundum Nicæni concilij definitionem faciebant, quamuis suis occidentalibus fauere uideretur.

## SCHOLIA IN CAPVT XLII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Notandum sanè.] Facile hoc liquet ex superiori capite, uni namq; mensi detrabitur, quod singulis (si fieri posset) oportuit. Subita igitur detractio facit, ut lunæ sursus maiorem ostendat ætatem, quàm computatur, facta unius diei detractio. Bachomius monachus insignis.] Huius Bachomij, seu ut alij scribunt, Pachubij libellum nuper nactus sum à studio Jo. quodam, qui dum mihi copiam faceret, propter antiquitatem & pietatem iudicari dignum esse editione.

## DE CIRCVLO DECENNOUENALI. CAP. XLII.

Decennouenalis circuli ordinem primus Eusebius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, ob quartas decimas lunas festi paschalis, ipsiq; diem Paschæ inueniendum composuit, eò quod luna cuiuslibet ætatis post tantum temporis ad eundem redeat anni solaris diem: non quod Aegyptus, uel cætera per orientem Christi ecclesia uerum eatenus lunæ cursum, uel diem nescierit ritè inuenire paschalem, sed quia ea quæ ipsi temporibus annuatim cum labore inuestigata, & per orbem mandata sæpius in questionem uenire solebant, facilius præfixa semel regula circulari sensu per obseruari, & sine scrupulo ambigendi poterant edisci. Deniq; fertur antiquitus Alexandrinæ ecclesiæ antistiti delegatum, ut officiosè operam curamq; inuestigationi computi paschalis impenderet, quatenus Pontifici apostolicæ sedis adnuncians, per eum diem Paschæ solennem cæteros ecclesiarum principes agnoscere faceret. Vnde beatissimus Papa Leo Martianum principem postulas, ut Alexandrino Antistiti delegaret, quatenus Paschale sancti Theophili, in quo VIII. Calendarum Martiarum die Pascha uidetur affixum, diligenti perscrutaretur examine, arbitratus ab eo non rectè memoratum diem fuisse conscriptum, inter alia hæc dicit. Studuerunt quidem sancti patres occasionem huius auferre, omnem hanc curam Alexandrino Antistiti delegantes, quoniam apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita uidebatur esse peritissima, per quem quotannis dies prædictæ solennitatis sedi apostolicæ indicaretur, cuius scripti ad longinquiores ecclesias indicium generare percurreret. Verum ut huiusmodi labor aliquando loqueret, composuit memoratus uir circulum nunc longe lateq; notissimum, quo decimas quartas lunas primi mensis ex ordine comprehendendo, diem Paschæ, qui mox sequenti dominica futurus erat, facillime cuiuslibet inueniendum relinqueret. Cuius circuli Proterius Alexandrinæ urbis Antistes, ad inquisitionem sancti Papæ Leonis, iuculentissimam reddēs rationem, talis rescripti ab eo meruit tenore prædicari. Lætificauerunt me literæ dilectionis tuæ, quas frater & coepiscopus noster Nectarius pio adportauit officio. Oportebat enim ut ab Alexandrinæ ecclesiæ Præsule talia scripta ad sedem apostolicam mitterentur, quæ ostenderent magisterio beatissimi Petri apostoli hoc ab initio per beatum Marcum eius discipulum didicisse Aegyptios, quod constat credidisse Romanos.

## GLOSSAE IN CAPVT XLII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

Cyclum decennouenalem, propter quartas decimas lunas paschales Nicæna synodus instituit, eo quod ad eundem anni solaris diem, unaquæque luna per decem & nouem annos, ducentis triginta quinque circumacta uicibus, inerrabili cursu redeat, qui diuiditur in ogoadas & hendecadas: hoc est, in octo & undecim annos. Octo enim anni lunares, totidem annos solares duobus tantum diebus transcendent, quorum alter ad explementum accurrat hendecadis, alter ratione saltus absimitur. Alioquin hendecadæ solaris uno die transcenderet lunam, licet quidam uolentes hos dies, ex bissextis octo annorum supplere nitantur, cum bissextus solet in mense Februuario soli supersus, & lunæ futuro tempore nihil præiudicare, & ipsi nullam hendecadi bissextum addant. Vt ergo apertius dicam, duo lunæ dies, qui supersunt in ogoade, duos qui desunt in hendecade supplebunt.

Circulum decennouenalem.] Cyclus lunaris & cyclus decennouenalis penè idem sunt, nam decem & octo annis ambo implentur. Sed in hoc distant, quia per cyclū lunare, qualis sit luna in Cal. Ian. reperitur, ubi & initium est anni, & ubi ipse circulus inchoatur: per cyclū uerò decennouenale, quomodo pascha debeat pronunciari, deprehenditur. Eius initium 14. luna paschali fit.

Dicitur autem decennouenalis, quia decem & nouem expletur annis, estq; compositum nomen, ex decem, & nouem, & anno. Eo quod, id est, propter eam institutionem decennouenalem, ad eundem, scilicet terminum paschalem, in quo semper fit luna paschalis XIII, qui terminus semper à duodecimo Calend. April. usq; in decimumquartum Calend. Maias.

Decennouenalis circuli ordinem Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus ob quartas decimas lunas festi Paschalis, ipsumq; diem Paschæ inueniendum composuit. Quod autem superius dominus Beda dicit, cyclo decennouenalem propter quartas decimas lunas paschales à Nicena synodo institutum fuisse: uerum dicit, & sic intelligendum est. Multi autem prius in hoc multis modis laborauerunt, sicut prædictus Eusebius, Hippolytus episcopus, Theophilus Alexandrinus, Prosper quoq; nationis Aquitanus, atq; Victorius, necnon & Cyrillus Alexandrinæ urbis episcopus, qui multiplicatis eiusdem festiuitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt. Postea uero quicquid de hac re ipsa synodus firmius reperit, confirmare studuit, sicut liber decimus Ecclesiasticæ historiæ in hunc modum refert. Igitur cum de his prout diuinarum legum reuerentia poposcerat, decreuissent, sed & de obseruatione paschæ antiquum canonem, per quem nulla de reliquo uarietas oriretur, ecclesiis tradidissent, omnibus ritè dispositis ecclesiarum pax & fides, in orientis atq; occidentis partibus una atq; eadem seruabatur. Cyclo autem uocatur, eo quod in orbem digestus sit, & quasi in circulo dispositus, ordinem complectitur annorum sine ulla uarietate, & sine ulla arte.

SCHOLIA IN CAPVT. XLII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Ioanne Nouiomago.

Decennouenalis circuli Eusebius. Decennouenalis circulus ad lunæ computationem factus est, constans nouem numerorum ordinibus, quorum primus continet annos Domini: secundus, indictiones: tertius, epactas: quartus, concurrentes: quintus, cyclos lunares: sextus, decimas quartas lunas: septimus, dies Dominicos paschæ: octauus, lunæ ætatem eiusdem diei: nonus, ogdoada & hendecadas, quorum decem Beda rationem reddet.

DE EMBOLISMIS ET COMMVNIBVS ANNIS. CAPVT XLIII.

Diuiditur autem circulus idem in embolismos, annosq; communes, quos Hebræorum quoq; prætorum autoritate constat obseruatos: communes quidem annos, id est, C C C L I I I I, dierum X I I, embolismus autem, id est, C C C L X X X I I I, dierum, continens V I I. Primus namq; & secundus communes: tertius est embolismus: quartus & quintus communes: sextus embolismus: septimus communis: octauus embolismus: nonus & decimus communes: undecimus embolismus: duodecimus & tertiusdecimus communes: quartusdecimus embolismus: quintusdecimus & sextusdecimus communes: septimusdecimus embolismus: octauusdecimus communis: nonusdecimus embolismus. Qui utriq; sicut & supra dictum est, ab exordio primi mensis, quem Hebræi Nisan uocant, hoc est, ab accensione lunæ paschalis initium sumunt, cuius exordium mensis hac regula debet obseruari, ut nunquam luna paschæ XIII, uernum præcedat æquinoctium, sed uel in ipso æquinoctio, hoc est X I I, Calendarum Aprilium die, uel eo transgresso legitima procedat. Unde fit, ut ab octauo Iduum Martiarum, usq; in Nonarum Aprilium diem lunaris anni sint quærenda primordia. Ipsa autem luna decimaquarta, cum primum XIII, Calendas Aprilis, cum nouissimè XIII, Calendas Maias occurrendo, diem festi paschalis ab XI, Calendas Aprilis, usq; in VII, Calendas Maias faciat inquirendum. Embolismorum autem, sicut Dionysius ait, ista ratio probatur existeri, quod annorum communium uidetur damna supplere, quatenus ad solare tempus lunaris exequetur excursum. Quamuis enim solis annuum cyclum per singulos menses luna circumueat, tamen eius perfectionem duodecim suis mensibus implere non præualet. Deniq; in annis communibus ad rationem solaris anni undecim dies lunæ deesse cernuntur. In embolismis uero decem & nouem diebus eundem annum uidetur solarem luna transcendere. Et Hebræi quidem, qui solos lunares in lege nouerant, & obseruabant menses, iuxta naturalem lunæ cursum tricenis, undetricenisq; diebus communium annorum menses duodenos explicabant, & tertio uel secundo ubi decebat anno, tertiumdecimum in fine anni mensem triginta dierum apponebant embolismum. Porro Romani qui disparem habent menses, non unoquoque loco embolismos computando interponere uoluerunt, sed potius ubilibet medijs anni temporibus uacuum congruumq; inter Calendas locum inuenire potuissent. Primam igitur embolismorum lunam quarto Nonas Decembris, secundam quarto Nonas Septembris, tertiam pridie Nonas Martias, quartam pridie Nonas Decembris, quintam quarto Nonas Nouembris, sextam quarto Nonas Augusti, septimam tertio Nonas Martias, nasci dixerunt: solertissimè quantum potuerunt curantes, ut cuiuscunq; ætatis luna in Calendas occurrisset, ipsa eiusdem mensis luna diceretur esse putanda. Quod tamen non usquequaq; ualuerunt obtinere propter præfixum paschalis lunæ cursum, cuius cum extrema nonnunquam in Calendas Maias incurrant, & secundum quoq; uel etiam tertium post Calendas diem teneant, non tantum Maij mensis, sed potius Aprilis lunæ, sicut semper esse dicenda est.

GLOSSAE

GLOSSAE IN CAP. XLIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bredferro Ramensiensi.

Diuiditur autem circulus idem in embolismos annosq; communes, quos Hebræorum quoq; prætorum autoritate constat obseruatos. Emblema, uarietas pauimenti, uel abundantia, inde embolismus annus dicitur superabundans. Embolismi autem anni & communes sic inueniuntur. Si enim à decimaquarta luna paschæ præcedentis, usq; ad decimaquartam sequentis C C C L X X X I I I, dies fuerint, embolismus annus est: si uero C C C L I I I I, communis. Deniq; in annis communibus ad rationem solaris anni undecim dies lunæ deesse cernuntur: in embolismis uero decem & nouem diebus eundem annum solarem uidetur transcendere. Annus autem lunaris minor est solare diebus undecim. Qui colliguntur per tres annos, & fiunt triginta tres dies, unde tertio anno embolismus fit: hoc est, augetur tunc annus luna triginta diebus, quomodo undecim ter ducti, triginta tres faciunt. Tres autem qui supersunt, adiectis tribus trium annorum sequentium qui supersunt, etiam triginta sex fiunt. Quos sex, duobus annis adijce, qui habet uiginti duos dies, ex undecim bis solaris anni, & fiunt dies uiginti & octo. Propterea septimum annum non sequitur communis, quomodo adijciuntur statim uiginti & octo dies, unde unus mensis fit: licet duo desint dies, qui tamen ex hendecade solare complentur. Sciendum præterea eos errare, qui putant quod annus solaris simul & communis uel embolismus incipiant. Nam in initio anni decennouenalis circuli in accensione lunæ mensis Aprilis finis est embolismi. Verbi gratia. Præsentis anno, qui est septimus circuli decennouenalis, finis erit embolismi in accensione lunæ April. quoniam anno præterito, id est sexto decennouenalis ab accensione lunæ Aprilis initium sumpsit. Commemorandum quoq; quod luna embolismi nullius mensis est. Porro Romani qui disparem habent menses, non uno quolibet in loco embolismis computando interponere uoluerunt, sed potius ubilibet medijs anni temporibus uacuum congruumq; inter Calend. locum inuenire potuissent. Primam igitur embolismorum lunam, quarto Non. Decemb. tertiam, pridie Non. Mart. quartam pridie Non. Decemb. quintam, quarto Non. Nouemb. sextam, quarto Non. August. septimam, tertio Non. Mart. nasci dixerunt.

ARGUMENTVM DE SEPTEM LUNARIONIBVS EMBOLISMORVM.

In primo igitur anno embolismi, hoc est in ogdoade tertio, sunt epactæ uiginti duæ, & ideo est luna in Calend. Septemb. & Octob. uigesima septima: in Calend. Nouemb. & Decemb. uigesima nona. Ipsa autem luna quæ uigesima nona est, in Calend. Decemb. & extinguitur illic, sua luna est. Illa uero luna, quæ in quarto Non. Decemb. incipit, & terminatur trigesima, secundo Calend. Ian. embolismi est: quæ autem in Calend. Ian. est prima, luna ipsius est, quam & ipsam trigesimalam terminare debes. Ecce inuenisti lunam embolismi in primo anno embolismi, secundo Calend. Ian. trigesimalam.

DE SECUNDO ANNO EMBOLISMI, hoc est, in ogdoade quinto.

In secundo anno embolismi, id est in ogdoade sexto, sunt epactæ uiginti quinque, luna uero in Calend. Septemb. trigesima: & extinguitur illic, quia luna ipsius est. Illa autem luna quæ incipit prima in quarto Non. Septemb. & finitur trigesimo in Calend. Octob. embolismi est: & illa quæ incipit prima in sexto Non. Octob. & in tertio Calend. Nouemb. finitur, uigesima nona luna Octob. est. In Calend. Nouemb. & Decemb. fit luna secunda, in Calend. Ian. quarta, sicut ordo est.

DE TERTIO ANNO EMBOLISMI, hoc est in ogdoade octauo.

In tertio anno embolismi, id est in ultimo anno ogdoadis, sunt epactæ septendecim, luna uero in Calend. Septemb. & Octob. uigesima secunda. In Calend. Nouemb. & Decemb. uigesima quarta. In Calend. Ianuar. uigesima sexta. In Calend. Februar. uigesima septima. In Calend. Mart. uigesima sexta. In Calend. April. & Maij, uigesima septima. In Calend. Iunij & Iulij, uigesima nona. In Calend. Augusti, prima. In Calend. Septemb. tertia. Quare facis unam ætatem lunæ in Calend. April. & in Calend. Maij, quia nusquam sic in calculo reperitur: ideo quippe, quia luna quæ secundo nonas Mart. incipit, & uigesima septima est in Calend. April. in quarto non. April. uigesima octaua. In tertio non. April. uigesima nona. In secundo non. April. trigesima, embolismi est, & extinguitur illic. Et illa quæ incipit prima in Non. April. ipsa est paschalis, & euenit decimaquarta, decimoquarto Calend. Maij, & terminatur uigesima nona, V. non. Maij. Luna uero quæ est prima in quarto Non. Maij, & finitur trigesimo, in I I I I. Non. Iunij, luna Maij est. Luna enim quæ incipit prima, tertio Non. Iunij, finiturq; uigesimo nono in Calend. Iulij, luna Iunij est. Luna namq; quæ incipit sexto Non. Iulij, terminaturq; trigesimo secundo Cal. Augusti, luna Iulij est. Postea autem fit luna in Calend. August. prima, Septemb. tertia, sicut ordo est. Nam si non fecisses unam ætatem lunæ in Calend. April. & in Calend. Maij, euenisset tibi in ipso anno in termino paschali, qui est decimoquarto Calend. Maij, non XIII, sed XV. & fuisset error in pascha, & in ætatibus lunæ.

DE QUARTO ANNO EMBOLISMI, in hendecade primo.

In primo igitur anno embolismi in hendecade, sunt epactæ uiginti, & idcirco est luna in Calend. Septemb. & Octob. uigesima quinta. In Calend. Nouemb. & Decemb. decima septima. Illa autem luna quæ pridie Non. Decemb. incipit prima, & extinguitur, tertio Non. Ian. trigesima, embolismi est. Illa uero quæ tertio Non. Ian. incipit, & extinguitur trigesima in Calend. Febr. Ianuarij est. Et illa quæ quarto Non. Febr. prima incipiens, & finitur sexto Non. Mart. XXI. Februarij est. Et si bissextus ipso fuerit anno, tunc ipsa luna Februarij trigesima computatur, sicut & in alijs bissextilibus annis. Porro luna Mart. V. Non. ipsius incipit, & finitur trigesimo, in Calend. April. illa enim quæ quarto Non. April. incipit, & finitur uigesimo nono, secundo Cal. Maij, luna April. est: quæ

que autem in Calend. Maij euenit prima, ipsius luna est. Ceteræ uerò ordinem suum sequuntur. Huius igitur embolismi lunam, quæ nos secundo Non. Decemb. ideo dico, ut quicumq; utrumq; legerit, utrumq; firmum esse sciat.

DE QUINTO ANNO EMBOLISMI, in hendecade sexto.

In ipso autem anno sunt epactæ uiginti tres. Luna enim in Calend. Septemb. & Octob. uigesima octaua. In Calend. Nouembr. & Decemb. trigesima. Illa autem luna que in Calend. Nouemb. trigesimo terminatur, luna ipsius Nouemb. est: & illa que quarto Non. Nouemb. incipit, & in Calend. Decemb. trigesimo finitur, embolismi est. Quæ uerò prima quarto Non. Decembr. inchoat, finiturq; XXIX, tertio Calend. Ian. ipsa est Decemb. In Calend. Ian. II, in Calend. Feb. III. ceteræ uerò ordinem suum sequuntur.

DE SEXTO ANNO EMBOLISMI, in hendecade nono.

In ipso enim anno sunt epactæ uiginti sex, nullatenus tamen lunam embolismi per ipsas epactas reperies, nisi ad epactam anni communi superioris reuertaris. Nam in anno communi præterito, fuerunt epactæ quindecim. ideo autem luna in Calend. August. uigesimo nono, ibiq; terminatur, quia luna ipsius est. Illa uerò que quarto Non. August. inchoat prima, finiturq; trigesimo in secundo Calend. Septemb. embolismi est. In Calend. igitur Septembr. & Octobr. per epactas uiginti sex, fit luna prima: ceteræ uerò deinceps ordinem suum sequuntur.

DE SEPTIMO ANNO EMBOLISMI, QVI EST ultimus cycli decennouenalis.

Sunt namq; epactæ in ultimo embolismo hendecadis octodecim. In Calend. Septemb. & Octob. luna uigesima tertia. In Calend. Nouemb. & Decemb. uigesima quinta. In Calend. Ian. uigesima septima. In Calend. Feb. uigesima octaua. In Calend. Mart. uigesima septima. In Calend. April. uigesima octaua. & in Calend. Maij trigesima. In Calend. Iulij prima. In Calend. August. tertia, propter saltum. In Calend. Septemb. quinta. ideo namq; facimus unam ætatem lunæ in Calend. April. & Maij, quia luna que tertio Non. Mart. incipit, & in Calend. April. est uigesima nona. In quarto Non. April. uigesima nona. In tertio Non. April. trigesima embolismi est. Illa enim luna que secundo Non. April. initiatur prima, & extenditur usq; in sexto Non. Maij, uigesima nona April. est: & ipsa est paschalis, & euenit decimoquarto in decimosexto Calend. Maij. Et nisi ita fecisses, euenisset tibi in termino paschali luna decima quinta, & fuisset error in pascha & in ætibus lunæ. Luna uerò que initiatur in quinto Non. Maij, & finitur trigesimo. In Calend. Iunij, luna Maij est. Iunij quoq; luna, quarto Non. ipsius initium sumpsit, finiturq; in Calend. Iulij uigesimo nono. Quæ ergo in Calend. Iulij est prima, & extinguitur uigesimo nono, quarto Calend. August. luna Iulij est. Et quamuis tertio Calend. August. trigesima terminari debuisset, unum, id est trigesimum amittit diem, propter rationem saltus, & computatur luna August. in Calend. ipsius III. cum hanc ratio argumenti secundam existere doceat. Quæ etiam XXIX, VI. Cal. Sept. finitur. & ceteræ ordinem suum sequuntur.

DE OGDODE ET HENDECADE. CAPVT XLIIII.

Est & alia præfati circuli diuisio, qua in ogdoadem & hendecadem id est in VIII. & in XI. distinguitur annos, eo quod octauo & undecimo anno luna paschalis supremas suæ natiuitatis metas subeat, & utrumq; eorum solito embolismis more unus communis præcedat annus: uel certe quia antiquis uisum est VIII. annos solares totidem lunaribus annis dierum numero æquari, quod ab eruditioribus æuo sequente doctoribus expertum est, nisi annis XI. adiectis, nequaquam fieri posse, ad indicium utriusq; obseruationis ogdoadibus est & hendecadibus rota lunæ digesta conuersio. Nam & Græci quondam, quos & antiquissimi Romanorum perhibentur imitari, cū ad lunæ cursum adhuc annos computarent, VIII. annis communibus pari ratione confectis, embolismos trium mensium pariter intercalabant. Si enim octies undecim, & quartam partem uolueris supputare, XC. dies, hoc est, tres menses effices. Verum etiam nunc sunt qui solis octo annos totidem annis lunaribus, itemq; solis XI. totidem putant annis lunaribus dierum æqualitate aliquando longitudine concordant, semper idem facere habebunt, neq; ullum undenorum annorum æqualitas locum inueniet. Si autem uel semel XI. anni amborum simul incipiunt, simulq; terminantur, semper ipsum facturi sunt, nec erit quando octonorum concordia redire possit annorum. Deinde numerus ipse pulsandus, uidendumq; quia octo anni solares habent dies, exceptis bissextis, IIMDCCCXXX. octies enim trecenteni sexageni & quini, faciunt IIMDCCCXXX. At lunares anni totidem uide quot habeant dies, octies trecenteni quinquageni & quaterni, faciunt IIMDCCCXXXII. adde XC. trium mensium embolismorum dies, fiunt IIMDCCCXXXII. Sed duo qui minus habentur in ogdoade solari duorum bissextorum sperant adiectione supplenda. Videamus & hendecadem utriusq; sideris, si forte ibi sol bissextile quaerat auxilium. Vtrumq; enim tēpus necesse est una regula cōplectatur, undecies trecenteni sexageni & quini, fiunt IIIIMXXXV. Item undecies trecenteni quinquageni & quaterni, fiunt IIIIMDCCCXIII. Adde embolismorum mensium dies CXX, fiunt IIIIMXIII. Tolle unum saltus diem, remanent IIIIMXIII. Vide

Vide igitur si hic opus habeat hendecas solis subsidio bissextili, ut additis uidelicet duobus uel tribus diebus, lunarem compensare sufficiat hendecadem. Non utiq; eget quadrantili tuamine ad æquiperandam lunæ hendecadem, quam duobus in super diebus exuperare probatur, sed suis potius superabundat diebus, quod minus est in ogdoade solis adimplet. Liquidòq; patet in horum concordatione temporum nihil præiudicare bissextos, sed quotquot in circulo decennouenali incurrerint, omnes utroq; sideri, iuxta quod supra docuimus, æqualiter esse proficuos. Denique ut rei ipsius euiceremus interna, primo anno circulo decennouenalis nullæ sunt epactæ, quia in XI. Calendas Aprilis lunæ finitus est cursus. Item nono eiusdem circuli anno, id est, post dies, IIMDCCCXXXII. nono Calendarum Aprilium die trigesima est luna, quod etiam epactarum quæ tunc XXXVIII. sunt, ordo manifeste testatur. Quid ergo opus erit ad completionem lunaris ogdoadis duos solaris cursus superadiciere dies, id est, decimum & nonum Calendarum Aprilium, si hoc duo bissextiles poterant perficere dies? Non ergo duos dies, qui in ogdoade solis à lunari ogdoade minus sunt, duorum intercalatione bissextorum, sed duorum magis qui in hendecade eius à lunari plus sunt adiectione suppleuntur. Nec nocet quod saltum lunæ, quem quidam in ogdoadis initio ponunt, in hendecade ponendum memorauimus. Vbiq; enim interposueris, eodē propolita quæstio sine soluetur, & habet circulus decennouenalis menses solares CXXXVIII. lunares CXXXV. dies exceptis bissextis IIMDCCCXXXV. decies noues enim duodeni CXXXVIII, adde VII, fiunt CXXXV. Item decies noues trecenteni sexageni & quini IIMDCCCXXXV. Decies noues trecenteni quinquageni & quaterni IIMDCCCXXVI, adde embolismorum VII. mensium dies CXX, fiunt IIMDCCCXXXVI. subtrahe unum saltus lunaris diem, & uno eodemq; dierum numero solis & lunæ cursum decennouenalem cyclum includere probabis. Item ogdoas solis habet menses XCVI. lunæ autem XCIX. hendecas uerò solis menses habet CXXXII. lunæ autem CXXXVI. De numero dierum supra dictum est.

GLOSSAE IN CAP. XLIIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Bredeserto Ramesiensi.

Est & alia præfati circuli diuisio, qua in ogdoadem & hendecadem, id est in octo & undecim distinguitur annos, eo quod octauo & undecimo anno luna paschalis supremas suæ natiuitatis metas subeat. Supremas, id est inferiores, id est decimoquarto Calend. Maij. Metas, id est fines. Subeat, intrat. Ultra illum terminum non ascendit luna paschalis, qui est octauo & undecimo anno, qui est ultimus decennouenalis cycli: ibi enim tenet ultimam terminum suæ natiuitatis. In octauo enim anno in Non. April. prima luna paschalis, & decimoquarto Calend. Maij, fit decimaquarta. In undecimo uerò anno fit prima secundo Non. April. & decimaquarta in decimoquinto die Calendarum Martiarum. Osties CCC sexageni & quini, faciunt IIMDCCCXX. Ogdoas solis habet dies IIMDCCCXX. Ogdoas autem lunæ habet dies IIMDCCCXXXII. Hendecas solis habet dies IIIIMXV. Hendecas autem lunæ habet dies IIIIMXIII. Tolle unum saltus diem, & remanent IIIIMXIII. Habet enim plus hendecas solaris hendecade lunari in duobus diebus. Quos duos dies quibus abundat hendecas solaris super hendecadem lunarem, tribuit ogdoadi solaris, qui minor est ogdoade lunari in duobus diebus. Et sic tandem lunæ cursus & solis, ad unam concordiam ueniunt in fine hendecadis: adde embolismorum dies CXX, fiunt IIIIMXIII. Tolle unum saltus diem, remanent IIIIMXIII. Centum, uiginti & unus dies crescunt in hendecade ex undecim annis diebus, & in super unus, id est, centum uiginti duo. Quia in decimonono anno non tantum undecim ut in ceteris annis, sed duodecim dies accrescunt, propter saltum, quod ita probari potest, nam hendecas solis habet dies IIIIMXV. Diuide illos per CCCLIII, id est per lunares annos. Undecies CCCLIII, fiunt IIIIMDCCCXCIII. Ex his subtrahe unum, eo quod ultimus in cyclo decennouenali lunaris annus CCCLIII, constat, remanent IIIIMDCCCXCIII. Et adhuc restant ex hendecade solare, centum uiginti duo dies, e quibus quatuor embolismos, & in super duos dies, quorum auxilio ogdoas solaris indiget suppleri. Non dubium est, liquidòq; patet in horum concordatione temporum nil præiudicare bissextos, sed quotquot in cyclo decennouenali incurrerint, omnes utroq; sideri, iuxta quod docuimus, æqualiter esse proficuos. In octo annis, id est in ogdoade, fiunt duo bissexti: in undecim uerò, id est in hendecade, fiunt duo bissexti, & octodecim horæ de quinto, scilicet bissexti. In solari uerò cyclo, id est in uiginti & octo annis, septem bissexti fiunt. Primo anno circuli decennouenalis, nullæ sunt epactæ: quia in undecimo Calend. April. lunæ finitus est cursus. Tricesima est ibi luna, & ideo finitus est cursus eius: quia semper in undecimo Calend. April. finitur cursus lunæ, si trigesima luna inueniatur ibi. Item nono eiusdem circuli anno, id est post dies IIMDCCCXXXII. nono Calend. April. die, trigesima est luna, quod etiam epactarum quæ tunc uiginti octo sunt, ordo manifeste testatur. Si æqualitas dierum solaris cursus & lunaris esset in fine ogdoadis, sicuti est in fine hendecadis, esset ibi luna trigesima in undecimo Calend. April. sicuti est in fine hendecadis. Nunc autem, quia ogdoas lunaris superat duobus diebus ogdoadem solarem, est ibi luna trigesima in nono Calend. April. non in undecimo Calend. April. Et est necesse addere ogdoadem solarem decimam & nonum Calend. April. diem, qui fiunt post XI. Calend. ut conueniat solaris cursus ad lunarem. Decimus & nonus Calend. April. dies adduntur ad lunas, quæ crescunt super ogdoadem solarem.

EREVIS RECAPITVLATIO.

Claret enim, duos dies plus habere ogdoadem lunarem, quam solarem: & hendecas lunaris duobus diebus minor est hendecade solari, sicut ogdoas solaris minor est duobus diebus ogdoade lunari. Sume ergo duos dies de ogdoade lunari, suoq; hendecadi tribue, & tunc inuenies ogdoades & hendecades utriusq; sideris per omnia æquales.

PRimo decennouenalis circuli uersu temporu ordo prefigitur, que Greci calculatores à Diocletiani principis annis obseruauerunt. Sed Dionysius uenerabilis abbas Romane urbis, & utriusque lingua, graecae uidelicet ac latinae non ignobili preditus scientia paschales scribens circulos, noluit ei, sicut ipse testatur, memoriam impij & persecutoris innectere, sed magis elegit ab incarnatione domini nostri Iesu Christi annorum tempora prenotare, quatenus exordiu spei nostrae notius nobis existeret, & causa reparationis humanae, id est, passio redemptoris nostri euidentius eluceret. Qui in primo suo circulo quingentesimum tricesimum secundum dominicam incarnationis annum in capite ponendo, manifeste docuit secundum sui circuli annum ipsum esse, quo eiusdem sacrosanctae incarnationis mysteriu coepit. Quia enim lunaris circulus decennouenalis est, solaris autem xx. & viii. conficitur annis, multiplicatis per se inuicem ambobus, summa dxxx. & ii. colligitur annorum. Qua raedem replicata, totus solaris lunarisque recursus ordo in se sua peruestigia reuoluitur, eandemque decennouenalis lunarisque cycli annum, eandem epactas lunae, solis quoque dies concurrentes, eandem quartadecimam lunam, eundem dominicam Paschae diem ac lunam ipsius ex ordine restituens. Quod etiam Victorius, quamuis alterius institutionis paschalem condens, descripto tot annorum circulo manifeste probauit. Quia ergo secundo anno circuli quem primum Dionysius scripsit, quingentesimus tricesimus tertius ab incarnatione Domini completus est annus, ipse est nimirum iuxta concursus siderum ille, in quo incarnari dignatus est: quia hic secundus annus decennouenalis octauusdecimus est cycli lunaris, xi. habes epactas, v. concurrentes septimanae dies, lunam paschae decimam quartam viii. Calendas Aprilis, omnia tunc fuere similia, & si esset qui tunc Pascha more nunc ecclesiis usitato die dominica faceret, ipsa nimirum dies quo modo hic adnotatum est vi. Calendas Aprilis ueniret, ac luna haberet decimam sextam. Denique Dionysius ipse nobis quodammodo tacite quae dicimus in paschali busque scripsit argumentis ostendit, ubi ad inueniendum quotus sit annus circuli decennouenalis, sumere annos Domini, & priusquam hos per x. & ix. partiamur unum praecipit adijcere, significans illo incarnato unum circuli decennouenalis annum iam fuisse completum. Item ad sciendum quotus sit annus cycli lunaris, sumere monet annos Domini, & subtrahere semper duo, ac sic per x. & ix. partiri, ut uidelicet duobus qui reliqui tunc erant, annis sublati, ceteros calculatos per nonamdecimam partem diuidens, quod reliquum foret teneret. Porro ad inuestigandum quoti sint epactae lunares, annos Domini rite sumere, diuidere, multiplicare. Item diuidere, sed nullo dempto uel addito iubet: quia nimirum secundo decennouenalis cycli anno, incipientes epactae ad inueniendum suu statum, addi quid uel demi de annis Domini qui secun inchoauerant, minime poscebant. Item si uelimus scire adiectiones solis, id est, concurrentes septimanae dies, sumere annos Domini iubet, & addita quarta parte, iiii. insuper regulares semper adijcere docet, ac sic tandem per vii. partiri, quia nimirum v. erant concurrentes anno quo natus est Dominus, ut & computandi fixa series procurtere possit, necesse habeat coputari iiii. quae praecesserunt innectere. His igitur ita se habentibus, annum passionis dominicae diligenter inquirere nec ignota quaerendi uia est, si non computus errat alicubi. Habet enim, ni fallor, ecclesiae fides, Dominum in carne paulo plus quam xxxiii. annis usque ad sua tempora passionis uixisse, quia uidelicet xxx. annorum fuerit baptizatus, sicut euangelista Lucas testatur, & tres semis annos post baptismum praedicauerit, sicut Iohannes in Euangelio suo non solum commemorato redeuntis paschae tempore perdocet, sed & idem in Apocalypsi sua. Daniel quoque in suis uisionibus propheticè designat. Sancta siquidem Romana & Apostolica ecclesia hanc se fidem tenere & ipsi testatur indiculis, quae suis in cereis annuatim scribere solet, ubi tempus dominicae passionis in memoria populis reuocans, numerum annorum triginta semper & tribus annis minore quam ab eius incarnatione Dionysius ponat, adnotat. Denique anno ab eius incarnatione iuxta Dionysium septingentesimo primo, Indictione quartadecima, fratres nostri qui tunc fuere Romae, hoc modo se in natali Domini in cereis sanctae Mariae scriptum uidisse, & inde descripsisse referebat: A passione Domini nostri Iesu Christi anni sunt dclxviii. Quoniam igitur, ut supra memorauimus, dxxxii. annis circulus paschalis circūagitur. His adde xxxiii. uel potius xxxiiii. ut illum ipsum quo passus est Dominus attingere passis annum, fiunt dclxvi. Ipse est ergo annus dominicae passionis & resurrectionis à mortuis. Quia sicut quingentesimus tricesimus tertius primo, ita quingentesimus sexagesimus sextus tricesimo quarto per uniuersos solis & lunae concordat discursus. Et ideo circulis beati Dionysii apertis, si quingentesimus sexagesimus sextus ab incarnatione Domini contingens annum, quartadecimam lunam in eo ix. Calendarum Aprilium quinta feria repereris, & diem Paschae dominicum vi. Calendarum Aprilium luna decimaseptima, age Deo gratias, quia quod quaerebas, sicut ipse promissit, te inuenire donauit. Nam quod Dominus xv. luna feria sexta crucem ascenderit, & una sabbatorum, id est, die dominica resurrexerit à mortuis, nulli licet dubitare catholico, ne Legi, quae per agnum Paschalem decima quarta die primi mensis ad uesperam immolari praecipit, pariter & Euangelio, quod Dominum eadem uespera tentum à ludaeis, & mane sexta feria crucifixum ac sepulchrum, prima sabbati resurrexerit.

rexisset perhibet, uideatur incredulus. Quod autem viii. Calendarum Aprilium crucifixus, vi. Calendarum earundem die resurrexerit, multorum late Doctorum ecclesiasticorum constat sententia uulgatum. Quamuis Theophilus Caesariensis, antiquus uidelicet uicinusque apostolicorum temporum Doctor, in epistola synodica, quam aduersus eos qui decima quarta luna cum ludaeis Pascha celebrabant, una cum ceteris Palaeftine episcopis scripsit, ita dicit. Et impium non est, ut passio dominica tanti sacramenti mysterium foras limitem excludatur. Passus namque dominus ab xi. Calendas Aprilis, qua nocte à ludaeis est traditus, & ab viii. Calendas Aprilis resurrexit. Quomodo tres dies foras terminum excludentur? Constitutumque est in illa synodo, ut ab xi. Calendas Aprilis usque in viii. Calendas Maias Pascha debeat obseruari, ut in eodem libro superius scriptum est. Nam Galli quacunque die viii. Calendas Aprilis fuisset, quando Christi resurrectio fuisse tradebatur, pascha semper celebrabatur. Sin uero annu quale quaerebas, in loco que putabas inuenire non poteris, uel Chronographorum incuria, uel tuae potius tarditati culpam adscribe, tantum diligentissime cauens, ne Chronicorum scripta defendendo in temerabile legis uel Euangelij testimonium uidearis impugnare, dicendo dominum saluatorem uel xv. uel xvi. imperij Tyberij Caesaris, uel xxxix. aut xxx. suae aetatis anno sacrosanctum crucis subisse mysterium, cum Euangelia manifeste significant, xv. anno Tyberij Praefurforem Domini praedicare coepisse, ipsumque mox inter alios baptizasse Iesum, incipientem iam fieri quasi xxx. annorum.

GLOSSAE IN CAPVT XLV. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

PRimo decennouenalis circuli uersu, temporum ordo praefigitur, quem Graeci calculatores à Diocletiani principis annis obseruauerunt. Et post pauca: Quia enim lunaris circulus decennouenalis est, solaris autem uiginti octo conficitur annis, multiplicatis per se inuicem ambobus, summa quingentorum triginta duorum colligitur annorum. Ista enim luna, quae in presenti appellatione est, non erit in eadem appellatione usque ad decem & nouem annos, & ideo circulus decimanona luna est. Solaris autem annus uiginti octo annis conficitur, quia non ante potest consummari, quam bissextus cunctos septimanae dies contingat. His igitur ita se habentibus, annum passionis dominicae diligenter inquire. Nec ignota quaerendi uia est, si non computus errat alicubi. Nec ignota quaerendi uia est, scilicet, sed nota, quaerendi annos à passione Domini, si non computus errat alicubi. Errat tamen, & ideo ignota est uia quaerendi annos à passione Domini: quia si coeperis ab ipso anno numerare, ubi Dionysius incarnationem Domini esse putauit, non inuenies per ipsum in trigesimo quarto anno, decimam quartam lunam: & nono Calend. April. in quinta feria, & diem paschae dominicum, & lunam decimam septimam in sexto Calend. April. Habet enim ni fallor ecclesiae fides, Dominum in carne paulo plus quam triginta & tres annos usque ad sua tempora passionis uixisse: quia uidelicet triginta annorum fuerit baptizatus, sicut euangelista Lucas testatur: & II. semis annos post baptismum praedicauerit, sicut non solum euangelio suo Iohannes commemorato redeuntis paschae tempore perdocet, sed & idem in Apocalypsi sua, Daniel quoque in suis uisionibus propheticè designat. Triginta annorum fuerit baptizatus, sicut euangelista Lucas testatur, scilicet capite tertio, ubi dicit: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph. Dominus & saluator noster Iesus Christus triginta annorum erat, quando ad Ioannem baptizandum aduenit, tunc etenim initium Euangelicae praedicationis instituit. Refert autem eum diuina scriptura omne doctrinae suae tempus exegisse sub pontificibus Anna & Caipha: quomodo scilicet Annae pontificatus tempore incipiente, docere cepit, eiusque ad initium Caiphae pertenderit, in quibus spacijs nec toti quatuor concluduntur anni. Et tres semis annos post baptismum praedicauerit, sicut non solum in Euangelio suo Iohannes commemorato redeuntis paschae tempore perdocet, scilicet cap. ix. ubi dicit: Cohors, & tribunus & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt ad Annam primum: erat enim socer Caiphae, qui erat pontifex anni illius. Sed & idem in Apocalypsi sua, scilicet 12. ubi dicit, Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, ut ibi pascant eam diebus M C C L X. Et paulo post: Et datae sunt mulieri duae alae aquilae magne, ut uolaret in desertum, ubi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Si huius uersicali expositionem te audire delectat, ad tractatum Haimonis recurre, qui inter cetera sic dicit: Nam sicut Antichristus mille C C L X. diebus regnabit, ita & Christus mille C C L X. diebus, id est tribus annis & dimidio praedicauit. Ideoque totum praesens tempus possumus accipere per hunc numerum, à quo diuina praedicationis coepit, in quo & per nouissimos praedicatores terminabitur. Daniel quoque in suis uisionibus propheticè designat, scilicet cap. 9. ubi dicit, Et tradentur in manus eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Tempus in loco hoc annum significat. Tempora iuxta Hebraei sermonis proprietatem, qui & ipsi dualem habent numerum, duos annos praefigunt. Dimidium autem temporis sex menses, quibus sancti potestati Antichristi permittendi sunt, ut damnentur Iudei, qui non credentes ueritati susceperunt mendacium, de quo tempore & Saluator in Euangelio loquitur: Nisi abbreviati essent dies illi, nequaquam salua esset omnis caro. Et ipsi testatur indiculis, quae suis in cereis annuatim scribere solet, scilicet quia triginta tres anni sunt minus à passione, annuatim in uigilia paschae. Numerum annorum, scilicet Domini, triginta semper & tribus annis minorem, scilicet à passione Domini. Septingentesimo, indictione decima quarta, in tempore Bedae fuit hoc. In cereis, sanctae Mariae scriptum uidisse, & inde descripsisse referebat. A passione Domini nostri Iesu Christi, anni sunt dclxviii. Dum in septingentesimo primo anno fuerunt ibi, & uiderunt annos à passione Domini dclxviii, scriptos in cereis sanctae Mariae, apparet, quia triginta & tres anni minus sunt à passione. Triginta tres à natiuitate usque ad passionem Domini. Ipse est ergo annus dominicae passionis & resurrectionis à mortuis, id est, dclxvi. quia sicut quingentesimus triginta tribus primo: ita dclxvi. tricesimo quarto, scilicet à natiuitate Domini, quo fuit passus & resurrexit, per uniuersos solis & lunae concordat discursus. Sicut fuit concursus siderum in trigesimo tertio uel in trigesimo quarto post reuolutionem: id est, post primum circulum Dionysii finitus erit, scilicet concursus siderum, sicut dxxxiii. concordat primo scilicet anno natiuitatis Domini: ita quingentesimus sexagesimus sextus scilicet annus Domini, concordat trigesimo quarto à principio Dionysii post primum circulum finitum. Et diem paschae dominicum sexto Calend. April. luna decimaseptima, scilicet ipsius diei, ita fuerunt omnia ista ipso anno, quando passus fuit Dominus. Age Deo gratias, quia



quod querebas, sicut ipse promisit te innenire donauit. Ironice dicit hoc, dum nullo modo inuenitur. Ironia, est sententia, per pronuntiationem contrarium habens intellectum. Et ironia est species, quæ laudando aliquem deridet, ut Helias dicebat: Clamate uoce maiore, Deus enim B. al. & forsitan loquitur, & in diuersorio est, aut dormit ut excitetur. Hanc enim nisi grauitas pronuntiationis adiuuerit, confiteri uidebitur, quod negare contendit. Nam quod Dominus decima quinta luna feria sexta crucem ascenderit, & una sabbatorum, id est Dominica, resurrexerit à mortuis, nulli licet dubitare catholico. Vnam sabbatorum, primam sabbati intelligere debemus, id est, primam diem post sabbatum, quam ob honorem & reuerentiam Dominice resurrectionis, Dominicam nominamus. Sicut enim nos prima feria, secunda feria, tertia feria, & ceteros per ordinem dicimus: sic Iudei prima sabbati, secunda sabbati, tertia sabbati nominabant.

Quamuis Theophilus Cæsariensis, antiquus uidelicet, uicinusq; apostolicorum temporū doctor, in epistola Synodica, &c. Synodica, scilicet quam fecit in synodo aduersus eos qui decima quarta luna cum Iudeis pascha celebrabant. illam igitur epistolam hic ponere nolui, quia magis irrisorem præstat insipientibus, quam ædificationem sapientibus, eo quod Dominum nostrum Iesum Christum undecimo Calend. April. fuisse passum, & octauo Calend. eum resurrexisse pronuntiat, quod nimis absurdum est. Et impium non est, ut passio Dominica tantum sacramenti mysterium, foras limitem excludatur, scilicet multum est impium Interrogatiue legendum. Theophilus dicit Dominum undecimo Calend. April. fuisse passum, & octauo Calend. resurrexisse: sed non est uerum, quia non iacuit quatuor dies in sepulchro. Et miror quare aliquis tam absurdam rem ad memoriam reduxisset. Beatus Augustinus in libro de sancta trinitate 4. dicit eum octauo Cal. April. fuisse passum, quo & passum. Et beatus Hieronymus in martyrologio testatur, dicens: Octauo Cal. April. Hierosolyma Dominus crucifixus est, & sexto Calend. April. Hierosolyma resurrectio Domini nostri Iesu Christi celebrata est. Quomodo tres dies foras terminum excluduntur? Videtur enim Theophilo excludi tres dies Dominice passionis ab occidentalibus, qui octauo Cal. April. die dicunt Christum fuisse passum. Si octauo Cal. April. celebratur passio, quomodo tres dies, id est, X. I. X. & I. X. foras terminum excluduntur? Contra nos hoc dicit, qui octauo Cal. April. celebramus Dominicam passionem. Constitutumq; est in illa synodo, ut ab undecimo Cal. April. usq; in X. I. Cal. Maius pascha debeat obseruari, scilicet dum apud nos ab X. I. Cal. April. usq; in V. I. Cal. Maii obseruatur.

Nam Galli quacumq; die octauo Calend. April. fuissent, quando Christi resurrectio tradebatur, pascha semper celebrabant. Non enim ad diem Dominicam, neq; ad regulam decime quartæ lune attendebant, sed in quacumq; die octauo Cal. April. fuissent, pascha celebrabant. Quem ritum sancti patres in Nicea synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam paschalem, & mensem inquirere, sed etiam & diem resurrectionis Dominice obseruare. Sin uero annū qualem querebas, scilicet à passione, id est, D. L. X. V. I. in loco quem putabas inuenire non poteris: uel chronographorum, id est, temporum scriptorum incuria, id est, negligentia, uel tue potius tarditati culpam ascribe: dicendo Dominum saluatorem uel decimo quinto, uel decimo sexto imperij Tiberij Cæsaris, uel uigesimo nono, aut trigesimo sue ætatis anno, sacrosanctum crucis subijisse mysterium. Non enim in decimo quinto anno Tiberij Cæsaris, uel trigesimo sue ætatis anno fuit crucifixus, sed baptizatus.

## DE INDICATIONIBVS. CAPVT XLVI.

Secundus ordo circuli decennouenalis complectitur Indictiones, XV. annorum circuitu in sua semper uestigia reduces, quas antiqua Romanorum industria comperimus ad cauendum errorem, qui de temporibus forte oboriri poterat institutas. Dum enim, uerbi gratia, quilibet Imperator medio anni tempore uita uel regno decederet, poterat euenire ut eūdem annum unus historicus eiusdem regis adscriberet temporibus, eo quod eius partem regnaret: alter uero historicus eundem successori illius potius attributum putaret, eo quod & hic partem æque eius haberet in regno. Verū ne per huiusmodi dissonantiā error temporibus inoleceret, statuerūt Indictiones, quibus uterq; scriptor, imo etiā uulgus omne, temporū cursum facillime seruaret, quas pro facilitate quoq; calculandi XV. esse uoluerūt, ut planissimo numero, & ad multiplicandū prorsusimmo compendiosius transacti temporis status in memoriam possit reduci. Quidam autem putant, quia quondam in re publica post census quinto anno peractum Vrbs Roma lustrabatur, ad indicium ternæ lustrationis & census Indictiones esse conditas. Incipiunt autem Indictiones ab V. I. I. Calend. Octobris, ibidemq; terminantur.

## GLOSSAE IN CAP. XLVI. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

Secundus ordo circuli decennouenalis, complectitur Indictiones XV. annorum circuitu, in sua semper uestigia reduces. Id est, reuertentes: quia reducuntur post quindecim annorum circuitum. Industria, id est, diligentia, prudentia.

Quidam autem putant, quia in re quondam publica. Res publica quasi popolica, eo quod ad omnem populum pertinet. Indicare, est præcipere. Inde indicium, uel edictum, imperiale præceptum. Indicare, est generale præceptum tributarium, quod generaliter omnibus per uniuersum orbem imperabatur. Peragebatur autem indicio per quindecim annos, & primo quinquennio nummus indicebatur aureus, secundo argenteus, tertio lustro soluebatur æneus.

## ARGUMENTVM INVENIENDI QUOTA SIT INDICTIO. CAPVT XLVII.

Hoc autem argumento quora sit anno quocumq; computare uolueris Indictio reperies: sume annos ab incarnatione Domini quotquot fuerint in presentibus: uerbi gratia, DCCXXV. adde semper

semper tria, quia quarta Indictione secundū Dionysium natus est Dominus, fiunt DCCXXVIII. hæc partire per XV. quindecies quadrageni, sexcenti, quindecies octoni centum uices, remanent octo: octaua est Indictio. Si uero nihil remanserit, decima quinta est.

## DE EPACTIS LVNARIBVS. CAPVT XLVIII.

Tertia præfati circuli linea continet epactas lunares, quæ ad cursum solis annuatim undenis diebus accrescere solent, inde epactæ græco uocabulo, id est, adiectiones dicuntur, quod per annos singulos XI. dierum, ut diximus, accumuluntur augmento. Vel certè quia ad inueniendas quotæ sint lunas Calendarum XI. per totum adijciuntur annum, ut supra docuimus: epactæ iure, id est, adiectiones uocantur, & quidem per totum anni uertentis orbem suos quæq; dies habet adiectiones lunares, XI. Nam, uerbi gratia, si hodie cum scribo quinta est luna, isto ipso die post annum decimasexta erit luna, post duos annos uigesimasextima: post tres, octaua: nec eadē huc quæ nunc est priusquam XXX. annorum peracto circulo redit. Sed proprie quæ in circulo decennouenali annotatæ sunt epactæ, lunam quora sit in XI. Calendas Aprilis, ubi paschalis est festi principium signant: hanc præfixam sui cursus regulam semper obseruantes, ut quoties minorum XV. numerum habent, paschalem lunam præferant: quoties autem maiorem, in sequentē lunam pascha quarendum præmonstrent. Quia nimirum lunæ paschalis plenitudo non æquinoctium præire, sed sicut in principio creaturarum ordinatum est, sequi potius debet, quando primū ortus est sol inchoatione diei uernum tenens æquinoctium, deinde orta est luna in inchoatione noctis autumnalis æquinoctij tenens ipsa particulam. Vnde multum errare constat eos, qui lunæ paschalis initium à tertio Nonarum Martiarum die quarendum definiunt: quia uidelicet ibi nata luna ante tempus æquinoctij plenilunium ostendit. Ideoq; solennitati paschali inhabilis est, in qua, sicut diximus, primum solem primitiue creationis statum, ac deinde lunam necesse est cōscendere, ut & hic per æquinoctij transgressum longitudinem noctis superet, & illa per plenilunium totam eius quantulacumq; est longitudinem illustret. Quod ad Christi & ecclesiæ sacramentum respicere, nemo est ferè qui ambigat: de quo & in primordijs huiusce opusculi aliqua perstrinximus, & nunc paucis replicemus. Quia sicut luna & stellæ non à se ipsis, ut perhibent, sed à sole habent ut luceant, sic & ecclesia, sanctiq; omnes nō suæ merito uirtutis, sed gratia largitoris habent bonum quo uiuunt. Et licet non nostri uigore arbitrij fortitudinem nostram, sed illo nos suscipiente, illius misericordia præueniente custodimus, nec sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ita etiam in tempore quo nostræ redemptionis insignia celebramus, solaris perfectio splendoris quæ illuminat, lunarem quæ illuminatur antecedere debet.

## GLOSSAE IN CAP. XLVIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brideserto Ramesiensi.

Nam uerbi gratia, hodie cum scribo, si quinta est luna est luna, isto ipso die post annum decimasexta erit luna, post duos annos uigesimasextima, post tres octaua. Huius igitur uersiculi glossa iam superius est scripta, cuius initium est: Si uis scire qualis luna fuerit in transacto anno in unoquoq; datarum. Hodie, quasi hoc die. Quotidie, non cotidie, ut sit quot diebus. Cras, quod est postea. Extremum est pridie, & distans extremum ab eo, quod iam dies ipse sit à nobis extraneus, & prætereundo alienus. Pridie autem, quasi priori die. Perendie, id est, per ante diem, uel in antecessum, id est, prius. Hanc præfixam sui cursus regulam semper obseruantes, ut quotiens minorem decimasextum numerum, habent paschalem lunam, præferant. Si enim maiorem numerum habuerint epactæ, XV. in XI. Calend. April. non ostendunt illæ epactæ lunam paschalem. Per epactas igitur in hoc loco ætatem lunæ intellige. Talis est ratio: Si decima quinta fuerit luna in undecimo Calend. April. decima quarta luna paschalis non debet præire æquinoctium, sed sequi, aut aliquando in ipso æquinoctio XIIII. fieri. Vnde multum errare constat eos, qui lunæ paschalis initium à tertio nonarum Martiarum die quarendum definiunt: quia uidelicet ibi nata luna ante tempus æquinoctij plenilunium ostendit. Prima igitur ætas lunæ, quæ fuit in initio mundi, sic fuit: decimo quarto uero Calend. April. quasi octauo idus Martij fuisset nata: propterea errant, qui lunæ paschalis initium à tertio nonarum Martiarum die requirunt.

Quia sicut luna & stellæ non à se ipsis ut perhibent, sed à sole habent ut luceant: sic & ecclesia sanctiq; omnes non suæ merito uirtutis, sed gratia largitoris habent bonum quo uiuunt. Stellæ lumen à sole mutuantes cum mundo uerti, ut puta uno loco fixæ, & non stante mundo uagæ ferri dicuntur, exceptis his quæ planea te, id est, errantes uocantur, easq; diei aduentu celari, nec unquam celo decidere, fulgor plenilunij & solis probat deliquimus: quia uis uideamus igniculos ex æthere lapsos portari uentis, uagiq; lumen sideris imitari trucibus orientibus uentis. Sidera autem alia sunt in liquorem soluti humoris secunda, alia concreti in primas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandænis: alia status teporis, alia uaporis, alia roris, alia frigoris. Nec solum errantia, ut Saturnus, cuius transitus imbriferi sunt: sed & quedam fixa polo cum errantium fuerint accessu, uel radijs impulsæ, ut succule in fronte tauri, quas ob id Græci pluuio nomine hyadas appellant. Quin & sua sponte quedam statutiq; temporibus, ut hocorum exortus, & arcturi, qui per idus Septemb. cum procellosa grandæne surgit: & nimbofus orion, & canicula, quæ nimum feruens XV. Calend. August. emergit.

Stellæ lumen à sole, scilicet sicut sancti à Christo mutuantes, id est, accipientes. Stellæ omnes & luna, à sole lumen accipiunt. Licet enim sint igneæ nature, & licet ex eadem luce sint factæ qua & sol: tamē nō tantæ uirtutis sunt, ut possint per se lucere sine sole. Illuminatur enim cuncta radijs solis, quod exhibetur nobis in figura Christi sanctorūq; illius: qui quod uirtutis habet, ab ipso accipiunt.

Stellæ non habere proprium lumen, sed à sole illuminari dicuntur: nec eas unquam de caelo abscedere, sed ueniente sole celari. Omnia enim sidera obscurantur sole oriente, & nō cadunt. Nam dum sol ortus sui signa præmiserit, omnis stellarum ignis sub eius luminis fulgore euanescit, ita ut præter solis ignem nullius sideris splendor uideatur. Hinc etiam sol appellatur, eo quod solus appareat obscuratis cunctis sideribus. Nec mirum hoc de sole, cum etiam plena luna & tota nocte fulgent, pleraque astra non luceant. Esse autem per diem stellis in caelo, probat solis deliquium: quod quando sol obiecto orbe lunæ fuerit obscuratus, clariora in caelo astra uidentur. Stellæ dictæ à stando, quia fixæ stant semper in caelo. Stellæ immobiles sunt, & cum caelo perpetuo motu feruntur. Feruntur quæ caelo fixæ sunt, & cum caelo uoluntur: mouentur uerò quædam, sicut planete, id est erraticæ, quæ cursus suos uagos certa diffinitione conficiunt. Stellæ, & sidera & astra inter se differunt. Nam stella, est quelibet singularis: sidera uerò sunt stellis plurimis facta, ut hyades, pleiades. Astra autem stellæ grandes, ut orion, bootes. Sed hæc nomina scriptores confundunt, dum & astra pro stellis, & stellæ pro sideribus ponunt. Stellæ autem secundum mysticum intellectum sancti uiri intelliguntur, de quibus dictum est: Qui numerant multitudinem stellarum. Sicut enim omnes stellæ à sole illuminantur, ita sancti à Christo gloria celestis regni clarificantur. Et sicut præ fulgore solis & uis maxima luminis eius sidera obtunduntur: ita & omnis splendor sanctorum in comparatione gloriæ Christi quodammodo obscuratur. Et quemadmodum stellæ sibi differunt claritate, ita iustorum diuersitas meritorum discretione.

QVOMODO ERRENT QUIDAM IN PRIMI  
MENSIS INITIO. CAPVT XLIX.

SEd error eorum qui aliter sapiunt, uide an ipsis saltem qui huiusmodi condunt lege iniquas, & scribentes in iustitiam scribunt, ratus ac ueritate uideatur esse suffultus. Victorius qui illorum circulos scripsit, dicit in prologo eiusdem operis inter alia sic: Latini namque à IIII. Nonarum Martiarum usque ad IIII. Nonas Aprilis, diebus scilicet XXXIX. obseruandum maxime censuerunt, ut quocumque eorum die luna fuerit nata efficiat primi mensis initium, cuius luna decima quarta si feria sexta prouenerit, subsequens dominicus, id est, luna decima sexta festiuitati paschali si ne ambiguo deputeretur. Sin autem die sabbati plenilunium esse contigerit, & conuenienter dominico luna decima quinta reperiri, eadem hebdomada transmissa, in alterum diem dominicum, id est, lunam uigesimalam secundam transferri debere Pascha dixerunt: ne minus eiusdem dominici peragendo mysterio destinarent quam sextadecimam, nec amplius quam uigesimalam secundam lunam aliquando reciperent, eligentes potius in lunam uigesimalam secundam diem festi paschalis extendi, quam dominicam passionem ante lunam quartam decimam ullatenus inchoari. Quartasdecimas porro lunas mensis eiusdem à XV. Calendarum Aprilium, usque in XVI. Calendarum Maias adserunt esse seruandas. Item in fine eiusdem prologi. Cum uerò contigerit, inquit, lunam uigesimalam septimam sabbato, uel maxime die Calendarum Ianuariarum prouenire absque bissexto, nouerit sanctitas uestra, quod Pascha XIII. Calendarum Aprilis secundum Latinos haud unquam celebrandum, etiam si luna conueniat, penitus inuenitur. Aut VIIII. Calendarum Maias secundum Aegyptios, quod aliquoties obseruandum est, reperiri non posse. Videamus ergo Latinos suos quomodo commendat Victorius. Dicit eos maxime censuisse à IIII. Nonas Martias namque lunam efficere primi mensis initium, & decima sexta luna die dominico Pascha celebrandam. Et iterum dicit, nunquam XIII. Calendarum Aprilis, etiam si luna conueniat, Pascha celebrandum secundum Latinos, sed magis secundum Aegyptios VIIII. Calendarum Maias. Constat autem lunam IIII. Nonas Martias natam, XIII. Calendarum Aprilis esse sextadecimam. Obscuro te sancte frater Victorius, si IIII. Nonas Martias nata luna facit primi mensis initium, quid rationis est, ut non in eo Pascha celebremus, sed potius alium differamus in mensem? cum lex toties imperet, ut omnes qui possint in primo mense Pascha faciant, soli autem qui in uia fuerint & immundi secundo hoc mense celebrent? Quid est, rogo, quod addis, absque bissexto? An forte quia quando Calendarum Ianuariæ sabbato sunt, tercia decima Calendarum Aprilium dies in dominicum occurrit, si bissextilis annus non est, si autem bissextus intercesserit, eadem dies secunda feria prouenit, docere uis cum secunda feria fuerit XIII. Calendarum Aprilis in luna decima sexta, sequenti dominica VIIII. Calendarum Aprilis luna uigesimala secunda Pascha rite celebrari? Cum uerò eadē dies XIII. Calendarum Aprilis lunam decima sextam dominica die habuerit, non posse in ea Pascha celebrari: quia necdum æquinoctium transierit? Sed nec in sequenti dominica, quia luna superadulta, hoc est, uigesimala tertia illam incidat in diem, atque hac cogente necessitate in secundi tempora mensis Paschæ differenda solennia? Mirus calculandi præceptor, qui principaliter doceas, lunam IIII. Nonas Martias natam efficere primi mensis initium. Et rursum ratione ipsa superatus compelleris fateri, nisi interueniente bissexto nullatenus lunam hac die natam, sed potius eam quæ post XXXIX. dies fuerit accensa, paschalibus festis congruam. Si uerò adfuerit bissextus, tunc effici lunam sequentis anni primam, quæ absque illo fieri poterat extrema transacti. Et quid est quod ais: etiam si luna conueniat, XIII. Calendarum Aprilis nunquam Pascha celebrandum penitus inueniri? Quomodo enim potest luna conuenire paschalibus solennijs, ubi nunquam paschalia sunt celebranda solennia? Et si nunquam XIII. Calendarum Aprilium Pascha celebrandum, etiam si sextadecima prouenerit, errant profecto Latini, qui lunam paschalem à IIII. Nonas Martias inchoare decernunt: in qua decimo sexto & decimo septimo eo quod æquinoctium non transtulerit, non licet pascha fieri. Et merito illorum contempta obseruatione, cum Aegyptijs potius eo anno

anno in octauo Calendarum Maij Pascha differendum suades. Si autem magis obseruandum quod Aegyptij docent autumas, quare non illorum per omnia scientiam sectaris? Verum quia hoc facere non uis, sed inter utroque medius incedens, magis Latinorum quos uituperas, quam Aegyptiorum quos præfers, calculum tuis legendum sequendumque contradis, nos Aegyptiam calculandi disciplinam, quæ & tuo iudicio, & uniuersalis ecclesiæ consensu uerior apparet, omnibus sequendam nouimus, initium uidelicet primi mensis ab octauo Iduum Martiarum usque in Nonarum Aprilium diem. Quartasdecimas uero lunas Paschæ, à duodecimo Calendarum Aprilium usque in decimum quartum Calendarum Maias. Porro diem Paschæ dominicum ab undecimo Calendarum Aprilium usque in septimum Calendarum Maiarum: & hoc in luna decima quinta usque ad uigesimalam primam esse querendum. Verum ne nos amatores Victorij temere illum aggressos esse laceret, legant librum doctissimi & sanctissimi uiri, Victoris uidelicet Capuani Episcopi de Pascha, quod quindecimo Calendarum Maias putabatur celebrari debere, Indictione autem decima tertia nouies Proconsule Basilio, & quantà prudentibus, & catholicis ecclesiæ Doctoribus æffirmatus sit suus magister inuenient, cuius principium libri est. Cum paschalis ueneranda solennitas, qua nam die potissimum proueniret per anni præsentis Indictionem tertiamdecimam à nobis sollicite quaeretur, & iuxta patrum uenerabilium constituta octauo Calendarum Maiarum diceremus resurrectionem Domini procul dubio celebrandam. Aliquibus minime rationabilis uisa est nostra responsio, eo quod Victorius quidam in circulo Paschali quem edidit aliter diem dominicæ resurrectionis adixerit, licet & hunc designauerit quem nos celebrandum pariter profitemur. Et in processu operis. Sed nunc, inquam, ordo expedit, ut cyclorum quos Victorius edidit patefaciam euidenter errores, dum nescit legitimum diem definire Paschalem, ut cum in præteritis ostensus hoc modo fuerit deliquisse, in præsentibus ac futuris & autoritate careat, & occasionem prauæ persuasionis amittat.

GLOSSAE IN CAPVT XLIX. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Brediferto Ramesiensi.

Quam Dominicam passionem, id est, sextam feriam ante lunam decimam quartam. Quam Dominicam, scilicet diem ante lunam decimam quintam, id est, in lunam decimam quintam.

Initium uidelicet primi mensis ab octauo iduum Martiarum, usque in Nonarum Aprilium diem: quartasdecimas uero lunas paschæ à XII. Cal. April. usque in XIII. Cal. Maij. Constat igitur quod primo anno decennouenalis cycli, quando nulla epacta in capite ponitur, in Calen. Mart. luna nona, & in octauo idus Martij decima sexta occurrit. Hanc deduc trigesimalam, & incipe primam, & Non. April. occurrit decima quarta, qui est terminus primus decennouenalis. Iterum eiusdem XVI. quos anno priori in octauo idus Mart. habuisti, adde XI. occurrit eodem die XXVII. Hanc cum trigesimalam deduxeris, occurrit sequens decima quarta luna octauo Calend. April. qui est terminus secundus. Sicque lunationibus singulis usque decimnonum annum, eodem die octauo idus scilicet Martij, addendo semper XI. ad præcedentem eiusdem diei lunæ etate, anni præcedentis quotalibet infra trigesimalam fuerit, deduc eam trigesimalam, & deduc sequentem usque XIII. & ubicumque decima quarta fuerit, ibi sine ulla ambiguitate terminus paschalis erit. Porro si eodem die XXX. incidit, quod tamen non nisi semel per decem & nouem annos fit deduc more solito sequentem, & ubi XIII. occurrerit, ibi & terminus erit. Prima uero cum octauo idus occurrerit eadem proculdubio paschalis erit. Et hoc certissime caue, ne prius natam lunam quam octauo idus Mart. deputes paschalem, sed quotacumque eodem die occurrerit, aut trigesimalam eodem die teneas, aut triginta deducas, & sequentem quolibet loco XIII. occurrerit, paschalem esse non dubites. Iste ordo & hæc ratio nunquam ex eodem die quo statuta fuit, turbari ab ullo potuit, aut poterit: sed potius ille concussus erit, qui eam concutere nisus fuerit. Expleto igitur anno decimonono, statutoque eiusdem anni termino nouissimo, si iterum probare uolueris quod hæc ratio ratione constet, & hæc auctoritas digna auctoritate subsistat: adde de eodem sepe dicto die octauo idus Mart. præcedentis lunæ etate non undecim ut prius, sed propter saltum lunæ duodecim: & iterum occurrerit tibi luna, sicut in principio eodem die decima sexta, atque ita sequentia eodem quo prius ordine cuncta proueniant. Verum ne nos amatores Victorij, temere illum aggressos lacerent, legant librum doctissimi & sanctissimi uiri Victoris, uidelicet Capuani Episcopi de pascha, quod XV. Calend. Maij putabatur celebrari debere, indictione decimatercia, nouies post consulatum Baslij. Gregorius. Fertur apud ueteres mos fuisse, ut quisquis consul existeret, iuxta ordinem temporum honoris sui locum teneret, ut si quis posterius ad consulatum ueniens, consul non semel, sed bis fortasse aut tertio fieret, etiam illos laude & honore transcenderet, qui non plus quam semel consules extitissent. Consules appellati à consulendo, sicut reges à regendo, & sicut leges à legendo, eo quod consulerent, hoc est prouiderent reipublicæ. Nam cum Romani regum superbam dominationem non ferrent, imperia annua, binosque consules sibi fecerunt. Nam factum regium non beneuolentia consulentis, sed superbia dominantis erat. Hinc igitur consules appellati, uel à consulendo ciuibus, uel à regendo cuncta consilio: quos tamen ideo mutandos per annos singulos elegerunt, ut ne insolens diu maneret, & moderatior citò succurreret. Inde enim duo pares, quorum unus rem ciuilem, alter enim rem militarem ministrabant. Regnauerunt enim annis quadringentis sexaginta septem. Proconsules subiecti erant consulibus, & dicti proconsules, eo quod uice consulis fungerentur: sicut procurator curatoris, id est, actoris. Exconsules autem dicti, qui iam à consulatu exierunt siue discesserunt, peracto uicis sue anno. Si ergo aliquis ex consulibus suo tempore bene rem publicam administraret, licet deponeretur de ipso consulatu, ad eiusdem tamen dignitatis officium administrandum decreto senatus reducebatur. Vnde de supra lectum est nouies post consulatum Baslij.

ARGVMENTVM QVOT SINT EPACTAE  
LVNARES. CAPVT L.

**S**I autē uis cognoscere per annos singulos quot sint epactæ, sume annos Domini quot fuerint, utputa in præsentī octaua Indictione DCCXXV. hos partire per XIX. decies nouies tricenī. DLXX. decies nouies octoni, cenquinquāis dipondius, remanent III. hos itē multiplica per XI. fiunt XXXIII. tolle XXX. remanent III. Tres sunt epactæ, id est, adiectiones lunares.

DE EPACTIS SOLIS. CAPVT LI.

**Q**uarto decennouenalis circuli tramite designantur epactæ solis, id est, concurrentes septimanæ dies unius semper ternos per annos, duorum autem per annum bissextilem usq; ad septimum numerum adiectione crescētes, quarum circulus habet annos quater septenos, id est, XXVIII, quia nimirū non ante potest cōsummari, quā bissextus, qui quarto redire solet anno cūctos septimanæ dies contingat, dominicam uidelicet, sextam feriam, quartam feriam, secundam feriam, sabbatum, quintam feriam, tertiam feriam: hoc etenim illos ordine percurrit. Cumq; suas quæq; anni dies habeat concurrentes, hæc quæ in circulo adfixæ concurrentes sunt, specialiter quæ sit nono Calendarum Aprilium feria designant, uidelicet ut propius festiuitatis Paschalis exordio positæ, facillime diem epactarum, uel decimæ quartæ lunæ quota sit feria pandant, ac per hoc ad Paschalis inuentionem diei dominici planum faciant iter. Contingit autem eadem concurrentium annua dies, quod calculatorem meminisse iuuat, etiā II. Calendas Aprilis, VII. Idus Aprilis, XV. Calendarum Maiarum, & XI. Calendarum earundem. Cuius circuli talis est cursus, ut quæcunq; bissextili anno sunt concurrentes, ipsæ & ante quinquennium fuerint, & post annos VI. futurae sint. Quæ primo post bissextum anno sunt, eadem & ante annos XI. trālerint, & post VI. redeant. Quæ secūdo post bissextum, eadem & ante annos VI. trālerint, & post XI. remeant. Quæ tertio post bissextum, ipsæ & ante VI. annos præterierint, & post V. reuertantur. Et huius ordo discretionis cunctos annorum uertentium complectitur dies. Notandū sanè quod huius gyri solaris, qui XXVIII. annis peragitur, causa facit decennouenales circulos XXVIII. debere compleri, priusquam idem per omnia paschalis obseruantia cursus in seipsum redeat, ut omnis nimirum huius circuli antus caput circuli decennouenalis instituatur. Itemq; annus quisq; circuli decennouenalis huius caput adsequatur, ac per hoc tota paschalis obseruantia series nō minus quingentis trigintaduobus annis explicetur.

GLOSSAE IN CAPVT LI. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Bridefero Ramesiensi.

Quarto decennouenalis circuli tramite, designantur epactæ solis, id est, concurrentes septimanæ dies. Concurrentes, hoc est, nonus dies Calend. April. Quoniam si diuidas annum in septem, remanet unus dies, qui turbat, ut non semper in iisdem diebus fiant Calendæ, & alij dies: quia uerbi gratia, si prima feria fuerint Calendæ Ianuarij, sequenti anno non in prima, sed in secunda erunt: tertio autem anno in tertia feria erunt. Quarto igitur anno non in quarta, sed in quinta, propter bissextum. Circulus solaris ideo usq; ad XXVIII. annos extenditur, ut singulis ferijs bissextus proueniat.

ARGVMENTVM QVOT SINT EPACTAE SOLIS,  
ET QUANDO BISSEXTI AN-  
NVS. CAPVT LII.

**Q**uoniam uerò communis atq; indiscretus epactarum, id est, adiectionum solis, cum bissexto cursus est, amborum pariter qui sit status argumento condiscere. Si ergo uis scire quando bissextus dies sit, sume annos domini DCCXXV. partire hos per IIII, & si nil remanserit bissextus est: si uerò unum, aut duo, uel tria remanēt, primus, aut secundus, aut tertius est annus à bissexto, utputa quater centeni, CCCC. quater octogeni, CCCCXX. quater esse quarta, remanet unum, quia primus est annus à bissexto. Si uis nosse adiectiones solis, id est, concurrentes septimanæ dies, sume annos ab incarnatione domini quot fuerint, utputa DCCXXV. per indictionem octauam, & annorum qui fuerint quartam partem semper adijce, id est, nunc CLXXXI. qui fiunt simul DCCCVI. his adde IIII. fiunt DCCCX. Hos partire per VII. septies centeni DCC. septies tricenī CCX. & nō remanet aliquid, quia VII. sunt epactæ solis, id est, concurrentes septimanæ dies.

DE REDITV ET COMPVTV ARTICVLARI  
VTRARVNQVE EPACTARVM. CAP. LIII.

**V**erum quia facillimè diem Paschæ, uel ceteros temporum recursus comprehendit, qui solis & lunæ circulum memoriter tenet, excepto eo quod eisdem circulos per decem & nouem, & per uiginti octo multiplicandos partiendosq; nouit, omnis calculator meminisse debet, eadē concurrē

cōcurrentes solis tricesimo ab hinc anno, quas & proximo secuturas, easdem sexagesimo quas & quarto, easdem nonagesimo, quas & sexto, easdem centesimo uigesimo, quas & octauo, easdem centesimo quinquagesimo, quas & decimo: & ceteras in hunc modum esse redituras. Quocunq; enim numero annorum transactio concurrentes scire desideras, eundem numerum uide quoties habeat XXX. & tricesima parte geminata cōcordiam uertentium cognosces annorum. Verbi gratia, trecenti decies habent XXX. & propterea eadē concurrētē CCC. anno quæ XX. sunt futurae, si quid residui fuerit & hoc adijces. Eodem modo etiā in præterita tempora concurrentium ordo respicit. Item quia circulus lunaris decennouenalis est præsentis anni epactæ uicesimo anno redeunt, sequentis ab hinc quadragesimo, tertij sexagesimo, quarti octuagesimo, quinti centesimo, sexti centesimo uigesimo, septimi centesimo quadragesimo, octauī centesimo sexagesimo, noni centesimo octuagesimo, decimi ducentesimo, & cetera similiter. Quod & de luna decimā quarta Paschæ, ceterisq; quæ decennouenali circulo includuntur æque sentiendum est. Poterit diligens calculator hoc modo etiā prolixiores sibi temporum sequētium annotare recursus, quibus semper meminerit etiā præteriti anni congruere statum. Memoratu autem dignum uideretur, quia quidam ob compendium calculandi utriusq; ordinem circuli, & solaris uide licet & lunaris transferunt in articulos: nam quia manus humana articulos habet adiunctis unguibus X. & IX. singulis his singulos aptates annos, lunarem cursum in laeva manu, intrinsecus à radice pollicis incipiunt, & in ungue minimi digiti intrinsecus eundem consummant. Itē quia manus binæ articulos, exceptis unguibus, habent XXVIII. his singulos annos singulis aptant, in choantes à minimo laeuae digito, & in dextera pollice complentes. non ut in lunari cyclo singulos ex ordine digitos expedientes ad numerum, sed ob rationē quadrantis per quaternos transuersim digitos quadriennium omne signantes, ita ut minimorum bis terni articuli digitorum totidem bissextilis contineant annos. Item proximorum à minimis bis terni articuli digitorum proximò à bis ternis bissextilis annos totidem explicent, secundi similiter secundos, & tertij digiti tertios totidem annos aqua ratione complectantur. Porro septimus bissextilis cum tribus se sequentibus annis bis binos sibi pollicem uindicet articulos. Hoc siue alio quisq; sibi calculator ordinare uoluerit modo, nihilominus circulum utriusq; sideris libenter capient manus. Sed innumera huiusce disciplinae, sicut & ceterarum artium, melius uia uocis alloquio quam stilī signantis traduntur officio.

GLOSSAE IN CAP. LIII. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Bridefero Ramesiensi.

Verbi gratia, trecenti decies habent XXX. Et propterea eadem concurrentes trecentesimo anno, quæ uigesimo sunt futurae. Verbi gratia, decem trigesima pars est trecentorum annorum: gemina decem, sunt uiginti. Et ideo concurrentes, quæ erunt uigesimo anno futuro, fuerunt in trecentesimo anno retro. Si quid residuum fuerit, scilicet post tricenas partes, id est post XXX. Talis est sensus. Si remanserit aliquid ultra triginta. Exempli causa. Diuide centum per triginta, remanent decem. Geminatres. Quare? Quia ter triginta habuisti, fiunt sex, hos iunge ad residuum numerum, qui post tricenariam diuisionem remanet, id est ad decem, fiunt sexdecim. In hoc apparet quod illæ concurrentes, quæ erunt in decimo sexto anno, similiter fuerunt in centesimo retro. Quod & de luna decimā quarta paschæ, ceterisq; quæ decennouenali circulo includuntur, æque sentiendum est. Quod si à præsentī post aliquot annos: uerbi gratia, post centum paschæ scire uelis, epactas tantum & concurrentes solis dies inuenire sufficit. Partire autē centum per decem & nouem, & remanent quinq;. illas ergo epactas scito centesimo, quas quinto anno futuras. Eodem modo centū per uiginti octo diuidens, eas centesimo, quæ sunt decimo sexto anno, concurrentes solis inuenies.

Hæc siue hoc siue alio quisq; calculator sibi ordinare uoluerit modo. Si enim id ipsum alio modo uti agere, pone in prima feria primum concurrentem cum bissexto: in secunda secundum, in tertia tertium, in quarta quartum, in sexta sextum cum bissexto: sic deinceps usq; in finem. Hoc tantum caue, ut in quarto semper loco unum intermittas, quatenus bissextus cunctos septimanæ dies contingat.

DE CYCLO LVNARI. CAP. LIIII.

**Q**uinta circuli decennouenalis, regione lunaris cyclus includitur, à quarto eas incipiens, & tertio completur in anno, qui proprie Romanorum est: & ad mensem Ianuariū pertinēs: nam sicut annus quisq; decennouenalis circuli propter legalem Hebræorum obseruationem à paschali mense inchoat, ibidemq; finitur: ita & hic Romanorum institutione à luna Ianuarij mensis inchoat, atq; ibi desinit, sicut ille, sic & iste, primum & secundum communes annos, tertium habet embolismum, quartum & quintum communes, sextum embolismum, septimum communem, octauum embolismum. Hendecas quoq; cycli lunaris instar decennouenalis circuli VII. annos communes, & IIII. habet embolismos. Et habent communes anni menses lunares XII. id est, dies trecetos quinquaginta tres. Embolismi autem menses tredecim, dies uidelicet trecentos octuaginta quatuor, præter unum duntaxat septimumdecimum cycli huius annum, qui est decennouenalis primus, in quo unus dies ratione saltus lunaris intercipitur. Quod ut manifestius fiat, singulorum ex ordine cursum uideamus annorum, & quod Dionysius in mense paschali, nos in Ianuario facere curemus.

Anno lunari primo, decennouenali quarto, à Calend. Ianuar. usq; in 13. Calendas Ianuarias, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 2. decennouenali 5. à 12. Calendas Ianuarias usq; 5. Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 3. decennouenali 6. à 4. Idus Decembris, usq; in 5. Calendas Ianuarias, quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno lunari 4. decennouenali 7. à 4. Calendas Ianuarias, usq; in 16. Calendas Ianuarias, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 5. decennouenali 8. à 15. Calendas Ianuarias, usq; in 8. Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 6. decennouenali 9. à 7. Idus Decembris, usq; in 8. Calendas Ianuarias, quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno lunari 9. decennouenali 10. à 7. Calendas Ianuarias, usq; in 19. Calendas Ianuarias, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 8. decennouenali 11. à 18. Calendas Ianuarias usq; in 4. Nonas Ianuarias quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno lunari 9. decennouenali 12. à 3. Nonas Ianuarias, usq; in 11. Calendas Ianuarias, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 10. decennouenali 13. à 10. Calendas Ianuarias, usq; in 3. Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 11. decennouenali 14. à 2. Idus Decembris, usq; in 3. Calendas Ianuarias, quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno lunari 12. decennouenali 15. à 2. Calendas Ianuarias, usq; in 14. Calendas Ianuarias, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 13. decennouenali 16. à 13. Calendas Ianuarias, usq; in 6. Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 14. decennouenali 17. à 5. Idus Decembris, usq; in 6. Calend. Ianuarias, quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno lunari 15. decennouenali 18. à 5. Calendas Ianuarias, usq; in 17. Calendas Ianuarias, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 16. decennouenali 19. à 16. Calendas Ianuarias, usq; in Nonas Decembris, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 17. decennouenali 2. à Nonis Decembris usq; in 10. Calendas Ianuarias, quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno lunari 18. decennouenali 2. à 9. Calendas Ianuarias, usq; in 2. Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies 354.

Anno lunari 19. decennouenali 3. ab Idibus Decembris, usq; in 2. Calendas Ianuarias, quia embolismus est, fiunt dies 384.

Idcirco autem septimidecimi lunaris anni computus ab ipso quo prior explicatus est annus die incipit, & non à se sequente ut cæterorum, ne propter saltum lunæ, quem dicunt, unus eidem anno dies deesse uideatur Quod ipsum Dionysius decennouenalem cyclum huiusmodi ordine percurrens edocuit, ab eodē die quo ultimi conclusit anni metas primi inchoando principium.

GLOSSAE IN CAP. LIIII. BEDAE PRESBYTERI, De temporum ratione: auctore Brediferto Ramensi.

Quinta circuli decennouenalis regione lunaris cyclus includitur, à quarto eius incipiens, & tertio completur in anno. Qui tertius est secundum solem, quartus autem secundum lunam. Nam primus annus secundum solem, secundus est secundum lunam: restant tamen duo menses adhuc de anno lunari. Primus annus est cycli lunaris, prima luna in Calend. Ianuarij, tertius annus est decennouenalis usq; ad decimanquartam lunam paschæ, & incipit quartus decennouenalis à decimaquinta luna paschæ, manente eodem primo anno lunari, usq; ad Calend. Ian.

Et quod Dionysius in mense Paschali, nos in Ianuario facere curemus. Hunc igitur ordinem Dionysius ita profecquitur.

Anno decennouenali primo, lunari decimo septimo, à decimo quinto. Calend. Maij, usq; nonas Aprilis, quia communis annus est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali secundo, lunari decimo octauo, ab octauo idus April. usq; in octauo. Calendas April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali tertio, lunari decimonono, à septimo Calendas April. usq; in idus April. quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno decennouenali quarto, lunari primo, à decimo octauo. Calendas Maij, usque in quartum non. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali quinto, lunari secundo, à tertio. Nonas April. usque in undecimum Calendas April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 6. lunari 3. à 10. Calend. April. usq; in 4. Idus April. quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno

Anno decennouenali septimo, lunari 4. à tertio idus April. usq; in tertium Calend. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 8. lunari 5. à 2. Calend. April. usq; in 14. Calend. Maij, quia embolismus est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 9. lunari 6. à 13. Calend. Maij, usq; in 7. idus April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 10. lunari 7. à 6. idus April. usq; in 6. Calend. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 11. lunari 8. à 5. Calend. April. usq; in 7. Calend. Maij, quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno decennouenali 12. lunari 9. à 6. Calend. Maij, usq; in 2. Non. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 13. lunari 10. à Non. April. usq; in 9. Calend. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 14. lunari 11. ab 8. Calend. April. usq; in 2. idus April. quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno decennouenali 15. lunari 12. ab idus April. usq; in Caleud. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 16. lunari 13. à 4. Non. April. usq; in 12. Calend. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 17. lunari 14. ab 11. Calend. April. usq; in 5. idus April. quia embolismus est, fiunt dies 384.

Anno decennouenali 18. lunari 15. à 4. idus April. usq; in 4. Calend. April. quia communis est, fiunt dies 354.

Anno decennouenali 19. lunari 16. à 3. Calend. April. usq; in 15. Calend. Maij, quia embolismus est, fiunt dies 384.

ARGUMENTVM DE EO, QUOTA SIT LVNA IN CALENDIS IANVARIIS. CAPVT LV.

Potest qui uult à cyclolunari facere argumentum, ad inueniendum quota sit luna Calendarum Ianuariarum. Sume enim cyclum lunæ quemlibet, ut puta quintum, multiplica per XI. fiunt LV. adde unum semper regularem, fiunt LVI. partire per XXX. remanent XXVI. uigesima sexta est luna in Cal. Ian. anno quinto cycli lunaris. Itē iume octo, multiplica per XI. fiunt LXXXVIII. adde unum regularem & partire per XXX. remanent XXVIII. uicesima nona est luna in Calendarum supra scriptas anno cycli lunaris octauo. Tantum memor esto, septimodecimo, octauodecimo, & nonodecimo cycli memorati anno non unum, ut in reliquis, sed duos adijcere regulares, & lunam Cal. Ian. line errore reperies.

ARGUMENTVM QUOTVS SIT ANNVS CYCLI LVNARIS, VEL DECENNOUENALIS. CAP. LVI.

Ipse autem cyclus lunæ si uis nosse quoniam agat annum, sume annos domini, ut puta DCCXXVI. & subtrahe semper duo, remanent DCCXXIIII. hos partire per X. & LX. remanet unum, primus annus est cycli lunaris. Quoties autem nihil remanet, nonus decimus est. Et quia decennouenalis circulus communem cum lunari uiam quamuis ocyor currit, si uis scire & eius quotus sit annus, sume annos domini, ut puta DCCXXVI. & unum semper adijce, fiunt DCCXXVII. hos partire per X. & LX. remanent IIII. quartus est annus cycli decennouenalis. Quod si nihil remanserit, ultimus est.

DE XIII. LVNA PASCHAE, CAPVT LVII.

Sextus saepe dicti circuli locus, amplectitur lunas XIII. primi mensis, quæ paschalis dominicæ diem singulis annis absq; omni ambiguitate demonstrent: nam quæ post XIII. lunam dominica dies occurrit, ipsa est paschalis dominicæ resurrectionis dies. Quæ quidem decimaquarta luna primum in aquinoctio, id est, duodecimo Calendarum Aprilium, ultimum uicesimonono ab hinc die, id est, XIII. Cal. Maiarum tuum uespere processum terris ostendit, quibus terminis per annos denos & nouenos legali tempore paschalis obseruantia discursus constat esse comprehensos: & si fieri posset, ut eadem omnibus anni sabbati die luna decimaquarta contigisset, nil nostræ paschalis obseruantia tempus à legali discreparet. Nam & ipsi iuxta legis edicta semper decimaquarta luna primi mensis ad uesperam immolantes, & comedentes agni immaculatæ carnem, sanguinemq; illius ad repellendum exterminatorem nostris postibus aspergentes, id est, aquam baptismi, & paschaliu celebrantes solennia missarum, spiritalem superaremus Aegyptum, atq; illucescente mane in luna decimaquinta eiusdem mensis primum azymorum diem intrarem, septemq; dies eiusdem celebratis legitimis à mane quintidecimi diei usq; in uesperam uicesimi primi mensis, ipsius, id est, à dominico paschæ usq; in dominicū octauarum paschæ debita cum ueneratione completemus. Sed quomodo lunæ dies eadem diuersas septimanæ de uoluitur inferias, inde fit, ut qui propter resurrectionem nostri redemptoris in dominicum diem paschæ initium referuare docemur, aliquoties nostra festiuitas septimo post legalium azymorum exordium die sumat ingressum: non tamen unquam contingat, ut non nostra solennitas paschalis aliquem legalium paschæ dierum, saepe autem omnes intra se complectatur. At contra hi qui dominicum paschæ diem à decima sexta luna, usq; ad uigesimam secundam celebrandum aestimant, duplici miseria laborant, quia & legitimu paschæ principium nunquam habent, & crebro euenit, ut nullum dierum, qui in lege præscripti sunt, in sua paschali obseruatione consequantur: dū & uesperam quartidecimi diei, quo pascha initiari statutum est, & mane quintidecimi, quo septima azymorum dierum solennitas inchoari præcepta, à sua prorsus festiuitate repudiant. Atq; in super in hufus poenam peccati uicesimum secundum diem, qui in tota paschali institutione per Moysen nec semel appellatus inuenitur, frequenter in sui paschæ principium sancti præcipiunt.

Sunt

Sunt qui in alteram partem à uia ueritatis, sed non minore labantur errore, cum scriptura præcipiat uia regia gradiendum, & neq; ad dexteram, neq; ad sinistram ab ea diuertendum. Qui à tertiadecima luna usq; uigesimalam dominicum paschæ obseruandum decernendo, præoccupat sapius initium paschæ legalis, dum quod ipsa in decimaquarta luna fieri statuit, illi in decimamtertiam conuertunt: & quod de uigesima statuit, sanctam eam & celeberrimam consecrans, quæ si hæc ad pascha minime pertineat, funditus contemnunt. Quos inter alios fidei & actionis catholicæ defensores, etiam beatus Theophilus Alexandrinæ antistes ecclesiæ manifesta ratione deuincit, scribens imperatori Theodosio maiori. Sed quia accidere, inquit, interdum solet, ut occasione decimaquartæ lunæ mensis primi nonnulli in errorem cadant, si decimaquarta ipsa luna in dominicum diem ueniat: quo facto, necesse est iam ieiunium solui sabbati die, quando decimatertia luna uenire monstratur, & incipimus legi contraria facere. Conuenit itaq; diligenter aduertere, ut quoties decimaquarta luna in dominicum incurrit diem, in sequentem septimanam paschalem diem potius differamus, duplici hoc modo. Primum quidem, ne decimatertia luna in uenta in sabbati die soluamus ieiunium, quod consequens non est, quod nec ipsa lex præcipit, maxime cum & lumen ipsius lunæ imperfectum adhuc in proprio globo esse uideatur. Deinde, ne dominica die luna decimaquarta constituta ieiunare cogamur, indecentem rem illicitamq; facientes: hoc enim Manichæorum sectæ consuetudo possedit. Quoniam igitur nec decimaquarta luna ueniente in dominicum diem ieiunare debemus, neq; consequens est, ut si in sabbati die decimatertia eueniat soluamus ieiunium, necessario asserimus hoc in septimanam sequentem debere differri, sicuti paulo superius comprehendimus: non tamen ex hac dilatione præuarcatione aliqua circa paschalem calculum perpetrata: quemadmodum enim decimus numerus complectitur nonnum, sic & quoties decimaquarta luna in dominicum incurrit diem, eo quod in eo ieiunare non liceat, in proximam septimanam differri necesse est diem Paschæ: nulla enim ex hoc imminutio fieri paschæ uidetur, quia ipsi sequentes dies complectuntur & reliquos.

ARGUMENTVM INVENIENDI EAM,  
CAPVT LVIII.

Portet autem calculatorem quæque peritum decimasquartas lunas primi mensis, sicut & epactas lunæ annuas retinere memoriter. Sed & si quis has quoque argumento inuenire desiderat, uideat quot sint epactæ lunares anni cuiuscunque computare uoluerit, & si quidem XIII. aut XV. sunt, XI. Calendarum Aprilium uel XII. Calendarum earundem die decimaquartam lunam uenire cognoscat: quia nimirum XI. Calendarum superscriptarum, sicut sæpe dictum est, proprius est omnium locus epactarum. Sin autem pauciores sunt epactæ, dimittat eas crescere per dies usq; dum quartumdecimum impleant numerum, & ibi se lunam paschæ decimaquartam habere non dubitet. Porro plures quindenario numero si habuerit epactas, & has usq; ad tricesimum numerum, id est, ipsius terminum mensis per dies crescere sinat, & sic à noua luna inchoans, atq; usq; ad decimaquartam ex ordine percurrens, diem uotis paschalibus aptum rite reperiet. Sed & hoc notandum quia decimaquarta luna si communis est annus XI. diebus prius: si uero embolismus, XIX. tardius quam præcedente anno transierat semper redire consuevit, excepto uno duntaxat primo circuli decennouenalis anno, in quo propter rationem saltus lunaris XII. diebus annotinum cursum præcurrere solet.

GLOSSAE IN CAP. LVIII. BEDÆ PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Brideserto Ramessensi.

Oportet autem calculatorem quæque peritum decimasquartas lunas primi mensis, sicut & epactas lunæ annuas retinere memoriter. Sed & si quis hos quoque argumento inuenire desiderat, uideat quot epactæ lunares, anni cuiuscunque computare uoluerit. Si uis inuenire terminum paschalem, uide epactam ad ipsum terminum paschæ respicientem: quam si minorem quam quindecim inuenieris, perfice ei eundem numerum XV. computando ab undecimo Calend. April. & in quo Calendario idem numerus completus fuerit, proculdubio ibi terminus erit. Quando autem XV. inuenieris epactam, duodecimo Calend. April. habebis terminum paschalem: si uero epacta maior fuerit, quam XV. perfice eundem numerum quadragesimum quartum, computando similiter ab undecimo Cal. April. & in quo Calendario ipse numerus fuerit perfectus, ibi erit terminus. Quando autem nulla fuerit epacta, ab undecimo Calend. April. semper computandum est, donec decimus quintus numerus expleatur, uidelicet usq; ad Non, April.

DE DIE DOMINICO PASCHAE, CAP. LIX.

Septimo decennouenalis circuli titulo dies Paschæ Dominicus comprehenditur, qui de Dominica nostri Saluatoris resurrectione à mortuis exordium cepit: nam cum in ueteri testamento tribus argumentorum indicij paschale tempus sit obseruari præceptum, uidelicet ut post æquinoctium, ut mense primo, ut tertia eius septimana, id est, à uespera decimaquartæ lunæ, quod est initium decimæ quintæ, usq; in uesperam, id est, terminum uigesimalæ primæ celebretur, quarta in eiusdem obseruatione

regula est nobis à tempore dominicæ resurrectionis imposita, ut cum æquinoctio transenso lunam primi mensis decimaquartam uespere ortum facere uiderimus, non statim ad faciendum Pascha profiliamus, sed dominicum diem quo ipse Pascha, id est, transitum de morte ad uitam, de corruptione ad incorruptionem, de poena ad gloriam resurgendo facere dignatus est, expectantes, in ipso tandem congrua Paschæ solennia celebremus. Quod si quis obiecerit, non æquinoctij memoriam, sed tantum primi mensis & tertiæ in eo septimanæ posuisse legiferum. Sciat, quia et si æquinoctium nominatim non exprimit, hoc tamen ipso quod à plenilunio primi mensis Pascha faciendum præcipit, æquinoctij transensum plenaria ratione depromit: quoniam absq; ulla dubietate constat, eam quæ prima transitu æquinoctio plenum suum globum ostenderit, primi mensis existere lunam. Quoties ergo diem dominicum mox aduentante decimaquinta luna habemus, nil nostrum tempus paschale à legali dissonat, quamuis alijs sacramentorum generibus eiusdem paschæ solennia colimus. Quoties uero secundo, uel tertio, uel quarto, uel quinto, uel sexto, uel septimo, ab hinc die idem dominicus occurrerit, ne sic quidem legem aut prophetas soluimus, sed euangelicæ potius gratiæ sacramentis adimplemus: quia enim & saluator noster, sicut Theophilus cuius supra meminimus, uenerabilis Alexandriae episcopus scribit, decimaquarta quidem est traditus luna, hoc est, quinta post sabbatum: decimaquinta autem crucifixus die tertia resurrexit, hoc est, decima septima luna, quæ tunc in dominica die uidetur inuenta, sicuti & ex euangeliorum obseruatione comperimus. Habemus ergo solatium quo recte facere Pascha possimus, etiam si dilatio fuerit consecuta propter incurrentem necessitatem, ut si decimaquarta primi mensis in sabbato euenierit luna, aut si in alijs ante sabbatum diebus septimanæ sequentis acciderit, si ne dubitatione pascha celebremus. Si uero in dominicum incidit, omni modo in septimanam sequentem, ut sapius dictum est, differamus, propter eas quas præfati sumus causas. His ergo demonstratis atq; patefactis, hoc etiam considerandum est, quod & lex frequenter causa necessitatis eos qui constrictione temporis quadam non potuerunt in primo mense pascha celebrare, secundo idem facere præcipit: melius enim est in necessitate positos superiora quam inferiora sequari: quoniam inferiora à superioribus continentur, superiora autem ab inferiori numero non includuntur. Illud iterum quod iam posuimus declarantes, quod decimus numerus nonnum intra se contineat, nonnum autem decimum continere non possit. Quod si lex ad secundum mensem transire nos præcipit, si non possimus sanctam pascha primo mense celebrare propter quasdam necessitates, non intelligo cur non si decimaquarta in dominicum diem incurrit luna, in septimanam sequentem rationabiliter dilatione Paschæ facere debeamus, manente & primo mense & decimaquinta luna in qua Saluator crucifixus est, manente etiam & septimadecima quando post triduum resurrexit. Vbi autem primum dominicus resurrectionis Christi dies fuerit, uarie refertur: & quidem, ut supra memorauimus quidam VIII. Calendarum Aprilium, sed alij VI. nonnulli V. Calendarum earundem die fuisse adieuerant. Vbi notandum, quia si octaua Calendarum memoratarum, ut antiquiores scripsere, resurrectio domini facta est, quintus profecto circuli decennouenalis tunc agebatur annus, habens concurrentes VII. & lunam decimam quartam, sicut semper XI. Calendarum Aprilium. Si autem VI. Calendarum Aprilium dominus resurrexit, tertius decimus circuli præfati annus exitit, V. habens concurrentes, & lunam decimaquartam, ut semper nono Calendarum Aprilium. Porro si quinto Calendarum superscriptarum resurrectio celebrata est Christi, secundus circuli decennouenalis existens annus concurrentes habebat quartam & lunam decimaquartam: sicut sepe octauo Calendarum Aprilium, quæ cunctæ decimæ septimæ lunæ, in qua die dominica prima sacrosanctæ resurrectionis sunt acta mysteria, cursu præduntur indubio: tantum diligentissime cauendum, ne hanc decima sexta luna, ut quidam patratam confirmando, non solum inuitabile nostræ calculationis dispendium, sed & grauissimum catholicæ fidei incurramus periculum.

GLOSSAE IN CAPVT LIX. BEDÆ PRESBYTERI,  
De temporum ratione: auctore Brideserto Ramessensi.

Septimo decennouenalis circuli titulo dies paschæ Dominicus comprehenditur, qui de Dominica nostri Saluatoris resurrectione à mortuis exordium cepit. Quia enim Saluator noster, sicut Theophilus, cuius supra meminimus, uenerabilis Alexandriae episcopus scribit, decimaquarta quidem est traditus luna: hoc est, quinta post sabbatum: decimaquinta autem crucifixus, die tertia resurrexit: hoc est, decima septima luna, quæ tunc in Dominica die uidetur inuenta, sicuti & euangeliorum obseruatione comperimus. Matthæus ita dicit, Prima autem azymorum, accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quandam, &c. Marcus dicit, Et prima die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo uis eamus & paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, &c. Hieronymus: Prima azymorum decimaquarta die mensis primi est, quando agnus immolatur, & luna plenissima est, & fermentum abijcitur. Bedæ primum diem azymorum XIII. diem primi mensis appellat, quando fermento abiecto immolare, id est, agnum occidere solebant ad uesperam. Quod exponens Apostolus ait: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Qui licet die sequenti, hoc est, decimaquinta luna sit crucifixus: hac tamen nocte, qua agnus immolabatur, & carnis sanguinis, suis discipulis tradidit mysteria celebranda, & à iudeis tentus & ligatus, ipsius immolationis, hoc est, passionis suæ sacravit exordium. Item Marcus dicit: Et cum iam sero esset factum (quia erat Parasceue, quod est ante sabbatum) uenit Ioseph ab Arimathia, nobilis

nobilis decurio: qui et ipse erat expectans regnum Dei, et audacter introiit ad Pilatum, et petijt corpus Iesu. Et Lucas dicit: Et ecce uir nomine Ioseph, qui erat decurio, uir bonus et iustus. Hic non conserat consilio et actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudee, qui expectabat et ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, et petijt corpus Iesu, et depositum inuoluit sindone, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat Parasceue, et sabbatum illucebat. His igitur diebus apparet, quia Dominus noster Iesus Christus decima quarta luna fuit traditus, decima quinta crucifixus, decima sexta iacuit in sepulchro, et decima septima resurrexit a mortuis. Quicquid adhuc de presenti capitulo ad exponendum restat, scilicet de æquinoctio, et de mense primo, necnon et tertia septimana decima quarta lune, in ante sufficienter inuenies.

Primo mense decima quarta diem mensis comedetis azyma. Fermentum Græco uocabulo dicitur ζυμα: inde latine uocatur azymus panis, sine ζυμα, id est sine fermento: a sine ζυμα, fermentum.

## DE LVNA IPSIVS DIEI. CAP. LX.

Ultima sæpè memorati circuli meta panduntur lune Dominici paschæ propter uariantem eiusdem Dominici occursum septem dierum ambitu inclusæ, id est, à decimo quinto usque ad uigesimum primum: qui pro certo dies creberrima legis sunt adnotatione præfixi, dicente Domino: Primo mense decima quarta die mensis comedetis azyma, usque ad diem uigesimum primum eiusdem mensis ad uesperam: septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus uestris. Cuius primi mensis septemque eius dierum azymorum nunc regula talis est, ut quæ post æquinoctium decima quinta luna occurrerit, primi mensis intelligatur, et hæc quemcumque septem dierum usque ad uigesimum primum Dominicum acceperit, paschalis festi gaudijs aptum porrigit. Quod ideo toties repeto, quia fuisse quidam qui Dominicum paschæ diem, uerbi gratia, septimo Calendarum Aprilium die, luna uicesima notantes, dicerent: Et quid peccare nos ostenditis in constituto tempore paschæ, cum nullus unquam calculator uetuerit septimo Calendarum Aprilem paschæ celebrari: omnibus æquè confitentibus tunc æquinoctium esse transcensum, nullus negauerit lunam uigesimam Dominico paschali aptam: Quibus respondendum, quia et septimo Calendarum Aprilem, ubi luna congruerit, et luna uigesima, ubi dies opportunus arriuerit, Dominicum paschæ rite agitabitur. Sed quia luna, quæ septimo Calendarum Aprilem die xx. est, plenilunium ante æquinoctium habuit, non licet luna existente uicesima septima Calendarum Aprilem Domini cum paschæ diem celebrari. Quæ uerò in æquinoctio, uel post æquinoctium plena est, mox ubi Dominicus aderit dies, paschæ legitimum dabit. Idem error, eadem est responsio, cum memorati calculatores undecimo Calendarum Aprilem, luna decima sexta: decimo Calendarum Aprilem, luna decima septima: nono Calendarum Aprilem, luna decima octaua: octauo Calendarum Aprilem, luna decima nona: septimo Calendarum Aprilem, luna uigesima: sexto Calendarum Aprilem, luna uigesima prima: quinto Calendarum Aprilem, luna uigesima secunda, paschæ faciendum decernunt. Quod eo sapius anno faciunt, cum in Calendarum Ianuariæ uigesimam quintam habuerint lunam. Cum uerò hanc ubi uigesimam septimam habuerint, tunc longius à ueritate deuiant: quia nimirum primo mensis deputant lunam, quæ tertio Nonas Martias nata, triduo fere ante æquinoctium plena existere monstratur. Et quia luna decima quinta, decima sexta, et decima septima diem paschæ Dominicum facere non ualet, eo quod has ætates decimo quarto, decimo tertio, et duodecimo Calendarum April. die tenuerit, profectio nec reliquas suas ætates quamuis æquinoctium sequentes, eiusdem Dominici resurrectionis conuenientes, potest habere solennijs.

## QVID INTER PASCHA ET AZYMA DISTRIBUIT. CAP. LXI.

ET quoniam de paschæ obseruatione aliquanta perstrinximus, etiam hoc intimare placuit, quod iuxta legis scripturam alia paschæ, alia solennitas est azymorum. Vna quippe dies paschæ, id est, transitus est, quartadecima uidelicet primi mensis, in quo uesperascete agnus immolari iussus est: et mox sequenti nocte transiit Dominus Aegyptiorum primogenita percutiens, et signatas agni sanguine domus filiorum Israel liberans: sequentes uerò dies septem, id est, à decimo quinto usque ad uigesimum primum mensis eiusdem, azymorum proprie uocantur: scriptum namque est in Exodo, ubi agnus immolari decimo quarto die primi mensis ad uesperam mandatur: Et comedetis festinantes, est enim pascha, id est, transitus Domini. Et: Transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiens omne primogenitum in terra Aegypti. Et paulo post: Et cum dixerint uobis filij uestri: Quæ est ista religio: dicetis: Victimam transitus Domini est, quando transiit super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, et domus nostras liberans. Item in Leuitico: Mense primo, inquit, decimo quarto die mensis ad uesperam, phase Domini est, et decimo quinto die mensis huius solennitas est azymorum Domini: septem diebus azyma comedetis, dies primus erit uobis celeberrimus sanctusque. Omne opus seruile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus. Et ne nos quispiam uerba legis aliter quam ueritas habet, intellexisse autmet, uideat doctissimus legalium literarum, et sacerdos, quid de ijs sentiat Iosephus. Scribit in libro Antiquitatum in hunc modum: Decima quarta luna primi mensis agnus immolatur, decima quinta autem succedit festiuitas azymorum, quæ septem diebus ce-

bus celebratur. Secunda uerò azymorum die, quæ est sextadecima, frugum primitias quas metunt, offerunt. Quem legalium morem sacrorum etiam nunc ecclesiæ consuetudo non ignobiliter imitatur, unam uidelicet noctem transitus dominici, id est, resurrectionis eius à mortuis, quam prorsus triumphando fideles saluare dignatus est, principaliter obseruans, in cuius exortum sanguis, ipsius uidelicet agni immaculati, populum eius fonte regenerationis ablutum mundat ab omni peccato. Ac deinde alios septem dies in memoriam eiusdem dominicæ resurrectionis congrua festiuitate subiungens. Verum quia ipsa quoque dies paschæ à fermento castigari præcipitur, hæc euangelij scriptura aliquando primam azymorum cognominat. Et primo, inquit, die azymorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli: Quo uis eamus et paremus tibi ut manducemus Pascha? Item die xv. mensis primi, à qua vii. dies azymorum inchoant, propter uiciniam paschæ nomine uocat illius cum dicit: Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha: non quia legi contraria est euangelica scriptura, sed quia sacramentum quod decebat hac nobis societate uocabulorum uiuacius inculcare curauit. Salua enim subtiliore discussione, possumus intelligere quod mystica paschæ solennia singuli nostrum in die baptismatis egerint: spiritalem uidelicet exterminatorem signo preciosi sanguinis euadendo, spiritales transeundo tenebras, toto autem uitæ proficientes tempore, quod deinceps in hac peregrinatione gerimus, septem dies azymorum celebremus: quibus sicut Apostolus edocet, non in fermento malitiæ et nequitiae, sed in azymis synceritatis et ueritatis epulari debemus. Et quia nos in baptismo, ut de potestate satanæ in partem sortis sanctorum transire queamus, synceritate ac ueritatem necesse est tenere, itemque toto nostra peregrinationis tempore, quod septenario dierum numero uoluitur, quotidiano profectu ad meliora transire præcipimur, quasi et in pascha azymis uesci, et in diebus azymorum pascha spiritualiter agere cognoscimur.

## TYPICA PASCHAE INTERPRETATIO. CAP. LXII.

NAM sicut tota paschalium obseruantia ceremoniarum, ita etiam tempus quo agi præcepta est totum mysterio sacro redolet. In primis namque æquinoctium transgredi in dominicæ paschæ celebratione iuxta legis decreta curamus, ut uidelicet solennitas, in qua mediator Dei et hominum destructa potestate tenebrarum mundo lucis iter aperuit, etiam temporis ordine foris quid intus habeat ostendat. Et quæ nobis æternæ beatitudinis lumen promittit, tunc maxime celebretur, cum solis lumen annuo proficiens incremento, primam sumit de noctis umbra uictoriam. Deinde mensem primum anni, qui et Nouorum uocatur, in quo pascha celebremus attendimus. Ipse autem est mensis, in quo mundus iste formatus, et homo est primus in paradisi sede locatus. Quia per huius mysteria solennitatis primam nos stolam recepturos, primum supernæ beatitudinis regnum, à quo in longinquam regionem discessimus, nos repetituros esse speramus. De cuius gloria regni beatus apostolus Petrus: Cælos autem nouos, inquit, et terram nouam, et promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Sed et Iohannes in Apocalypsi sua: Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Deinde etiam tertiam mensis eiusdem septimanæ in pascha obseruamus, quod resurrectionis dominicæ gaudijs aptissime congruit. Quia et eadē sacrosancta eius resurrectio tertia die facta est, et tertio tempore seculi, id est, cum gratiæ cœlestis aduentu tota eius in carne dispensatio, quæ per resurrectionis consummata est gloriam, mundo apparuit. Prima seculi namque tempora lege naturali per patres, mediâ lege literali per prophetas, extrema charismate spiritali per seipsum ueniens illustrare dignatus est. Sed et ipsa tunc lunæ conuersio pulcherrimum nobis sacramenti cœlestis spectaculum præbet: namque luna, quæ rotundi facta schematis, à sole lumen: ut supra diximus, accipit: ideoque semper ex dimidio orbe, quæ ad solem habet, lucida est: ex altero autem dimidio semper obscura, à prima usque ad xv. lucis clementum ad terras, defectum uerò habet ad cælos. A xv. autem usque ad nouissimam clementum eiusdem sue lucis à terrenis auersum, paulatim ad cœlestia reuertitur. Quia nimirum eius conuersio recte paschalis gaudijs mysteria signat, quibus omnem mentis nostræ gloriam à uisibilibus auertere delictis, caducisque fauoribus, atque ad solam cœlestis gratiæ lucem suspendere contemplando docemur. Vel si utranque eius conuersionem in bonum delectat interpretari, possumus intelligere, quod crescens ad oculos humanos lumen lunæ uirtutum gratiam, quibus apparens in carne Dominus mundo illuxit, insinuet, de quibus dicitur: Et Iesus proficiebat sapientia et ætate, et gratia apud Deum et homines. Recrescens uerò ad cælos, resurrectionis ascensionisque illius gloriam delignet, quæ in se quidem ipsa mox perfecta prouenit, sed in animo fidelium quibusdam lucis suæ profectibus usque ad finem seculi crescere non desinit. Resurgens enim Dominus à mortuis primo singularis ac binis, ac deinde pluribus, modo septem, modo undecim, modo duodecim, modo plus quam quingentis fratribus simul, ad ultimum discipulis omnibus apparuit: quibus uidentibus ascensus in cœlum, præcepit eos suæ dispensationis esse testes in Hierusalem, et in omni Iudæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ. Et bene luna cum nostros crescit ad oculos, paulatim à sole recedit: cum uerò ad cælos, paribus ad eum spacijs redit. Hoc enim est quod ipse dixit: Exiui à patre, et ueni in mundum, iterum relinquo mundum et uado ad patrem. Et quod de

ipso psalmus: A summo cælo egressio eius, & occurfus eius usq; ad summum eius. Quia ergo luna eo suæ lucis incremento, quod exiens à sole ad nostros reuoluit obtutus, domini saluatoris in carne, usq; ad tempora passionis doctrinam uirtutesq; significat, eo autem quod ad solem rediēs paulatim ad inuisibilem nobis cæli faciem recolligit, resurrectionis illius ac posterioris gloriæ miracula demonstrat, merito à decima quinta paschalis uoti gaudijs apta prædicatur. His quidē paschalis temporis à legis obseruatione sumptis indicijs, hæredes noui testamenti etiam diem dominicam, quam scriptura unam siue primam sabbati cognominat, adnectimus: nec immerito, quæ & conditione primitiæ lucis excellens, & triumpho dominicæ resurrectionis insignis, & nostra quoq; nobis resurrectione manet semper exoptabilis. Septem quoq; dies lunæ, id est, à xv. usq; ad xx. i. per quos eadem dominica naturali ordine discurrit, uniuersitatem ecclesiæ, quæ per totum mundum paschalis est redempta mysterijs, aperte denuntiant. Nam & septenario sæpe numero uniuersitatem designare scriptura cōsueuit. Vnde quod ait Propheta: Septies in die laudem dixi tibi: nil melius intelligitur, quàm quod alibi ait: Semper laus eius in ore meo. Et speciatim aliter totam catholicæ ecclesiæ perfectionem eo figurari Iohannes testatur, qui ad septem Asiæ scribens ecclesias, uniuersalis per orbem ecclesiæ mysteria patefecit. Vnde & per omnia quæ singulis septem scribit hortamēta, hunc uersiculum intexere curauit: Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis: quod unicuique dixerat, hoc omnibus se dixisse palam probās ecclesiis. Nec minus etiam moralem nobis commendat paschalia tempora sensum. In nomine quidem paschæ, ut de uitijs ad uirtutes transitum quotidie faciamus spiritalem. In mense autem nouorū, in quo adulti fructus aduentu suo pronunciant ueterum cessationem, ut exuentes ueterē hominem cum actibus eius, renouemur spiritu mentis nostræ, & induamur nouum hominem qui, & cetera. Et ut uegetati diuersarum uarietate uirtutum, earumq; folijs ueluti amœnæ arboris ad umbrationem uelati, tanquam latæ atq; fructiferæ segetes pullulemus in plenilunio, ut perfectū splendorem fidei & sensus gerentes, à peccati tenebris segregemur. In reuersa eadem luce lunari ad cælos, quod à quinta decima luna fieri incipit, ut quanto magni sumus humilitemur in omnibus, dicētes cum Apostolo singuli: Gratia autem Dei sum id quod sum. Quæ profecto gratia ueneris superbi, quia tertio tempore seculi manifestus effusa est: pulcherrima figurarū consequentia tertia lunæ habdomade, lumen ipsius quod eatenus ad terras creuerat, ad cœlestia iam crescere inchoat: pulchre hanc in pascha obseruare præcipimur, ut gratiæ quam accipimus nunquā oblitri, per singulos gradus spiritualis transitus largitori illius obediendo uicem rependere meminerimus: uel certe in crescente ad homines luna, uitæ nobis actiua, in reuersa uero ad cælos speculatiua typus ostenditur. Illi in hac nobis conuersione dilectio proximi, in illa nostri signatorum autoris. Aut huc conuersus lucis eius profectus, ut bona foris operemur, admonet, porro illuc, ut eadem bona opera solo supernæ mercedis intuitu geramus. Huc, ut luceat lux nostra corā hominibus, & uideant bona nostra opera, illuc, ut glorificent patrem nostrum qui in cælis est. In una sabbati, quæ noui testamenti propria solennitas est, instruiamur, ut spe futuræ nostræ in Christo resurrectionis patienter in præsentem omnia aduersa pro Christo, & ipsam mortis toleremus iniuriā, audientes ab Apostolo: Quia si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in nobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra, per inhabitatē spiritum eius in nobis. Cuius spiritus quia septiformis est gratia, potest eadem VII. dierū lunarium numero, quo præfata una sabbati, id est, dies dominica circumfertur intimata, non inconuenienter intelligi. Verum de mysterio temporis paschæ, si quis plenius scire uult, legat beati Aurelij Augustini ad Ianuariū epistolam de ratione paschali.

GLOSSAE IN CAPVT LXII. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Brideserto Ramessensi.

Nam sicut tota paschalium obseruantia ceremoniarum, ita etiam tempus quo agi præcepta est totum, mysteria sacra redolet. Et post pauca: Deinde mentem primum anni, qui & nouorum uocatur, in quo pascha celebremus, attendimus, & c. ] In libro Deuteronomij, capite 16. sic dicit beatus Moyses ad populum israeliticum: Obserua mensem nouarum frugum, & uerni primum temporis, ut facias phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte, immolabisq; phase Domino Deo tuo, de ouibus & bobus in loco quē elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen eius ibi. Mensem nouarum frugum, appellat primum mensem Hebræorum, qui apud eos appellatur Nisan: apud Græcos uerò *Ἰαβωβ*, & apud Latinos Aprilis. Ideo autem mensis nouarum frugum dicitur, quia in eo manipuli spicarum, hoc est primitiæ messis à messore per sacerdotem Domino offerebantur: sicut in Leuitico legitur, Dominum præcepisse filiis Israel, Cum ingressi, inquit, fueritis terram, quam ego dabo uobis, & messueritis segetem, seretis manipulos spicarū primitias messis uestræ ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro uobis. Ideo quoq; facere phase, hoc est pascha à Domino iubentur, ut redemptionem eorum de Aegypto festiuitate congrua celebrent. Sic & nos per hoc exemplum instruiamur, ut qui per gratiam Dei de spirituali Aegypto liberati sumus, nouum hominem induiti, deinceps in nouitate uitæ ambulemus, consecrantes Deo primitias honorum operum, ac religiose uitæ gratum munus illi semper exhibentes: sinuq; semper memores, unde & appellata sit ipsa solennitas paschæ, quod nos transitum possumus uocare: scilicet ut de peioribus ad meliora pergētes, tenebrosam Aegyptum derelinquamus, & ad terram promissionis feliciter peruenire contendamus.

Ideo autem pascha non ad eundem redit anni diem, sicut tempus dominicæ natiuitatis, quod ibi natiuitatis ipsius memoria tan-

tum

tum solennis habeatur: hic uero uitæ uenturæ, & mysteria celebrentur, & munera capiantur. Vnde & nomen ipsum paschæ, transitum de morte ad uitam significans, congruum quoq; mysterijs tempus inquit. Primum, ut æquinoctio transcensio, tenebræ mortis à uera luce uincantur: deinde ut primo mense anni, qui dicitur mensis nouorum, uitæ nouæ gaudia celebrentur: tertio, ut resurrectio die tertio facta, & tertio tempore seculi, id est sub gratia manifestata, cum iam ante legem & sub lege in prophetico lateret enigma te, in tertia luna septimana ueneretur: cum & ipsa tunc luna conuersio mentis gloriā de terrenis ad cœlestem doceat mutari consuetum, atq; ad ultimum, ut dies Dominica conditione lucis insignis, & triumpho Christi ueneranda: nostra quoque resurrectione nobis exoptabilis in memoriam reuocetur.

DE CIRCVLO MAGNO PASCHAE. CAP. LXIII.

Circulus paschæ magnus est, qui multiplicato per inuicem solari ac lunari cyclo, DXXXII. conficitur annis. Siue enim decies nouies uiceni & octoni, seu uicies & octies deni ac noueni multiplicentur, DXXXII. numerum complent. Vnde fit, ut idem circulus magnus decennouenalis, lunæ circulos XXVIII. Solis autem, qui uicenis octonisque consummari solent annis, X. & IX. habeat circulos: bissextos decies nouies septenos, id est, CXXXIII. Embolismos CXCV. menses solares, uicies octies, CXXXVIII. id est, VII. CCCLXXXIII. Menses autem lunares, uicies octies CXXXV. id est, VII. DLXXX. dies: exceptis bissextis, uicies octies VII. DCCCXXXV. id est, CXCIIM. CLXXX. appositis autem bissextis CXCIIM. CCCXIII. Qui ubi memoratam ex ordine mēsum dierumq; summam compleuerit, mox in seipsum reuolutus, cuncta quæ ad solis uel lunæ cursum pertinent, eodem quo præterierant semper tenore restaurat: tantum anni dominicæ incarnationis suo certo tramite proficiunt in maius, & Indictiones quoquoferantur in ordine, nil siderum cursum, atq; ideo nihil paschalis calculi ordinem mouēt. Quod ut aperius clarescat, placuit eundē plenario ordine circulum præsentem opusculo præponere, sumpto ex ordio à quingentesimo tricesimo secundo dominicæ incarnationis anno, ubi primum Dionysius circulum cœpit, & perducto opere usq; ad millesimum sexagesimum tertium eiusdem sacrosanctæ incarnationis annum: quatenus legentes quicq; non solum præsentem uel futurum prospicerent, sed & præteritum omnem paschalis statum temporis inenarrabili possent intuitu respicere, atq; ad dilucidationem præscæ lectionis annos omnes, qui aliquando in quæstionem uenerant, quando uel quales fuerint euidentius agnoscant.

SCHOLIA IN CAP. LXIII. BEDAE PRESBYTERI,  
De temporum ratione: authore Ioanne Nouisomago.

Placuit eundem. ] Hos circulos quotquot ex Bedæ & Dionysio reliquos inuenimus, subiecitimus libro huic ad finem: per fecimus autem ut essent ab initio incarnationis dominicæ, usq; ad annum DC. quo exacto non deerunt & alij studiosi, qui eundem ad suam quoq; ætatem & longiorem producent.

DE SEX HVIVS SECVLI AETATIBVS.  
CAPVT LXIIII.

DE sex huius mundi ætatibus, ac septima uel octaua quietis, uitæq; cœlestis, & suprā in comparatione primæ hebdomadis, in qua mundus ornatus est, aliqua perstrinximus, & nunc in comparatione æui unius hominis, *ἡλικίας ἑνὸς αἰῶνος*. Græcè à philosophis, hoc est, minor mundus sollet nuncupari, de eisdem aliquantō latius exponemus.

Prima est ergo mundi huius ætas, ab Adam usq; ad Noe, continens annos iuxta Hebraicam ueritatem, I M. DCLVI. iuxta Septuaginta interpretes IIM. CXXLI. generationes iuxta utranq; editionem numero X. Quæ uniuersali est delecta diluuiō: sicut primā cuiusq; hominis obliuio demergere consueuit ætatem: quotus enim quisq; est qui suam recordetur infantiam.

Secunda ætas à Noe usq; ad Abraham, generationes iuxta Hebraicam autoritatē complexa X. annos autem CXCII. Porro iuxta Septuaginta interpretes annos I M. LXXXII. generationes uerò XI. Hæc quasi pueritia fuit generis populi Dei, & ideo in lingua inuenta est, id est, Hebræa. A pueritia nanque incipit homo nosse loqui post infantiam, quæ hinc appellata est, quod dari non potest.

Tertia ab Abraham usq; ad Dauid, generationes iuxta utranq; autoritatē quatuordecim, annos uerò DCCCXLII. complectens. Hæc uelut quædam adolescentia fuit populi Dei, à qua ætate quæ incipit homo posse generare, propterea Matthæus euangelista generationū ex Abraham sumpsit exordiū, qui etiam pater gentium constitutus est, quando mutatum nomē accepit.

Quarta à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis, annos habens iuxta Hebraicam ueritatem CCCCLXXXIII. iuxta Septuaginta translationē XII. amplius generationes iuxta utroque codices XVII. Quastamen Euangelista Matthæus certi mysterij gratia quatuordecim ponit. A qua uelut iuuenili ætate in populo Dei regum tempora cœperunt. Hæc nanq; in hominibus ætas apra gubernando solet exiliter regno.

Quinta quali senili ætas, à transmigratione Babylonis, usq; in aduentum Domini saluatoris in carnem, generationibus & ipsa XIII. Porro annis DLXXXIX. extenta, in qua ut graui senectute fessa, malis crebrioribus piebs Hebræa quassatur.

Bedæ tom.

P

Sexta

Sexta, quæ nunc agitur ætas, nulla generationum uel temporum serie certa est, sed ut ætas de crepita ipsa totius seculi morte consummanda. Has arumnosas, plenasq; laboribus mundi ætates quicq; felici morte uicerunt: septima iam sabbati perennis ætate suscepti, octauam beatæ resurrectionis ætatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

DE CURSU ÆTATVM EARVNDEM.  
CAPVT LXV.

*Prima etia.* PRIMA igitur ætate seculi nascentis prima huius die, fecit Deus lucem quam appellauit diem. Secunda firmamentum cœli in medio librauit aquarum, ipsis aquis ac terra, cum cœlo superiore, ac uirtutibus quæ in eo conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis. Tertia die congregatis in suum locum aquis, quæ cuncta cõtexerant, aridam iussit apparere. Quarta sidera in firmamento cœli posuit, quæ nunc, quantum æquinoctij coniectura colligimus, duodecimus Calendarum Aprilium uocatur. Quinta, natantia & uolatilia creauit animantia. Sexta animalia terrestria, & ipsum hominem formauit Adam, de cuius latere dormientis, matrem omnium uiuentium produxit Euam, quæ nunc quantum mihi uidetur esse credibile, decima Calendarum Aprilium dies appellatur. Vnde merito creditur, si non uerior sententia uincit, quod beatus Theophilus cum cæteris, non solum Palæstinæ, sed & permultis aliarum regionum episcopis de pascha disputans scripsit, eodem decimo Calend. April. die Dominum fuisse crucifixum. Decebat enim una eademq; non solum hebdomadis, sed & mensis die, secundum Adam pro generis humani salute uiuifica morte sopitum, de productis è latere suo sacramentis cœlestibus sponfam sibi sanctificare ecclesiam: qua uidelicet die primū Adā, patrē uidelicet humani generis ipse creauerat, eiq; de latere costā tollēs edificauit mulierē, cuius adiutorio genus ppararet humanū.

DE RELIQUIIS SEXTAE ÆTATIS.  
CAPVT LXVI.

*Chronologia  
phis.* HÆC de cursu præteriti seculi hebraica ueritate prout potuimus elucubrare curauimus, æquum rati ut sicut græci LXX. translatorum editione uerentes, de ea sibi suisq; temporum libros condiderit, ita & nos qui per beati interpretis Hieronymi industriam puro hebraicæ ueritatis fonte potamur, temporū quoq; rationem iuxta hanc scire queamus. Quod si q; laborem hūc nostrum culpauerint esse superfluum, accipiant hi quicunq; sunt iustum salua charitate responsum, quod præfatus Hieronymus præscæ\* cosmographiæ calumniatoribus reddidit, ut si displicet non legant. Cæterum cunctis in commune suademus, ut siue quis ex hebraica ueritate, quæ ad nos per memoratum interpretem pura peruenisse etiam hostibus Iudæis in profecto est: siue ex LXX. Interpretum translatione quæ uel minus sollicito primo edita est, ut multi adstruunt, uel post à Gentilibus corrupta ut beato Augustino uidetur: seu certe ex utriusq; commixto opere codicibus, ut sibi uisum fuerit temporum cursum notauerit: & siue prolixiora, seu breuiora transacti seculi tempora signauerit, aut signata repererit, nullatenus tamen ex hoc longiora uel breuiora quæ restant seculi tempora putet, memor semper dominicæ sententiæ: Quia de die ultima & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum nisi pater solus. Neq; enim ullatenus sunt audiendi, qui suspicantur huius seculi statum sex milibus annorum ab initio fuisse definitum, & ne contra sententiam domini uenire uideantur, addunt, incertum mortalibus quoto anno sextæ millenariæ partis uenturus sit dies iudicij: cuius tamen aduentus maxime circa terminum sexti millenarij debet asperari. A quibus si quæris, ubi hæc putanda uel credenda legerint? Mox stomachantes, quia aliud quid respondere non habent. An non legisti, inquit, in Genesi, quia sex diebus mundum fecerit Deus? Vnde merito credi debet eum plus minus sex milibus annorum esse statum. Et quod est grauius, fuere qui propter septimum diem, in quo requieuit Deus ab operibus suis, sperarent post sex annorū milia sanctorū laboris in hac uita mortali, septimo mille annorū curriculo eos post resurrectionē in hac ipsa uita immortales in delicijs & multa beatitudine regnatos esse cum Christo. Verum his, quia hæretica sunt & friuola, funditus omisisis, intelligamus sincere & catholice sex illos dies, in quibus mundi huius ornatum perfecit Deus: & septimum, in quo ab omni opere suo requieuit, quem ob id perpetuæ quietis benedictione sanctificauit, nō sex annorum milia seculi laborantis, & septimum regni beatorum in terra cum Christo, sed sex potius ætates significare mundi labentis, in quibus sancti laborant in hac uita pro Christo, & septimam perpetuæ quietis in alia uita, quam solute à corporibus percipiunt animæ sanctæ cum Christo. Quod animarum sabbatum tunc inchoasse recte creditur, cum primus Christi martyr carne occisus à fratre, mox anima est æternam translatus in requiem. Tunc autem perficietur, cum in die resurrectionis animæ etiā corpora incorrupta receperint. Et quia nulla ætatum quinque præteritarum mille annis acta reperitur, sed aliæ plures annos, aliæ pauciores habuere, neq; ulla alteri similem habuit summam annorum, restat ut pari modo hæc quoq; quæ nunc agitur, in certum mortalibus habeat suæ longitudinis statum: soli autem illi cognitum, qui seruos suos accinctis lumbis, lucernisq; ardentibus uigilare præcepit, similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs.

DE

DE TRINA OPINIONE FIDELIUM, QUANDO VENIAT  
AT DOMINVS. CAPVT LXVII.

CVIUS quidem aduentus horam merito sancti omnes diligunt, & citius adesse desiderant: sed periculose satis agunt, si qui hanc prope an lōge sit putare uel prædicare præsumunt. Vnde pulcherrime beatus Augustinus remoto illo seruo nequam qui dicit in corde suo: moram facit dominus meus uenire: iste quippe proculdubio domini sui odit aduentum, dat exemplum de tribus seruis optimis, aduentum domini sui sitienter desiderantibus, uigilanter expectantibus, fideliter amantibus, quorum unus dicit: uigilemus & oremus, quia citius uenturus est dominus. Alter dicit, Vigilemus & oremus, quia breuis & incerta est ista uita, quamuis tardius uenturus sit dominus. Tertius dicit, Vigilemus & oremus, quia & breuis atq; incerta est ista uita, & nescimus tempus quando uenturus sit dominus. Proinde si hoc factū fuerit quod prædixerat primus, gaudebunt cum illo secundus & tertius. Si autem factum non fuerit, metuendum est ne perturbentur qui illi crediderant, & incipiant aduentum domini non tardū putare, sed nullum. Qui autem credunt quod dicit secundus, tardius esse dominum uenturum, si falsum fuerit inuentum, citius domino ueniente, nullo modo qui ei crediderat turbabuntur in fide, sed inopinatio gaudio perfruuntur. Quapropter qui dicit dominum citius esse uenturum, optabilis loquitur, sed periculose fallitur. Qui autem dicit dominum tardius esse uenturum, & tamen credit, sperat, amat eius aduentum, profecto de tarditate eius etiam si fallitur, feliciter fallitur. Habebit enim maiorem patientiam, si hoc ita erit, maiorem lætitiā si non erit: ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationē domini ille auditur suauis, isti creditur tutius. Qui autem quid horum sit uerum ignorare se confitetur, illud optat, hoc toleret, in nullo eorum errat, quia nihil eorum aut infirmat aut negat.

DE TEMPORIBVS ANTICHRISTI.  
CAPVT LXVIII.

DVO sane certissima necdum instātis diei iudicij habemus indicia, fidem uidelicet Israëliticæ gentis, & regnum, persecutionemq; Antichristi, quam uidelicet persecutionem trium semis annorum futuram fides ecclesiæ tenet. Sed ne hæc improuisa ueniens, omnes passim quos impetratos inuenerit inuoluat, Enoch & Heliam maximos prophetas & doctores ante huius exortū uenturos in mundum, qui Israëliticam plebem ad fidei conuertant gratiam, atq; ad pressuram tãti turbinis in parte electorum insuperabilem reddant. Qui cum ipsi primo tres semis annos prædicauerint, & sicut de uno eorum Helia propheta Malachias prædixit, conuerterint corda patrum in filios, id est, antiquorum fidem dilectionemq; sanctorum in eorum qui tunc uicturi sunt mente plantauerint, tunc excandescens illa horrenda persecutio, ipsos imprimis martyrij uirtute coronet: deinde cæteros fideles corripit, uel martyres Christi gloriosissimos, uel damnatos apostatas faciat. Quod significare uidetur apostolus Iohannes, ita scribens in Apocalypsi: Atrium autem quod est foris templum eijce foras, & ne metieris illud, quoniam datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus XLII. id est, eos, qui nominatenus fideles sola exteriora diligunt, ab electorum sorte separatos ostende: quia & ipsi ad persequendam ecclesiam conuertentur nouissima illa persecutione trium semis annorum. Et dabo, inquit, duobus testibus meis, & prophetabunt diebus M C C L X. amicti sacco, id est, arctissimis continentia & pressurarum laboribus accincti prædicabunt. Et paulo post: Et cum finierint, inquit, testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyssu faciet aduersus illos bellum, & uincet eos, & occidet illos, & cætera. Quibus ministros eiusdem bestia, id est, Antichristi, de occisione horum duorum testium, id est, martyrum, lætatos, eisdemq; etiam mortuis insultatos esse commemorat idem alio loco: Et uidi, inquit, de mari bestiam ascendentem, & dedit illi draco uirtutem suam, & potestatem magnam, id est, uidi hominem seuissimū ingenij de tumultuosa impiorum stirpe progenitum, cui mox nato, & per magicas artes à pessimis imbuto magistris, adiungens se diabolus, totā uirtutis suæ potentiam, per quam magicæ cæteris omnibus maiora patraret, indiuiduus comes attulit. Et data est, inquit, illi potestas facere menses XLII. id est, annos tres & dimidium. Percusso autem illo perditionis filio, siue ab ipso domino, siue à Michaele archangelo, ut quidam docent, & æterna ultione damnato, non continuo dies iudicij secuturus esse credendus est: alioqui scire possent homines illius æui tempus iudicij, si post tres semis annos inchoatæ persecutionis Antichristi confestim sequeretur. Nunc autem quia ante consummatum tempus persecutionis illius dies iudicij non ueniat, scire omnibus licet. Post quantum uerò tempus consummata eiudem persecutionis uenturus sit, nemini prorsus scire conceditur. Deniq; Daniel propheta, qui regnum Antichristi M C C X C. diebus futurum describit, ita concludit: Beatus qui expectat & peruenit ad dies M C C X X X V. Quod Hieronymus ita exponit: Beatus, inquit, qui interfectio Antichristi supra M C C X C. dies, id est, tres semis annos, dies quadraginta quinque præstolatur, quibus est Dominus ante Saluator in sua maiestate uenturus. Quare autem post interfectionem Antichristi quadraginta quinque dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est, nisi forte dicamus: Dilatio regni sanctorum patientiæ probatio est.

Bedæ tom. 2.

P 3

DE



DE DIE IUDICII. CAPVT LXIX.

**A**Dueniet autem dies Domini sicut fur, quia sicut ipse testatur, nescimus quando ueniat Dominus, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane in quo cœli, inquit, magno impetu transierunt, elementa uerò à calore soluentur. Qui autem sint cœli qui transierunt, paulò superius docet idem apostolus Petrus dicens: Cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens uerbo Dei, per quæ ille tunc mundus perijt. Cœli autem qui nunc sunt & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in die iudicij. Non ergo firmamentum cœli, in quo sidera fixa circumueunt, nõ cœlum æthereum, hoc est, inane illud maximum à cœlo sidereo usq; ad aera turbulentum, in quo puro & quieto, diurnæq; lucis semper pleno, errantia septem sidera uaga ferri creduntur. Sed cœlum hoc æreum, id est, terræ proximum, à quo aues cœli, quod in eo uolent, appelluntur, quod aqua quondam diluuij deletis terrestribus transcendendo perdidit, hoc ignis extremi iudicij eisdem mensuræ spacio procrefcens occupando disperdet. Nec sola hæc beati Petri sententia, qua illos dicit cœlos igne iudicij perdendos, qui aqua diluuij perierant, testatur sidereum cœlum igne illo quamuis maximo non esse tangendum, sed etiam Domini sermo qui dicit: Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Neq; enim sol obscurari, luna suo lumine priuari, stellæ poterant cadere de cœlo, si cœlum ipsum, locus uidelicet eorum, igne uoratum transibit. Nunc autem cœlum quidem æreum igne marcescet, sidereum manebit illæsum. Porro sidera obscurabuntur non suo lumine uacuata, sed maioris uel luminis ad aduentum superni iudicij, ne uideantur oblecta, quod in hac uita lunam stellasq; omnes à potiore lumine solis interdum pati cunctis in promptu est. Cum autem peracto iudicio fuerit cœlum nouum, & terra noua, id est, non alia pro alijs, sed hæc ipsa per ignem innouata, & quasi quadam resurrectionis uirtute glorificata claruerint, tunc, ut Esaias prædixit, erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplex sicut lux septem dierum. Quod autem Ioannes in Apocalypsi cum dixisset: Vidi cœlum nouum, & terram nouam: primum enim cœlum, & prima terra abierunt: adiunxit, atq; ait: Et mare iam non est, utrum maximo illo ardore sicceetur mare, an & ipsum uertatur in melius non facile patet. Cœlum quippe nouum, & terram nouam: non autem, & mare nouum usquam legimus futurum. Nam & typicè potest intelligi quod dictum est: & mare iam non est, quia iam tunc non erit hoc seculum uita mortalium turbulentum, quod sepius in scripturis maris nomine figuratur. Vbi autem ipsum extremi & uniuersalis iudicij sit discrimen habendum, inter multos sæpè quaeritur. Constat namq; quia cum descendente ad iudicium Domino, in actu oculi fuerit omnium resurrectio celebrata mortuorum, sancti confestim rapiantur obuiam illi in aera. Hoc enim Apostolus intelligitur indicare, cum ait: Quoniam ipse Dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui uiuimus, qui relinquitur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera. Vtrum autem & reprobi tunc sublimi us à terra leuentur obuiam iudicij uenturo, an meritis peccatorum ita prægrauentur: ut quamuis immortalia corpora habentes, ad altiora nequeant eleuari: & præsidente ad iudicandum Domino, sancti in sublimi à dextris eius. Ipsi autem in inferioribus adsistant à sinistris, tunc potius apparebit. Si uerò tunc ignis ille maximus & altissimus uniuersæ terræ superficiem operit, & resuscitati à mortuis, iniusti nequeunt in sublime raptari: constat eos utpote in terra positos igni circumdatos iudicij expectare sententiam: sed an illo urantur qui non per illum castigandi, sed æterno potius sunt igne damnandi, quis præiudicare audeat? Namq; aliquos electorum eo purgari à leuioribus quibusdam admisis. Et beatus Augustinus in libro de Ciuitate Dei uigesimo, ex prophetarum dictis intelligit. Et sanctus Papa Gregorius in Homelijs Euangelij exponens illud Psalmographi: Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas ualida: distinctio nem quippe inquit tantæ iustitiæ, tempestas ignisq; comitantur, quia tempestas examinat, quos ignis exurat. Satis autem clarum est, quia raptis ad uocem tubæ obuiam Domino in aera perfectis seruis illius conflagratio mundana non noceat: si trium puerorum mortalia adhuc corpora circumpositus camini ignis tangere nequirit. Verum in his omnibus utilius est cuiq; castum se districti iudicij præbere conspectibus, quam de iudicij illius modo loco uel discutere. Sanè quod Apostolus cum dixisset: Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera, subdit dicens: Et sic semper cum Domino erimus. nõ sic accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit semper cum Domino esse mansuros: quia nec ipse ibi utiq; manebit, quia ueniens transitorius est. Venienti quippe ibitur obuiam, non manenti, sed ita cum Domino erimus: id est, sic erimus habentes corpora sempiterna ubicunq; cum illo fuerimus.

DE SEPTIMA ET OCTAUA ÆTATE SECVLI  
FVTVRI. CAPVT LXX.

**E**T hæc est octaua illa ætas semper amanda, speranda, suspiranda fidelibus, quando eorum animas Christus incorruptibilium corporum munere donatas, ad perceptionem regni cœlestis, contemplationemq; diuinæ suæ maiestatis inducat: non auferens gloriam quam exure corporibus, à suæ quoq; egressione tēpore beata in requie perceperant, sed maiore illas gloria etiā corpora

corporum redditorum accumulans: in cuius continuatæ, & non interruptæ beatitudinis typum, Moses cum sex illos dies primos, quibus factus est mundus, à luce & mane inchoatos, ad uesperum terminatos dixisset: in septimo, quo requieuit Deus ab operibus suis, solius mane, non autem & uespere fecit mentionem. Sed cuncta quæ de eo commemoranda putauit, æternæ requie & benedictionis luce conclusit. Quia sicut & supra meminimus, cunctæ huius seculi ætates sex, in quibus iusti Domino cooperante bonis operibus insistant, ita sunt superna ordinatione dispositæ, ut in primordijs suis singulæ aliquid lætarum rerum habentes, non paruè ærumnarum tenebris, pressurarumq; consumantur. Requies uerò animarum, quam pro bonis operibus in futuro seculo percipiunt, nulla unquam curæ alicuius anxietate turbata deficiet, sed ubi tempus iudicij & resurrectionis aduenit, gloriose perpetuæ beatitudinis perfectione cōplebitur. Comparatur ijs ætatibus sacratissimum Dominicæ passionis, sepultura, & resurrectionis tempus. Legimus enim scribente Euangelista Iohanne, quia Christus ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi deuotæ mulieris officio ludas offensus, prodidit eum sacerdotum principibus. In crastinum autem ipse ueniens in alio Hierosolymam cum turba Deo laudes canentium, per continuos quinque dies in iudicij eorum quaestionibus appetitus, sexta demum die crucifixus est: septima requieuit in sepulchro, octaua autem, id est, una sabbati, resurrexit à mortuis. Quia præteritis quinque mundi huius ætatibus, sancti nunquam reproborum insidias & odia pati cessarunt. At in sexta, quam Dominus sua incarnatione confirmare in fide, sua passione redimere ab inferis, sua resurrectione & ascensione ad spem & diuisionem regni cœlestis ascendere dignatus est, eximior beatorum martyrum uirtus atrociora ab infidelibus persecutorum bella tolerauit. Sed hæc tanto fortius uice, quanto certius nouere pro illo se pati, qui secum passo prius latroni, sed tunc confessori, promittit: hodie mecum eris in paradiso. Quæ beatissima paradisi requies, quia non aliud finem quam glorificæ resurrectionis habet initium, hoc significare uolens euangelista Matthæus, cum Dominum sexta feria passum, & sabbato sepultum esse scripsisset, diciturus de resurrectione sic incipit: Vespere autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene & altera Maria uidere sepulchrum. Vesperam quippe sabbati, quo Dominus in sepulchro quieuit, non in nocte tenebrefcere, sed lucefcere dicit in una sabbati, quia uidelicet idem eius sepulchrum non corruptione suscepti corporis attaminandum, sed sicut Iaias ait. Et erit sepulchrum eius gloriosum, cito resurrectionis erat uirtute sublimandum: quia nostrarum quoq; requies post exuta corpora animarum non aliquibus angorem est obscuranda tenebris, sed solis ueræ & perpetuæ lucis suscipienda & accumulanda in line muneribus. Hæc est magna illa & singularis octaua, pro qua sextus & undecimus Psalmi scribuntur: cuius & uerba dierum ita recordantur. Porro Matathias & Heliphalu & alij Leuitarum in citharis pro octaua canebant Epincion, id est, uictori Domino in perpetuum uentura: Ogdoadis, atq; iudicij laudes canebant. Epincion quippe triumphum, palmamq; significat. Vei de resurrectionis Christi mysterio prophetabāt, quæ merito singularis & magna uocatur octaua, quia omnis labentis seculi dies octaua ita est post septimum sabbati octaua, ut ipsa sit etiam prima septimanæ sequentis. Quomodo autem prima totius seculi dies ita fuit prima, ut non haberet aliquos uel precedentes quibus esset octaua, & ideo singulariter prima est, ita singulariter nõ solum magna, sed & octaua est dies futuræ resurrectionis, quia sic post septimam sabbati proximi uentura est octaua, ut non aliquos habeat dies sequentes, quibus possit fieri prima, sed ipsa una maneat cœlesti luce perennis. Vnde bene propheta uisionem huius diei sitiens, unam eam uocat dicens: Quia melior est dies una in atrijs tuis super milia. Cum ergo octauam in scripturis legimus, sciamus mystice & diem & ætatem posse intelligi, quia & dominus octaua die, id est, post septimam sabbati resurrexit à mortuis. Et nos non solum post septem uolubilis huius seculi dies, sed etiam post sæpe memoratas septem ætates in octaua ætate simul & die resurgemus. Quæ uitæ dies in se quidem ipsa manet semper, manet & manebit æterna, sed nobis tunc incipiet, cum ad eam uidentem meruerimus intrare, ubi quo actu occupentur sancti, perfecta spiritus & carnis immortalitate renouari, testatur Psalmista, qui Deo per laudem amoris canit: Beati qui habitant in domo tua domine, in seculum seculi laudabunt te. Quo uisu delectentur, idem consequenter exponit: etenim benedictionem dabit, qui legem dedit, ambulabunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion. Quales ad hanc uentre possint, ipse qui est uia, ueritas & uita testatur Dominus: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Ergo noster libellus de uolubili ac fluctuato temporum lapsu descriptus, opportunum de æterna stabilitate, ac stabili æternitate habeat finem. Quem rogo si qui lectione dignum rati fuerint, me suis in precibus Domino commendent, placq; apud Deum & proximos, quantum ualent, agant industria, ut post temporales cœlestium actionum sudores, æternam cuncti cœlestium præmiorum mereamur accipere palmam.

DE TEMPORVM RATIONE, FINIS.

VENERABILIS BEDÆ

presbyteri, Anglofaxonis, de sex ætati- bus mundi, siue Chronicon, libellus.

Homo minor mundus.



De sex huius mundi ætatibus, ac septima uel octaua quietis, uitæq; celestis, & supra in comparatione primæ hebdomadis, in qua mundus ornatus est, aliqua perfrinximus, & nunc in comparatione æui unius hominis, μακρόσμου. Græcè à philosophis, hoc est, minor mundus solet nuncupari, de eisdem aliquanto latius exponemus.

Prima est ergo mundi huius ætas, ab Adam usq; ad Noe, continēs annos iuxta Hebraicam ueritatem, Ι Μ Δ C L V Ι. iuxta Septuaginta interpretes Ι Ι Μ . C C X L Ι Ι . generationes iuxta utranq; editionem numero X. Quæ uniuersali est deleta diluuiō: sicut primam cuiusq; hominis obliuio demergere consuevit ætatem: quotus enim quisque est qui suam recorderet infantiam.

Secunda ætas à Noe usq; ad Abraham, generationes iuxta Hebraicam autoritatem completa X. annos autem C C X C Ι Ι . Porro iuxta Septuaginta interpretes annos Ι Μ . L X X Ι Ι . generationes uerò X Ι . Hæc quasi pueritia fuit generis populi Dei, & ideo in lingua inuenta est, id est, Hebræa. A pueritia nanque incipit homo nosse loqui post infantiam, quæ hinc appellata est, quod dari non potest.

Tertia ab Abraham usq; ad Dauid, generationes iuxta utranq; autoritatē quatuordecim, annos uerò D C C C X L Ι Ι . complectens. Hæc uelut quadam adolescentia fuit populi Dei, à qua ætate ipse incipit homo posse generare, propterea Matthæus euangelista generationē ex Abraham sumpsit exordiū, qui etiam pater gentium constitutus est, quando mutatum nomē accepit.

Quarta à Dauid usq; ad transmigracionem Babylonis, annos habens iuxta Hebraicam ueritatem C C C L X X Ι Ι Ι . iuxta Septuaginta translationē X Ι Ι . amplius generationes iuxta utrosq; codices X V Ι Ι . Quas tamen Euangelista Matthæus certi mysterij gratia quatuordecim ponit. A qua uelut iuuenili ætate in populo Dei regum tempora cœperunt. Hæc namq; in hominibus ætas apta gubernando solet existere regno.

Quinta quasi senilis ætas, à transmigracione Babylonis, usq; in aduentum Domini saluatoris in carnem, generationibus & ipsa X Ι Ι Ι Ι . Porro annis D L X X X Ι X . extenta, in qua ut grauis senectute fessa, malis crebrioribus plebs Hebræa quassatur.

Sexta, quæ nunc agitur ætas, nulla generationum uel temporum serie certa est, sed ut ætas de crepita ipsa totius seculi morte consummanda. Has ærumnosas, plenasq; laboribus mundi ætates quicq; felici morte uicerunt: septima iam sabbati perennis ætate suscepti, octauam beatę resurrectionis ætatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

Prima igitur ætate seculi nascentis, prima huius die, fecit Deus lucem quam appellauit diē. Secunda firmamentum cœli in medio librauit aquarum, ipsis aquis ac terra, cum cœlo superiore, ac uirtutibus quæ in eo conditore laudarent, antehorum sex dierum exordium creatis. Tertia die congregatis in suum locum aquis, quæ cuncta cōtexerant, aridam iussit apparere. Quarta sidera in firmamento cœli posuit, quæ nunc, quantum æquinoctij coniectura colligimus, duodecimus Calendarum Aprilium uocatur. Quinta, natatilia & uolatilia creauit animantia. Sexta animalia terrestria, & ipsum hominem formauit Adam, de cuius latere dormientis, matrem omnium uiuentium produxit Euam, quæ nunc quantum mihi uidetur esse credibile, decima Calendarum Aprilium dies appellatur. Vnde merito creditur, si non uerior sententia uincit, quod beatus Theophilus cum ceteris, non solum Palæstinae, sed & permultis aliarum regionum episcopis de pascha disputans scripsit, eodem decimo Calend. April. die Dominū fuisse crucifixū. Decebat enim una eademq; non solum hebdomadis, sed & mensis die, secundum Adam pro generis humani salute uiuifica morte sopitum, de productis ē latere suo sacramentis cœlestibus sponfam sibi sanctificare ecclesiam: qua uidelicet die primū Adā, patrē uidelicet humani generis ipse creauerat, eiq; de latere costā tollēs edificauit mulierē, cuius adiutorio genus ppararet humanū.

Anno mundi. Adam annorum centum & triginta, genuit Seth, cui superuixit annis DCCC. Verum Septuaginta interpretes ante natum Seth posuere annos CCXXX, postea DCC. Seth interpretatur resurrectio, significans resurrectionem Christi à mortuis, cuius mortem illatam à iudeis significat Abel, qui dicitur luctus, à fratre Cain occisus.

235. Seth annorum CV. genuit Enos, cui superuixit annis DCCCVII. Porro Septuaginta ante natum Enos annos CCV. postea posuere DCCVI. Enos interpretatur homo, de quo bene dicitur: iste

Anno mundi. Iste cepit inuocare nomē Domini: quia hominū est propriū, ut suæ fragilitatis memores inuocēt cōditoris auxilium, eorū duntaxat qui in fide Christi uiuentes filij resurrectionis esse letantur.

325. Enos annorum XC. genuit Cainan, cui superuixit annis DCCXV. Sed LXX. ante natum Cainan CXC. annos, postea DCCXV. posuere.

395. Cainan annorum LXX. genuit Malaleel, post cuius ortum uiuit annis DCCXL. LXX. ante natum Malaleel CLXX. postea dixere DCCXL.

460. Malaleel annorum LXV. genuit Iareth, cui superuixit annis DCCCXX. LXX. ante natum Iareth CLXV. postea posuere DCCCXX.

622. Iareth annorum CLXII. genuit Enoch, cui superuixit annis DCCC. In hac generatione nusquam utriq; codices discrepant. Hunc Enoch nonnulla diuine scripsisse, Iuda Apostolo attestante comperimus. Sed ut beatus Augustinus dicit: Nō frustra nō sunt in eo canone scripturarū, q̄ seruabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum, nisi quia ob antiquitatem spectatæ fidei iudicata sunt, nec utrū hæc essent quæ ille scripsisset poterat inueniri. Vnde illa quæ sub eius nomine proferuntur, & continent illas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte à prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda.

687. Enoch annorum LXV. genuit Mathusalam, post cuius ortum uiuit trecentis annis & ambulauit cum Deo. Septuaginta ante natum Mathusalam posuere CLXV. annos, postea CC. Et bene in septima generatione Enoch, qui interpretatur dedicatio, tulit à mortalibus Deus, quia ciuitas electorum in sex huius seculi pro Deo laborans ætatibus, in septima sabbati futuri gloriam dedicationis expectat. At quia reprobi sola præsentis sunt felicitate contenti, Cain ciuitatem quæ statuit non in septimana generatione, sed in primogenito Enoch filio consecrat.

874. Mathusalam annorum CLXXXVII. genuit Lamech, cui superuixit annis DCLXXXVII. id est, usq; ad diluuium. LXX. ante natum Lamech CLXXVII. ponunt annos, postea DCCC. & II. Qui numerus, ut lector facillime uidebit, iuxta Hebraicam ueritatem XX. annis, iuxta ipsorum uerò autoritatem XIIII. annis diluuij tempora trāsit. De qua famosissima quæstione doctissimi patres, Hieronymus in libro quæstionum Hebræicarum, Augustinus in libro de ciuitate Dei quintodecimo plenissime disputant.

1056. Lamech annorum CLXXXVII. genuit Noe, cui superuixit annis DXXCV. LXX. ante natum Noe ponunt annos CLXXXVII. & postea DLXV. In hac sola generatione summa uniuersitatis discrepat, quia XXIIII. annis plus uiuisset Lamech in Hebræis, quàm in LXX. translatorum codicibus inuenitur.

1656. Noe anno DC. uenit diluuium mense secundo, XVII. die mensis. Sane de differentia annorum inter Hebræam & LXX. interpretum autoritatem, ne quis nos laceret nouas mouisse quæstionis, legat præfatorum patrum memorata opuscula, & intelliget hanc iam olim notissimam fuisse distantiam, cuius originem distantia cum beatus Augustinus solertissime quæssisset, dixit in libro supra scripto capitulo XIII. inter alia sic: Credibilis ergo quis dixerit, cum primo de bibliotheca Ptolemæi describi ista cœperūt, tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno, sed primitus inde descripto, unde iam latius emanaret, ubi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Et hoc in illa quæstione de uita Mathusalæ non absurdum est suspicari. Et post aliquanta: Recte fieri, inquit, nullo modo dubitauerim, ut cum diuersum aliquid in utriusq; codicibus inuenitur, quædoquidem ad fidem rerum gestarum utranq; esse non potest uerum, et lingua potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio.

Secunda seculi ætate prima huius die, quæ est uicesima septima mensis secundæ, egressus est Noe de arca, in qua pauci, id est, VII. animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod commemorans in epistola beatus apostolus Petrus mirifice statim exponere curauit, cum subiūxit, quod & nos nunc similis formæ saluos fecit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem Iesu Christi qui est in dextera Dei. In aqua diluuij baptismum, in arca & ijs quæ continebat, ecclesiam & fideles illius, in octonario animarum numero, mysterium dominicæ resurrectionis in cuius fide baptizamur, docens esse figuratum.

1658. Sem C. annorum genuit Arphaxad biennium post diluuium. Ab Arphaxad Chaldeos originem duxisse Hieronymus scribit. Superuixit autem Sem nato Arphaxad D. annis, id est, usq; ad quinquagesimum annum natiuitatis Iacob.

1693. Arphaxad annorum XXXV. genuit Sale. Hic LXX. interpretes una generatione plus quàm Hebraica ueritas posuere, dicentes quod Arphaxad cum esset annorum CXXXV. genuerit Cainan. Qui cum CXXX. annorum fuerit, ipse genuerit Sale. Quorum translationem euangelista Lucas hoc in loco uidetur esse secutus. Verum Chronographi Græcorum cum generationem feriem ad autoritatem hebraicam castigassent, ablata una generatione Cainan, nec tamen numerum annorum in generationibus, quas cum eis habere communes, ad eorum autoritatem castigare curassent, propriam secuti autoritatem dederunt huic ætati annorum summam minorem quidem LXX. translatorum editione annis CXXX. sed hebraica ueritate annis DC. & L. maiorem, id est, annis DCCCC. & XLII. Vixit autem Arphaxad post natum Sale annos CCC. & III. cui tamen LXX. post natum Cainan scribunt annos CCCXX. & Cainan post natum Sale leCCCCXXXIII.

Sale

Anno mundi. Sale annorum xxx. genuit Heber, cui superuixit annis cccciii. lxx. ante natum Heber Anno mundi 1723. posuere annos cxx. postea trecentos & triginta. Ab hoc Heber Hebræorum nomen & genus oritur.

1757. Heber annorum xxxiiii. genuit Phalech, cui superuixit annis cccxxx. lxx. ante natum Phalech annos posuere cxxxiiii. postea cclx. Phalech interpretatur diuisio, cui propterea tale nomen imposuere parentes, quia tempore natiuitatis ipsius terra per linguarum confusionem diuisa est. Cuius diuisio Arnobius rhetor in expositione psalmi ciiii. ita meminit: Sem primogenito Noe pars facta est à Persida & Bactris usq; in Indiam longe & usq; Rhinocoruras. Quæ spacia terrarum habent linguas sermone barbarico xx. & vii. In quibus linguis Gentes sunt patriarum cccc. & vi. non diuersarum linguarum, sed ut dixi, diuersarum patriarum. Verbi gratia, cum una lingua latina sit, sub una lingua diuersæ sunt patriæ Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, Calabrorum, Picentum, Thufcorum. Et ijs atq; huiusmodi similia si dicamus.

Cham uero secundus filius Noe à Rhinocoruris usq; Gadira habens linguas sermone Punico à parte Garamantum, latino à parte Boreæ, Barbarico à parte Meridiani Aethiopum & Aegyptiorum, ac barbaris interioribus uario sermone xx. duabus linguis in patrijs cccxc. & iiii. Iapheth autem tertius, à Mediâ usq; Gadira ad Boream. Habet autem Iapheth flumen Tigridem, qui diuidit Mediâ & Babyloniam in patrijs ducentis, sermone uario, in linguis xx. & iiii. Fiunt ergo omnes simul linguæ lxxxii. patriæ autem generationum m. quæ in tripartito seculo hoc ordine sitæ sunt. Habet, ut diximus, Iapheth flumen Tigridem, qui diuidit Mediâ & Babyloniam, Sem autem Euphraten, Cham uero Geon, qui uocatur Nilus.

1787. Phalech annorū xxx. genuit Reu, cui superuixit annis ccix. lxx. ante natū Reu cxxx. 1787. annos ponunt, postea ccix. His temporibus primum templa constructa, & quidam principes gentium tanquam dij sunt adorati.

1819. Reu annorum xxxii. genuit Seruch, cui superuixit annis ccvii. lxx. ante natū Seruch cxxxii. annos ponunt, postea ccvii. Scytharum regnum dicitur exortum, ubi primus regnauit Tanaus.

1849. Seruch annorum xxx. genuit Nachor, cui superuixit annis cc. lxx. ante natum Nachor 1849. ponunt annos centum triginta, postea cc. Aegyptiorum imperium dicitur inchoare, primo eis regnante \*Zoues.

1878. Nachor annorum xxxi. genuit Thare, cui superuixit annis cxix. lxx. ante natum Thare 1878. ponunt annos lxxxi. postea cxxix. Assyriorum Sicyoniorumq; regnum nascitur: his primum Belo, illis Aegialo regnante.

1948. Thare annorum lxx. genuit Abraham, cui superuixit annis cxxxv. Hac tenus secunda seculi ætas protenditur, cuius tota serie recensita beatus Augustinus in libro de ciuitate Dei xvi. capitulo decimo, hoc modo concludit. Fiunt itaque anni à diluuiō usq; ad Abraham mlxxii. secundū uulgatam editionē, hoc est, interpretum lxx. In hebrais autem codicibus longe pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationem aut nullam aut difficillimam reddunt.

Tertia etas. Tertia mundi ætas à natiuitate cepit Abraham patriarcha, qui lxxv. annorum cum esset, 2023. relicta gente patria, ad imperium Dei uenit in terram Chanaan, accipiens promissionem nascitur de suo semine Saluatoris, in quo benedicerentur omnes gentes, simul & seipsum in gentem magnam esse futurum, quarum una spiritalis, altera est promissio carnalis. His temporibus Ninus & Semiramis Assyrijs regnant.

2034. Abraham annorum lxxxvi. genuit Ismael, à quo Ismaelita: genuit autem Ismael xii. duces, & uixit annos cxxxvii.

2048. Idem Abraham annorum c. genuit Isaac, qui primus & solus in toto testamento ueteris serie legitur octaua die circumcisus. Quod non sine magno mysterio priuilegium est filio promissionis donatum.

2108. Isaac annorum lx. genuit Esau & Iacob Patriarchas Idumææ & Israeliticæ gentis, post quorum ortum uixit annos cxx. His temporibus primus apud Argos regnauit Inachus annis l. cuius filia Io, quam Aegyptij mutato nomine Isidem colunt.

2238. Iacob annorum cxxx. descendit in Aegyptum in animabus lxx. Huius temporibus Memphis in Aegypto ab Ape Argiuorum rege condita. Sparta quoq; à Sparto filio Phoronæ regis Argiuorum conditur.

Habitatio filiorum Israel qua manserunt in Aegypto fuit cccxxx. annorum, quibus exple 2453. tis eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti, ut scriptura testatur Exodi: quorum tamen summam annorum chronographia septuagesimo quinto anno natiuitatis Abraham, quando terram repromissionis intrauit computant, sequentes editionem lxx. interpretū, quæ dicit: Habitatio autem filiorum Israel qua habitauerunt in Aegypto & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum. anni cccxxx. Quam necessario sequendam & ipsa hebraica ueritas ostendit, quæ narrat Chaath filium Leui, quem natum esse constat in terra Chanaan, uixisse annos cxxxii. & filium eius Amram patrem Moysi annos cxxxvii. & ipsum Moysen octuaginta fuisse annorum, tempore egressiois de Aegypto. Quia nimirum horum summam anno

Anno mundi. anhorum constat cccc. & xxx. implere non posse. Annuat autem horum translationi & Apostolus cum ait: Abraham dictæ sunt promissiones & semini eius, non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatū à Deo, quæ post cccc. & xxx. annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandas promissiones patrum.

2453. Moses annis xl. eductum ex Aegypto regit populum Israel in deserto, quorum primo anno 2453. no tabernaculum domino construit, & vii. mensibus opus perficiens, mense primo anni secundæ primæ die mensis erexit. Hucusq; ut Eusebius commemorat, quinq; libri Moysi continent gesta annorum m. d. c. xxx. secundum lxx. Seniorum interpretationem. Quot uero annos huius temporis hebraica ueritas continet, Iosephus in primo contra Appionem grammaticum libro ita cõmemorat: Neq; igitur innumera apud nos habent uolumina inter se inuicem discordantia, sed ii. tantum & xx. sunt libri, qui omnium temporum seriem continent, qui & iuste creduntur diuinitus inspirati. Ex quibus quinq; sunt Moysi, continentes leges uitæ, & successio nis humanæ profapiam, usq; ad ipsius Moysi terminum pertendentes. Qui paulo minus ad tria milia annorum continentiam gerunt.

2493. Iosue annis xxvi. regit populum Israel, ut Iosephus docet: nam scriptura sancta quot fuerint 2493. anni ducatus illius tacet. Quare uero Eusebius in Chronicis xxvii. posuerit, infra dicemus. Primo autem sui ducatus anno, Iosue primo mense decima die mensis populum patefacto Iordanis aluo in terram repromissionis induxit, quo uidelicet anno, ut in Chronicis præfati Eusebii reperimus, principium erat quinquagesimi primi Iubilei secundum Hebræos, id est, iimd. anni erant ab initio mundi completi, singulis Iubileorum ordinibus per quinquagenos annos deputatis. At uero hanc temporis huius esse summam nostra inquisitio nequaquam ualuit, cõstat enim quia mdlvi. ad diluuium usq; fuere anni. Inde ad Abraham cccxii. qui lxxv. erat annorum quando promissionem Dei accepit. Promissionis anni ccccxxx. ducatus Moysi anni xl. qui profecto numerus non iimd. sed vii. minus, id est, iimcccxciii. ut prano taurimus, annos implet.

2519. Othoniel annis xl. de tribu Iuda primus Israelis Iudex Domino iubente constituitur. Huius 2519. temporibus primis filij Israel seruiere Chusan Rasathaïm regi Mesopotamiæ viii. annis.

2559. Aoth annis lxxx. filius Gera, filij Gemini, qui utraq; manu utebatur pro dextera, cuius in 2559. principijs seruiuit Israel Eglon regi Moab annis xviii. donec eum ipse percussio Eglon liberauit. Hoc tempore Cyrene ciuitas condita est in Libya.

2639. Debbora annis xl. prophetissa de tribu Ephraim, cum Barach de tribu Neptalim, cuius in 2639. initio ducatus oppressit filios Israel Iabia rex Chanaan xx. annis, qui regnauit in Asor. Sed oc ciso ab Israel principe militiæ eius Sisara, humiliatus tandem ac deletus est. Hoc tempore Milesus condita.

2689. Gedeon annis xl. ex tribu Manasse. Sub quo seruiuit Israel Madianitis & Amalechitis vii. 2689. annis, sed Gedeon pugnante liberatus est. Tyrus condita est ante templum Hierosolymorum annis ccxl. ut scribit Iosephus.

2719. Abimelech annis tribus, filius Gedeonis, qui regnabat in Sichem. Hercules Ilium uasat. 2719.

2722. Thola annis xiiii. filius Phoa patru Abimelech, uir de Issachar, qui habitabat in Sanir 2722. montis Ephraim. Bellum Lapitharū & Centaurorū, quos scribit Palephatus primo de incredibilibus libro nobiles fuisse equites Thesalorū. In Troia post Laomedontē regnauit Priamus.

2745. Iair annis xxi. ex tribu Manasse. Hercules agonem olympicum constituit, à quo usq; ad pri 2745. mam Olympiadem supputantur anni ccccxxx.

2767. Iepte Galaadites annis sex. Philistini & Ammonitæ deprimentur Israel, ex quibus Ammoni 2767. tæ debellantur ab Iepte, qui in libro Iudicum ab ætate Moysi usq; ad semetipsum ait supputari annos trecentos.

2773. Abesam de Bethleem annis septem. Agamemnon imperat Mycenis annis xxxv. cuius an 2773. no xv. Troia capitur.

2780. Achialon Zabulonites annis x. Hic cum annis decem suis in lxx. Interpretibus non haber 2780. tur, pro quorum damno supplendo Eusebius Iosue filio Nun, Samueli & Sauli, quorum annos scriptura non dicit, plures annos quam in Iosepho legebat adnotauit, quatenus ab egressu Israel ex Aegypto usq; ad adificationem templi ccc lxxx. annorum summam quam scriptura prædicat haberet.

2790. Labdon de tribu Ephraim annis viii. Huius anno tertio Troia capta est, completis à primo 2790. anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnauit, annis ccc lxxxv. A quadagesimo autem & tertio regni Nini Assyriorum regis annis dcccxxxv. Mortuo Labdon seruiuit Israel Philistæis annis xl.

2798. Samson de tribu Dan annis xx. Hac tenus liber Iudicum tempora signat, habens annos cc 2798. xcix. Iudices autem xii. Latinis, qui postea Romani nuncupati sunt, post tertium annum captiuitatis Troiæ, siue ut quidam uolunt octauū, regnauit Aeneas annis tribus, post quem Ascanius annis xxxviii. Ante Aeneam Ianus, Saturnus, Picus, Faunus. Latinus in Italia regnauit annis circiter cl. Ascanius Aeneas filius Albam urbem condidit.

- Anno mundi. Heli sacerdos annis quadraginta. In Hebræorum libro quadraginta anni inueniuntur. In Septuaginta autem interpretatione uiginti. Hectoris filij Ilium receperunt, expulsis Antenoribus post Heleno sibi subsidium ferente. Latinorum tertius Syluius Aeneæ filius, regnat annis uiginti nouem: qui quod post mortem patris editus, ruri fuerat educatus, & Syluij, & Posthumi nomē accepit: a quo omnes Albanorum reges Syluij uocati sunt. Reges Sicyonijs defecerunt, qui ab Aegealeo usq; ad Zeuxippum regnauerunt annis noningentis sexaginta duobus. Post quos sacerdotes Carni constituti sunt.
2870. Samuel annis duodecim, ut docet Iosephus. In scriptura enim sacra quàm diu præfuerit, minime patet. Ab hoc tempora Prophetarum incipiunt. Latinorum quartus Aeneas Syluius, regnauit annis xxxi.
2890. Saul primus Hebræorum rex annis xx. Et huius quia in Canonica scriptura non habetur, de antiquitatum Iosephi tempus regni notauimus. In Lacedæmone regnauit primus Euristheus annis xlii. Corinthi primus Alethis annis xxxv.
- Quarta ætas. Quarta mundi ætas non solum cum inchoato Iudææ gentis imperio, sed & cum innouata promissione, quæ patribus olim data est, imperij Christiani sumit exordium, iurante domino Dauid ueritate, de fructu uentris eius sedere super sedem eius.
2930. Dauid primus ex tribu Iuda rex, annis xl. Latinorum quintus Latinus Syluius annis l. Euphræus condita ab Andronico. Carthago condita est, ut quidam uolunt, à Charcedone Tyrio: ut uerò alij, à Didone filia eius anno cxliii. post Troianum excidium.
2970. Solomon filius Dauid annis quadraginta. Qui quarto regni sui anno, mense secundo templum Domino edificare cepit in Hierusalem, collectis ab egressu Israelis ex Aegypto annis ccc. lxxx. ut Regum quoq; liber testimonio est: quod in figuram uniuersi temporis, quo in hoc seculo Christi edificatur ecclesia, quæ in futuro perficitur, septem annis perfecit, & septimo octauo anni mense dedicauit. Latinorum sextus Alba Syluius, Syluij Aeneæ filius, regnauit annis triginta nouem. Regina Saba uenit audire sapientiam Solomonis.
2987. Roboam filius Solomonis annis xlii. Hieroboam de tribu Ephraim, separauit decem tribus à domo Dauid & à Domino, in figuram hæreticorum, qui suos sequaces à Christo & ecclesia segregant. Huius quinto anno Sefac rex Aegypti ueniens Hierosolimam, templum spoliauit. Latinorum septimus Aegyptus Syluius, Alba superioris regis filius regnauit annis cxliii. Samus condita, & Smyrna in urbis modum ampliata.
2990. Abia filius Roboam annis lii. Hic pugnantè contra se Hieroboam superauit, occisis de exercitu eius millibus quingentis, eo quod sperasset in Domino.
3031. Asa filius Abia annis xli. Ab hoc conductus Benedab rex Syriae Damasci contra Israel, percussit omnem terram Neptalim. Latinorum octauus Capys Syluius Aegypti superioris regis filius, regnat annis xxxviii. Asa idola destruit, templum mundat, egredientem contra se Zarahæthiopicum cum suo sternit exercitu. Ambri rex Israel emit montes Samarie à Somer duobus talentis argenti, & edificat eam. Ahiel de Bethel Hiericho instaurat.
3056. Iosaphat filius Asa annis xxxv. Helias Thesbites tres semis annos pluuiam continuit propter peccata Achab & populi Israel, & inter cætera magna Helisæum filium Sophath, qui erat de Abel in aula, pro se unxit prophetam. Latinorum nonus Carpentus Syluius, superioris regis Capys filius, regnauit annis xlii. Post quem filius eius Tiberinus Syluius annis vlii, à quo & fluuius appellatus est Tyberis, qui prius Albulā dicebatur. Post quem Agrippa Syluius filius eius annis xl. Iosaphat fecit rectum coram Domino.
3064. Ioram filius Iosaphat annis octo. Helias curru igneo rapitur quasi usq; in cælum, & Helisæus hæres prophetiæ derelictus, primo miraculo aquas Hiericho sanat. In diebus Ioram recessit Edom ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. Ambulauit autem Ioram in uis domus Achab, filia quippe Achab erat uxor eius.
3065. Azarias filius Ioram anno uno. Ionadab filius Rechab clarus habetur. Azariam cum filio suo Ioas & nepote Amasia ob enormitatem scelerum, & quia nec patrem filium uel quispiam eorum bonum habebat, Euangelista Matthæus à domini Saluatoris genealogia secludit.
3071. Athalia mater Azariae annis vi. quæ uidens interfectum ab Heu rege Israel filium suum Azariam, interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram, præter solum Ioas filium Azariae, quem Iosabeth soror Azariae uxor Ioadæ Pontificis furata est de medio filiorum regis, cum interficeretur. In lxxx. interpretibus vii. annis regnasse Athalia narratur.
3111. Ioas filius Azariae annis xl. Iste bono principio, & sine uls pessimo, in principijs sui regni templum innouat, in extremis inter cætera facinora Zachariam quoq; filium Ioadæ, tutoris quondam ac regnicitoris sui, inter templum & altare lapidari præcepit. Quem ob meritum gratiam Dominus in Euangelio filium Barachiae, id est, benedicti Domini cognominat. Latinorum xii. Aremulus Syluius Agrippæ superioris regis filius regnauit annis xix. qui præsidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est posuit. Huius filius fuit Iulius, proauus Iulij Proculi, qui cum Romulo Romam commigrans fundauit Iuliam gentem.
3140. Amasias filius Ioas annis xxxix. Helisæus Propheta defunctus sepelitur in Samaria. Azahel rex Syriae adlixit Israel. Latinorum xlii. Auentinus Syluius Aremuli superioris regis maior filius,

- Anno mundi. Ilius, regnauit annis xxxvii. atq; in eo monte qui nunc pars urbis est mortuus & sepultus, æternum loco uobabulum dedit.
3140. Azarias qui & Ozias, filius Amasie annis lli. Assyrionum xxxvi. Thonos concoleros, qui uocatur græce Sardanapalus, Tharsum atq; Anchialem condidit, & in prælio uictus ab Arbace Medo semet incendio concremauit. Usq; ad id tempus reges fuisse Assyrionum historia refert, & fiunt simul anni mxcvii. Omnes autem anni Assyrionum à primo anno Nini supputantur. mcccxl. Latinorum xliii. Procas Syluius Auentini superioris regis filius regnauit annis xxlii. Post quem xv. Amulius Syluius annis xliii. Arbaces Medus Assyrionum imperio destructo regnum in Medos transiit, ubi primus ipse regnauit annis xxviii. Macedonum regnum inchoat, primum habens regem Caranum annis uigintiocto. Lacedæmoniorum reges deficiunt, Lydorum incipiunt.
3192. Ioatham filius Ozia annis xvi. Olympias prima ab Eliensibus constituitur post annos Troiana captiuitatis ccccv. Remus & Romulus generantur Marte & Illia. Ioathan inter cætera uirtutum bonarum opera portam domus Domini sublimissimam edificauit, quæ in Actibus apostolorum Speciosa uocatur. Omnes siquidem portæ templi in terra fuerunt, excepta Speciosa quæ pendebat, quæ ab Hebræis porta uocabatur Ioathan.
3208. Achaz filius Ioathan annis xvi. Ab hoc conductus Theglath Phalasar rex Assyrionum Ram sin regem Syriae interfecit, & habitatores Damasci transfuit Cyrenen. Roma condita in monte Palatino xi. Calendas Maij à geminis Remo & Romulo filijs Rheæ Syluia, quæ erat filia Numitoris fratris regis Amulij, uirgo uestalîs, sed contuprata. Consulibus Iudis Sabinae raptæ anno ab urbe condita tertio. Remus rastro pastorali à Fabio Romulo duce occisus est.
3224. Ezechias filius Achaz annis xxxix. Huius anno vi. Salmanasar rex Assyrionum capta Samaria transfuit Israel in Assyrios, cuius regnum à primo Hieroboam steterat annis cclx. Murtuo Romulo, qui xxxviii. regnauit annis, per quinos dies Senatores rempublicam rexerunt, atq; ita unus expletus est annus. Post quos Numa Pompilius annis xli. qui Capitolium à fundamentis edificauit.
3253. Manasses filius Ezechiae annis lv. Hic ob scelera sua catenatus, & compeditus in Babyloniam ducitur, sed ob poenitentiam & preces restituitur in regnum. Romanorum tertius Tullus Hostilius regnauit annis xxxii. Qui primus regum Romanorum purpura & falcibus usus est, & adiecto monte Cælio urbem ampliuit.
3308. Amon filius Manasse annis li. In Hebraica ueritate lii. annis: in lxxx. legitur regnasse xlii. Histrus ciuitas in Ponto condita. Amon à seruis suis interficitur.
3310. Iosias filius Amon annis xxxxi. Hic mundata Iudæa & Hierusalem, templo etiam innouato, post abiectas idololatriæ sordes Pascha Domino celeberrimum facit xxxviii. anno regni sui, & cum Nechaone Aegyptiorum rege congressus occiditur in campo Mageddo, quæ nunc Maximianopolis uocatur. Romanorum quartus Ancus Martius Numæ ex filia nepos, regnauit annis xxxiii. Qui Auentinum montem & Ianiculum Vrbi addidit, & supra mare sextodecimo ab urbe miliario Hostiam condidit. Post quem Tarquinius Priscus annis xxxvii. Qui circum Romæ edificauit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas edificauit, Capitolium extruxit. In Hebræo xxxxi. annis regnasse Iosias legitur. In lxxx. Interpretibus xxxii. Sed & Eusebius inter regem eius & Ioachim alium de suo adiecit annum, propter menses bis ternos, quibus Ioachaz, uel Ioachim regnauerat. Verum quid ueritas habeat Hieremias pandit, qui se à decimo tertio anno Iosias usq; ad annum quartum Ioachim xxxiiii. annis prophetaffe perhibet, & Nabuchodonosor quarto anno Ioachim regnare cepisse. Nonodecimo autem regni eius anno Hierosolimam fuisse destructam.
3341. Ioachim filius Iosiae annis xi. Post Iosiam regnauit Ioachaz filius eius tribus mensibus: quæ Nechao uincium ducens in Aegyptum, Ioachim constituit regem. Huius anno tertio Nabuchodonosor capta Hierusalem, & plurimis captiuitatis, in quibus erant Daniel, Ananias, Azarias, & Misael, partem uasorum templi Babyloniam transfert. A quarto Ioachim anno scriptura Regnum Nabuchodonosor computat, quia ex eo non solum Chaldæis & Iudæis, sed & Assyrijs, Aegyptijs, Moabitibus, alijsq; innumeris gentibus incipit regnare. Ioachim qui & Iechonias filius Ioachim, mensibus tribus, & diebus x. hic circumdata à Chaldæis Hierusalē exiit ad regem Babylonis & mater eius, & ductus est in Babylonē cum populo suo anno vii. regni Nabuchodonosor.
3352. Sedechias qui & Mathias filius Iosiae annis xi. Huius anno xi. Regis autem Babylonis xxx. Iudæa captiuita in Babyloniam, & templum domini incensum est, anno ex quo fundari cepit cccxxx. Qui autem reliqui fuerant Iudæi transfugerunt in Aegyptum, quæ post annos v. percussa à Chaldæis, in Iaponiam sunt & ipsi transmigrati.
- Quinta mundi ætas ab exterminio cepit regni Iudaici. Quod iuxta prophetam Hieremias lxxx. annis permansit.
3377. Anno xliii. postquam percussa est ciuitas, qui est uicesimus quintus annus transmigratio nis regis Ioachim, cum quo & Ezechiel captiuitus est, ipse Ezechiel in uisionibus Dei adductus in terram Israel, uidit renouationem ciuitatis ac templi, ceremoniarumq; eius. Romanorum sextus Seruius regnauit annis xxxviii. qui tres montes Vrbi addidit, Quirinalem, Aesquilinū,

Anno mundi. 3389. **Viminales.** Fossas circum muros duxit. Censur Romanorum ciuium primus instituit. Anno mundi. 3389. **Anno xxvi.** post euerfionem Hierosolymorum, qui est annus xxxvii. transmirationis regis loachim, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare ceperat caput loachim regis iudæ de carcere, & posuit thronum eius super thronum regum qui erant cum eo in Babylone. Meminit huius temporis adhuc futuri propheta Hieremias ita scribens: Ecce ego mitam & adsumam uniuersas cognationes Aquilonis. ait Dominus, & ad Nabuchodonosor regem Babylonis feruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt, & interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in silum, & in solitudines sempiternas, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis Lxx. annis. Cumq; impleti fuerint anni Lxx. uisitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus. iniquitatem eorum, & super terram Chaldaeorum, & ponam illam in solitudines sempiternas. Et alibi scribens ad transmirationem, quam transduxerat Nabuchodonosor de Hierusalem in Babylonem cum Iechonia rege: Cum ceperint, inquit, impleri in Babylone Lxx. anni, uisitabo uos, & suscitabo super uos uerbum meum bonum, & reducam uos ad locum istum, ait Dominus. Rursus eiusdem temporis iam præteriti uerba dierum ita recordantur: Si quis euaferat gladium ductus in Babylonem seruiuit regi & filijs eius donec imperaret rex Perfarum, & compleretur sermo Domini ex ore Hieremiæ, & celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usq; dum complerentur Lxx. anni. Anno autem primo Cyri regis Perfarum, ad complendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Perfarum, & cætera. Quibus uerbis ostenditur, quia uastata Chaldaei iudæa, non ut Assyrii in Samariam alios misere colonos, sed desertam reliquere terram, donec ipsi post annos Lxx. in eam redire iudei. Consentit his Iosephus in decimo Antiquitatum libro, scribens templum & Hierusalem, & omnem iudæam Lxx. annis permanisse desolatam: qui rursus enumerando reges Babylonis (si tamē ipse sic scripsit, & non codex fallit mendosus) c. fere annos ab euerfa Hierusalem usq; ad euerfionem regni Chaldaeorum facit colligi. Scribit enim, post Nabuchodonosor, qui teste scriptura sacra, xxv. post euerfam Hierusalem uixit annis Euilmerodach filium eius regnasse annis xviii. Post quem Egefar filium eius xl. cui successisse filium eius Labosfordoch mensibus ix. Hoc defuncto ad Balthasar, qui Nabooq nuncupatur, transisse imperium. Qui cum iam xviii. regnauerit annis, captam à Cyro Perfarum, & Dario Medorum rege Babyloniæ exequitur. Darius autem Astyagis filius, qui Babyloniorum destruxit imperium cum Cyro cognato suo, agebat annum sexagesimum & secundum, cum Babylon fuisset inuasa, qui tamen alio nomine uocabatur à Grecis, quiq; Danielem Prophetam sumens ad se in Mediam duxit, & omni eum honore celebrauit. Huius Darij Daniel ipse ita meminit: In anno primo Darij filij Aſueri de femine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldaeorum. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, ut complerentur desolationis Hierusalem Lxx. anni. **E V S E B I V S** in temporum libro, xxx. annos ab euerfione Hierusalem usq; ad initium Cyri regis Perfarum, Iulius autem Africanus Lxx. computat. Porro Hieronymus in expositione Prophetae Danielis ita dicit: Tradunt Hebraei huiuscemodi fabulam usq; ad septuagesimum annum, quo Hieremias captiuitatem populi iudæorum dixerat esse soluendam. De quo & Zacharias in principio uoluminis sui loquitur: Irritam putans Dei pollicitationem Balthasar, fallumq; promissum, uersus in gaudium fecit grande conuiuium, insultans quadammodo spei iudæorum, & uasis templi Dei. Sed statim ultio confecta est.

3423. Perfarum primus Cyrus regnauit annis xxx. Hic ut impleretur uerbum Domini ex ore Hieremiæ, primo sui regni anno laxata Hebræorum captiuitate, quinquaginta ferme hominum milia regredi fecit in iudæam, restituens eis uasa templi Domini aurea & argentea **VMCCCC.** Qui congregati in Hierusalem mense septimo ædificauerunt altare, & à primo die mensis eiusdem ceperunt offerre holocaustum Domino. Anno autem secundo aduentus sui mense secundo templi fundamenta iecerunt, anno incensionis eius iuxta Africanum **LXXXII.** iuxta autem Chronica **E V S E B I I X X X I I.** Sed impedientibus Samaritis, intermissum est opus usq; ad annum Darij secundum, qui etiam in regno Aſueri & Artaxerxis scripserunt accusationem aduersum iudæos. Et rescripsit Artaxerxes ne ædificaretur Hierusalem. Romanorum septimus Tarquinius regnauit annis trigintaquinque, qui causa Tarquinij iunioris filij sui, qui Lucretiam corruerat, à regno expulsus est.

3432. Cambyfes Cyri filius annis viii. Hic deuicta Aegypto cunctam eius religionem abominatus, ceremonias eius & templa depouit. Babylonem in Aegypto ædificauit. Hunc autem ab Hebræis secundum Nabuchodonosor uocari, sub quo Iudith historia conscribitur.

3432. Fratres Magi mensibus septē Iesus sacerdos magnus & princeps gentis, Zorobabel, Aggeus, Zacharias, & Malachias prophetae clarescunt. Pythagoras physicus philosophus clarus habetur.

3436. Darius annis xxxvi. Inter Darij & Cambyfen regnasse duos fratres Magos in libris Chronicorum Eusebij reperimus. Verum Hieronymus in expositione Danielis scribit post Cambyfen Smerden magnū regnasse, qui Pantapthen, inquit, filiam Cambyfis duxit uxorem, qui cum à septem Magis fuisset occisus, & in locum eius Darius suscepisset imperium, eadem Pantapthes nupsit.

Anno mundi. **nupsit Dario, & ex ea Xerxen filium genuit.** Secundo anno Darij septuagesimus captiuitatis Hierusalem annus impletur, ut uult Eusebius, testem adhibens Zachariam prophetam, apud quem secundo Darij anno loquitur angelus: Domine exercituum usq; quo tu non misereberis Hierusalem & urbium iuda quibus iratus es? iste septuagesimus annus est. Item quarto Darij regis anno dicit idem Propheta: Cum ieiunaretis & plangeretis per hos Lxx. annos: nunquid ieiunum ieiunastis mihi? Sexto Darij anno templi ædificatio completur, die tertia mensis Adar, qui est quadragesimus sextus annus, ex quo eius sub Cyro fundamenta sunt iacta. Vnde in euangelio dicitur Iudæ: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Ceperunt autem ædificare anno secundo Darij, mense sexto, die uicesima quarta: & anno sexto, ut dictum est, mense duodecimo, die tertia compleuerunt. Ex quo apparet opus templi & antea non parua ex parte peractum: annos autem Lxx. à destructione illius usq; ad perfectam restaurandi licentiam esse computandos. Pulsis urbe regibus, qui imperauerunt annis **CCXLIII.** uix usq; ad decimum quintum lapidem Roma tenebat imperium. Romæ post exactos Reges primum consules à Bruto esse ceperunt. Deinde Tribuni plebis ac Dictatores: & rursus Consules rempublicam obtinuerunt per annos ferme **CCCLXIII.** usq; ad Iulium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiade **CLXXXIII.**

3468. **Xerxes filius Darij annis xx.** Hic Aegyptum quæ à Dario discesserat capit, & aduersus Græciam pugnaturus, septingenta milia armatorum de regno, & trecenta de auxilijs, rostratas etiā naues mille ducentas, onerarias autem tria milia numero habuisse narratur. \* Attamen uictus patriam refugit. Herodotus historiarum scriptor, Zeuxis pictor agnoscitur. \* Artabanus mensibus **VII.** Socrates nascitur.

3489. \* Artaxerxes, qui & Longimanus, id est, **μικροί εγ,** annis **XL.**

3496. \* Huius anno **VII.** prima die mensis primi Esdras sacerdos & Scriba legis Dei ascendit de Babylone cum epistolis regis, & in prima mensis quinti uenit in Hierusalem cum uiris **MDCC.** Et inter alia strenue gesta castigauit filios transmirationis ab uxoribus alienigenis. Eiusdem anno uicesimo Neemias pincerna de Sulis castro adueniens, murum Hierusalem **LII.** diebus restituit, & ducatum genti **XII.** annis præbuit. Huc usq; diuina scriptura temporum seriem continet. Quæ autem post hæc apud Iudæos sunt digesta, de libro Machabæorum & Iosephi atq; Africani scriptis exhibetur, qui deinceps uniuersam historiam usq; ad Romana tempora prosecuti sunt. Et quidem Africanus in quinto temporum uolumine huius temporis ita meminit: Mansit itaq; imperfectum opus usq; ad Neemiam & uicesimum annum regis Artaxerxis, quo tempore regni Perfarum **C. & xv.** anni fuerunt etoluit. Captiuitatis autem Hierusalem centesimus octagesimus & quintus annus erat. Et tunc primum Artaxerxes iussit muros extrui Hierusalem, cui opere præfuit Neemias, & ædificata est platea, & muri circumdati. Et ex illo tempore si numerare uelis, **LXX.** annorum hebdomadas usq; ad Christum poteris inuenire. Xerxes menses **II.** Post quæ Sogdianus menses **VII.** Plato nascitur. Hippocrates medicus insignis habetur.

3529. Darius cognomento Nothus annis **XX.** Aegyptus recessit à Perlis. Reuersis de captiuitate iudæis, non reges, sed Pontifices præfuerunt usq; ad Aristobolum, qui cum dignitate Pontificis etiam regale sibi cepit usurpare uocabulum.

3548. Artaxerxes, qui cognominatus est Mnemon, Darij & Parisatidis filius, annis **XL.** Sub hoc rege uidetur Hæster historia completa. Ipse quippe est qui ab Hebræis Aſuerus, & à **LXX.** Interpretibus Artaxerxes uocatur. Athenienses **XXXIII.** literis uti ceperunt, cum antea **XVI.** tantū literas haberent. Carthaginensium bellum famosum. Galli Senones duce Brenno Romam inuasent, excepto Capitolio, & incensam **VI.** mensibus uastauerunt. Tribuni militares pro Consulibus esse ceperunt. Aristoteles auditor est Platonis, octauumdecimum ætatis annum gerens.

3588. Artaxerxes, qui & Ochus, annis **XXVI.** iste Aegyptum suo iunxit imperio, Nectanabo rege in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorum regnum destructum est. Demosthenes orator omnium rumore celebratur. Romani Gallos superant. Plato moritur. Post quem academiam Speusippus tenuit.

3614. Arfes Ochi filius annis **IIII.** iudæorum Pontifex maximus Iaddus clarus habetur, cuius frater Manasses templum in monte Gaziri construit. Speusippus moritur: cui succedit Xenocrates. Quarto Ochi anno Alexander Philippi & Olympiadis filius, uicesimum ætatis annum gerens Macedonibus regnare incipit.

3618. Darius Arfami filius annis **VI.** Alexander aduersum Illyricos & Thraces feliciter dimicans, subuerfis Thebis in Persas arma corripuit, & apud Granicum flumen regis ducibus oppressis, urbem Sardis capit. Idem capta Tyro iudæam inuadit, à qua fauorabiliter exceptus Deo uictimas immolat, & pontificem templi Iaddum honoribus plurimis prosequitur. Andromacho locorum custode dimisso. Septimo regni sui anno Alexandriam in Aegypto condidit. Nec mora Babylonem obtinuit, interfecto Dario, in quo Perfarum regnum destructum est, quod si æterat annis **CCXXXI.** Quo tempore etiam Latini à Romanis perdomiti sunt.

3624. Alexander post mortem Darij annis **V.** regnauit: nam antea **VII.** Alexander Hircanus & Marados capit, reuertensq; in Hammonem condidit Paretonium. Idem Indicum usq; Oceanum uictoribus potius quam bellis peruenit, ac Babylonem reuersus **XXXII.** uicta, regni autem sui **XII.** anno nupsit.

*Anno mundi.* ueneni haustu perijt. Post quem translato in multos imperio, Aegyptum Ptolemaeus Lagi filius *Anno mundi.* tenuit. Macedonas Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri. Syriam & Babylonem, & com-  
 3609. nia regna orientis Seleucus Nicanor, Asia regnavit Antigonus. Qui apud Daniele per qua-  
 tuor hirci, qui Arietem contereret, cornua designantur.  
 Aegypto primus regnavit Ptolemaeus Lagi filius annis XL. Appius Claudius Cæcus Romæ *3609.*  
 clarus habetur, qui aquam Claudiam induxit, & viam Appiam stravit. Ptolemaeus Hierosoly-  
 mis & Iudæa in ditionem suam dolo redactis, plurimos captiuorum in Aegyptum transtulit. Iu-  
 daorum pontifex maximus Onias Iaddi filius clarus habetur. Tertio decimo Ptolemæi anno  
 Syria & Babyloniæ, & superioribus locis regnare incipit Seleucus Nicanor, à quo tempore Ma-  
 chabæorum Hebræa historia Græcorum supputat regnum, à quo & Edesseni sua tempora com-  
 putant. Seleucus Seleuciam, Laodiciam, Antiochiam, Apamiam, Edessam, Beroeam & Pellam  
 urbes condidit. Iudæorum pōtifex maximus religiosissimus ac pijsissimus Simon Ontæ filius cla-  
 rus habetur. Post quem Eleazarus frater eius suscepit templi ministerium, filio eius Onia paruo  
 admodum derelicto. Seleucus in eas urbes quas extruxerat Iudæos transfert, ius eius ciuium, &  
 municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.  
 3707. Ptolemaeus Philadelphus annis XXXVIIII. Sotrasus Cnidius Pharum in Alexandria con- *3609.*  
 struxit. Ptolemaeus Iudæos qui in Aegypto erant liberos esse permisit, & Eleazaro pontifici mul-  
 ta Hierosolymam & in templi donaria uasa transmittens, LXX. Interpretes petiit, qui scripturā  
 sanctam in græcum uerterent eloquium. Aratus agnoscitur. Iudæorum pontificatum post Elea-  
 zarum auunculus eius Manasses accepit. Tantæ autem potentia fuisse narratur Ptolemaeus iste  
*enim* Philadelphus, ut Ptolemaum patrem uinceret. Narrant \* autem historia, habuisse eum peditum *enim*  
 C. C. millia, equitum XX. millia, curuum duo millia, elephantos, quos primus adduxit ex Aethi-  
 opa, quadringentos, & cætera his similia.  
 3733. Ptolemaeus Euergetes frater superioris regis annis XXXVI. Qui inde Euergetes ab Aegyp- *3707.*  
 tibus est uocatus, quia capta Syria & Cilicia, & propemodū uniuersa Asia, inter innumera argen-  
 ti pōdera ac uasa preciosa quæcepit, etiam Deos eorum quos Cambyses capta Aegypto in Per-  
 fas portauerat, retulit. Iudæorum pontifex Onias Simonis Iusti filius clarus habetur, cuius item  
 filius Simon non minore gloria fulget, sub quo Iesus filius Syrach sapientia librum componens,  
 quem uocant Panareton, etiam Simonis in eo fecit mentionem.  
 3750. Ptolemaeus Philopator filius Euergetis annis XXVII. Anthiochus rex Syria uicō Philopato- *3733.*  
 re Iudæam sibi sociat. Iudæorum pontifex maximus Onias filius Simonis insignis habetur, ad  
 quem Lacedæmoniorum rex Arius legatos mittit.  
 3774. Ptolemaeus Epiphanes filius Philopatoris, annis XXXIIII. Secundus liber Machabæorum *3750.*  
 apud Iudæos huius temporis gesta continet. Onias sacerdos adsumptis Iudæorum plurimis fug-  
 git in Aegyptum, & à Ptolemæo honorifice susceptus, accepit eam regionem quæ Heliopoleos  
 uocabatur, & concedente rege templum extruxit in Aegypto simile templi Iudæorum, quod  
 permansit usq; ad imperium Vespasiani annis CCL. Sub occasione igitur Onia pontificis in fini-  
 ta examina Iudæorum in Aegyptum confugerunt, eo tempore & Cyreneorum multitudine re-  
 pleta est. Hæc autem uel Ontæ uel cæteris fuit causa Aegyptum petendi, quia pugnantibus con-  
 tra se magno Antiocho & ducibus Ptolemæi, posita in medio Iudæa in contraria studia scinde-  
 batur, alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus.  
 3809. Ptolemaeus Philometor annis XXXV. Aristobolus natione Iudæus, Peripateticus philoso- *3774.*  
 phus agnoscitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Mosen commentarios  
 scripsit. Antiochus Epiphanes, qui post Seleucum cognomento Philopatore annis XI. regna-  
 uit in Syria, Iudæorum legem impugnans, omniaq; sordibus idolorum complens, in templo Iou-  
 is olympij simulacrum ponit. Sed & in Samaria super uerticem montis Garizi Iouis Peregrini  
 delubrum ædificat, ipsis Samaritanis ut id faceret precantibus. Verum Mathathias sacerdos le-  
 ges patrias uindicat, aduersus Antiochi duces arma corripiens, quo moruo ducatum Iudæorū  
 suscepit filius eius Iudas Machabæus, anno CXLVI. regni Græcorum: uicesimo autē Ptolemæi,  
 Olympiade CLV. Qui mox Antiochi duces de Iudæa expellens, & templum ab idolorum ima-  
 ginibus emundans, patrias leges post triennium suis ciuibus reddidit. Vnde post fecessum Ontæ  
 sacerdotis in Aegyptum, de quo supra diximus, & mortem Alchimi, qui effugato Onia Pontifi-  
 catus indignus euadere tentabat, omnium fauore Iudæorum Machabæo sacerdotium decerni-  
 tur, quod post mortem eius frater Ionathas fortius, XXI. annos summa ministravit indultitia.  
 3838. Ptolemaeus Euergetes annis XXXI. Ionathas dux Iudæorum & pontifex cum Romanis & *3809.*  
 Spartiatis amicitias facit, quo à Triphone interfecto, in sacerdotium frater Simon assumitur,  
 anno regni Euergetis VII. quod VIII. annis strenue gerens filio Iohanni reliquit. Hic aduer-  
 sus Hircanos bellum gerens Hircani nomen accepit, & à Romanis ius amicitia postulans, de-  
 creto senatus inter amicos relatus est. Samaria, quæ nostro tēpore Sebaste uocatur, oblidit & ca-  
 ptā solo coæquauit, quā postea Herodes instauras Sebaste in honore Augusti appellari uoluit.  
 3855. Ptolemaeus Physicon, qui & Soter, annis XVII. Cicero Arpini nascitur matre Heluia, patre *3838.*  
 equestris ordinis ex regio Volscorum genere, Hircano in pontificatum quem ipse XXXI. annis  
 tenuit, Aristobolus annū unū succedit, qui rex pariter & pōtifex primus apud Iudæos diadematis

*Anno mundi.* tis sumpsit insigne post 484. annos Babylonicæ captiuitatis, post quē regnavit Iannæus, cognō *Anno mundi.*  
 mēto Alexander, annis XXVII. qui pontificatū quoq; administrans, crudelissimè ciuib. præfuit.  
 3855. Ptolemaeus qui & Alexāder, annis X. Huius anno VII. Syria in Romanā ditionē celsit, capto *3855.*  
 Philippo & Gabino. Expulsus de regno Ptolemaeus Phiscō p matrē Cleopatram in Cyprū secedit.  
 3865. Ptolemaeus, qui à matre fuerat electus annis VIII. regressus de fuga regnū obtinuit, quia Ale- *3873.*  
 xandrū qui ante eum fuerat, ob interfectionē matris ciues pepulerat. Sylla Athenienses uastat.  
 3873. Ptolemaeus Dionysius annis XXX. Ab huius anno quinto Alexandra uxor Alexandri pon- *3903.*  
 tificis post mortem eius regnavit Iudæis annis IX. ex quo tempore Iudæos rerum confusio & ua-  
 riae clades opprefferunt. Post cuius mortem Aristobolus & Hyrcanus filij eius contra se de im-  
 perio dimicantes, occasionem præbuere Romanis ut Iudæam inuaderent. Itaq; Pompeius Hiero-  
 solymam ueniens, capta urbe, & templo reserato usq; ad sancta sanctorum accedit, Aristobolū  
 uinctum secum abducit, pontificatum confirmat Hircano, deinde Antipatrum Herodis Ascalo-  
 nitæ filium procuratorem Palaestinae facit, mansitq; in Pontificatu Hircanus annis XXXIIII.  
 Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur, haud procul à Mantua nascitur, Pompeio & Crasso  
 Consulibus. Pompeius captis Hierosolymis tributarios Iudæos facit. Virgilius Cremonæ studi-  
 is eruditur. Cæsar Germanos & Gallos capit, & Britannos quoq;, quibus ante eum ne nomē qui-  
 dem Romanorum cognitum fuerat, uictos oblidibus acceptis stipendiarios fecit.  
 3903. Cleopatra soror Ptolemæi annis XXXII. Orto enim bello ciuili inter Cæsarem & Pompeium, *3903.*  
 uictus Pompeius Alexandriam petit, ibiq; ab ipso à quo sperabat auxilia Ptolemæo percussus in-  
 terijt; mox Cæsari ubi Alexandriam uenit, ipse quoq; Ptolemaeus parere uoluit insidias, unde bel-  
 lo ei inlato, uictus in illo perijt. Cæsar Alexandria potitus regnū Cleopatram dedit, cum qua con-  
 suetudinē stupri habuerat: cuius tertio regni anno ipse primus Romanorū singulare obtinuit  
 imperiū, à quo Cæsares Romanorū principes appellati. Cleopatra regio comitatu urbē ingressa.  
 3905. Cæsar ab insolentiam morum coniurātibus in eum LX. uel amplius Senatoribus equitibusq; *3905.*  
 Romanis in curia confossus interijt, post annos \* V. & VI. menses quā regnare ceperat. Cæsar  
 us Iudæa capta templum spoliat. *3910.*  
 3910. Octavianus Cæsa Augustus Romanorum secundus, regnavit annis LVI. & mēibus VI. à quo *3906.*  
 Augusti appellari reges Romanorum, quorum XV. uiuente Cleopatra, XL. & unum postea ui-  
 xit annos. Vndecimo Augusti anno deficiente in Iudæa pontificatum principatu. Herodes nil  
 ad eum pertinens, utpote Antipatri Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius, à Romanis Iu-  
 daorum suscepit principatum, quem tenuit annos XXXVI. qui ne ignobilis forte & à Iudæorū  
 semine argueretur extraneus, combulsit libros omnes: quibus nobilitas gentis Iudææ in tem-  
 plo seruabatur adscripta, ut deficientibus probamentis, & ipse ad hanc pertinere putaretur. Insu-  
 per etiam ut suam sobolem regio illorum generi commiseret, profecta Dositæ femina Hieroso-  
 lymitana, quam priuatus acceperat uxorem, & nato ex ea filio Antipatro, sociat sibi Mariamnē  
 filiam Alexandri, neptem Aristoboli fratris Hyrcani, qui ante eum rex erat Iudæorum. Hæc quin-  
 que ei genuit filios, quorum duos alexandrum & Aristobolum ipse necauit in Samaria: nec mo-  
 ra, post etiam matrem illorum, qua nil charius nouerat, simili scelere peremit. E quibus Aristo-  
 bolus Herodem ex Beronice suscepit filium, quem in Actibus Apostolorum ab angelo per-  
 cussum legimus. Tertio inter Augustum & Antonium orto bello, quod Antonius, qui Asiam &  
 Orientem tenebat, repudiata sorore Augusti, Cleopatram duxisset uxorem. Antonius & Cleo-  
 patra uicti, semet interficiunt. À quo tempore quidam primum annum Augusti monarchiæ sup-  
 putant. Hæcenus qui uocabantur Lagidæ in Aegypto regnauerunt annis CCXCV.  
 3957. Anno Cæsaris Augusti XLII. à morte uero Cleopatram & Antonij, quando & Aegyptus in *Sexta etas*  
 prouinciam uersa est anno XXXVII. Olympiadis CCXIII. anno tertio: ab urbe autem condita an-  
 no DCCCLII. id est, eo anno, quo cōpressis cunctarū per orbē terræ gentiū motibus, firmissimā ue-  
 rissimamq; pacē ordinatione Dei Cæsar composuit, Iesus Christus filius Dei sextam mundi æ-  
 tatem suo consacrauit aduentu. Anno imperij Augusti XLVII. Herodes morbo intercutis aqve,  
 & scatentibus toto corpore uermibus miserabiliter & digne moritur, pro quo substitutus ab Au-  
 gusto filius eius Archelaus, regnauit annis IX. id est, usq; ad ipsius Augusti finem. Tunc enim nō  
 ferentibus ultra, sed accusantibus apud Augustum ferocitatem eius Iudæis, in Viennam urbem  
 Galliarum relegatur, & ad minuendam Iudæici regni potentiam, insolentiamq; domandam, quatuor  
 fratres eius pro eo sunt Tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Lysias & Philippus: quorū Philip-  
 pus & Herodes, qui Antipas prius nūcupabatur, etiā uiuente Archelao Tetrarchæ fuerat ordinati.  
 3966. Tiberius priuignus Augusti, hoc est Liuiæ uxoris eius filius ex superiore genitū contige, re- *3966.*  
 gnauit annis XXXIII. Huius anno XII. Pilatus Iudææ procurator ab eodem dirigitur. Herodes  
 Tetrarcha, qui Iudæorum principatum tenet annis XXXIIII. in honorem Tiberij & matris eius  
 Liuiæ Tiberiadem condidit & Libiadem.  
 3981. Anno XV. imperij Tiberij Dominus post baptismū, quod prædicauit Iohannes, mundo regnū *3981.*  
 cælorum annunciat, peractis à principio mundi secundum Hebræos annis, ut Eusebius in Chro-  
 nicis suis signat, quatuor millibus: adnotādo quod XVI. Tiberij anno principiū fuerit LXXXI.  
 Iubilei, secundum Hebræos. Quare autem nostra supputatio undeiginti minus ponendos æsti-  
 mauit annos, facile qui superiora libelli huius legerit, inueniet. Iuxta uero Chronica eadem  
 quæ

Anno mundi. quæ ipse Eusebius de uera ædificatione, ut sibi uidebatur, composuit, anni sunt VMCCXXVIII. Anno mundi, 3984.

3984. Anno xviii. imperij Tiberij Dñs sua passione mundū redemit, & prædicaturus per Iudææ regiones Apostoli, Iacobū fratrem Domini Hierosolymis ordinant episcopū, ordinat & septē diaconos, & lapidato Stephano, ecclesia per regiones Iudææ & Samarię dispergitur. Agrippa cognomēto Herodes, filius Aristoboli filij Herodis regis, accusator Herodis Tetrarchę Romæ pfectus, à Tiberio in uincula cōjicitur, ubi plurimos sibi adsciuuit adamicitiā, & maxime Germanici filij Caiū. 3989.

3993. Caius cognomento Caligula, regnauit annos 1111. & menses x. dies viii. Hic Herodem Agrippam amicum suum uinculis liberatū, regem Iudææ facit, qui permanet in regno annis vii. id est, usq; ad quartum Claudij annum: quo ab angelo percussus, successit in regnum filius eius Agrippa, & usq; ad exterminium Iudæorum xxvi. annis perseuerat. Herodes Tetrarcha & ipse Caij amicitiam petens, cogente Herodiade Romam uenit, sed accusatus ab Agrippa etiam Tetrarchiam perdidit, fugiensq; in Hispaniam cum Herodiade, morore periit. Pilatus qui sententiam damnationis in Christum dixerat, tantis irrogante Caio angoribus coarctatus est, ut sua se manu peremerit. Caius in deos se referens, Iudæorum loca sancta sordibus idolorum prophanat. Matthæus in Iudæa prædicans Euangelium scripsit. 3997.

4007. Claudius annos xiiii. menses vii. dies xxviii. Petrus apostolus cum primus Antioche nam fundasset ecclesiam, Romam pergit, ibiq; xxv. annis cathedram tenet episcopalem, id est, usq; ad ultimum Neronis annum. Marcus Euangelium quod Romæ scripserat, Aegypto Petro mittente prædicat. Quarto Claudij anno fames grauisima, cuius Lucas meminit, facta est. Eodē anno ipse Britanniam adiens, quam neq; ante Iulium Cæsarem, neq; post eum quisquam attingere ausus fuerat, sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulę partem in ditionem recepit. Orcadas etiam insulas Romano adiecit imperio, ac sexto quam profectus erat mense, Romam redijt. Nonno regni sui anno Iudæos tumultuantes Roma expulsi, quod & Lucas refert. Sequenti anno fames maxima Romam corripit. 4017.

4021. Nero annos xiiii. menses vii. dies xxvii. Huius secundo anno Festus Iudææ procurator successit Felici, à quo Paulus Romam uinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia: post hæc ad prædicandum mittitur, necdum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ. Iacobus frater Domini cum xxx. annis Hierosolymorum rexisset ecclesiam, septimo Neronis anno lapidatur à Iudæis uindicantibus in illo, quod Paulum interficere nequiuerunt. Festo in magistratu Iudææ succedit Albinus, Albino Florus. Cuius luxuriam & auaritiā cateraq; flagitia non ferentes Iudæi, contra Romanos rebellauerunt, aduersum quos Vespasianus magister militiæ transmissus, plurimas urbes Iudææ cepit. Primus Nero super omnia scelera sua etiam Christianos persequitur, quorum eximios Romæ, Petrum cruce, Paulum occidit gladio. Hic in re militari nihil omnino ausus, Britanniam penè amisit: nam duo sub eo nobilissima oppida illic capta atq; euersa sunt. 4031.

4031. Vespasianus annos ix. menses xi. dies xxii. Hic apud Iudæam imperator ab exercitu appellatus, & bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur: qui Titus secundo anno Iudææ regnum subuertit, templumq; solo strauit, post annos primæ ædificationis eius MLXXXIX. Consummatum est hoc bellum annis 1111. duobus quidem Nerone uiuente, & duobus alijs postea. Vespasianus inter alia magnorum operum in priuata adhuc uita in Germaniam, ac deinde in Britanniam à Claudio missus, tricis & bis cum hoste conflictit. Duas ualidissimas gentes, xx. oppida, insulam Vectam Britannia proximam, imperio Romano adiecit, Colossus erigitur, habens altitudinis pedes CVII. 4031.

4033. Titus annos 11. menses 11. uir omnium uirtutum genere mirabilis, adeo ut amor & delitiæ humani generis diceretur, hic amphitheatrum Romę edificat, & in dedicatione eius v. ferarū millia occidit. 4033.

4040. Domitianus frater Titij iunior annos xvi. menses v. Hic secundus post Neronem Christianos persequitur: sub quo Apostolus Ioannes in Pathmū insulam relegatus est. Et Flauia Domitilla, Flauij Clementis consulis ex sorore neptis, in insulam Pontianam ob fidei testimoniū exiliatur. Qui & ipsum Ioannem fertur in feruentis olei dolium misisse, sed Ioannem tam immunē reddisse à pœnis, quàm à corruptione carnis manebat semper immunis. 4040.

4050. Nerua annum i. menses 1111. dies viii. Hic primo edicto suo cunctos exules reuocauit, unde & Ioannes Apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum redijt. Et quia concussam se absente per hæreticos uidit ecclesiæ fidem, confestim hanc descripta in Euangelio suo uerbi Dei aternitate stabiluit. 4050.

4068. Traianus annos xix. menses vi. dies xv. Ioannes apostolus sexagesimo octauo anno post passionem Domini, ætatis autem suæ nonagesimo octauo Ephesi placida morte quieuit. Traiano aduersum Christianos persecutionem mouente, Simeon qui & Simon filius Cleophæ, Hierosolymorum episcopus crucifigitur: & Ignatius Antiochiæ episcopus Romam perductus, bestijs traditur. Alexander quoq; Romanæ urbis episcopus martyrio coronatur, & septimo ab urbem Iliario uia Numantina ubi decollatus est, sepelitur. Plinius Secundus Nouocomenis orator & historicus insignis habetur, cuius plurima ingenij opera extant. Pantheon Romæ quod Domitianus fecerat, fulmine concrematum: cui nomen inde datum est, quod omnium deorum sit ipsa domus habitaculum. Iudæi per diuersas terrarum partes seditionem mouentes, digna caede ster-

Anno mundi. de sternuntur. Traianus Romani imperij, quod post Augustum defensum magis fuerat quàm nobiliter ampliatum, fines longe lateq; diffudit. Anno mundi, 4069.

4069. Adrianus consobrinæ Traiani filius annos xxxi. Hic per Quadratum discipulum Apostolorum, & Aristidem Atheniensem, uirum fide sapientiæq; plenum, & per Serenum Granium legatum, libris de Christiana religione compositis instructus, præcepit per epistolam Christianos si ne obiectu criminū nō damnari. Idē Iudæos secundo rebelles ultima cæde perdomuit, etiā intro eundi eis Hierosolymam licentia ablata, quam ipse in optimum statum murorum extructione reparauit, & Aeliā uocari de nomine suo præcepit. Idem eruditissimus in utraq; lingua bibliothecam Athenis, miri operis extruxit. Hierosolymæ primus ex gentibus constituitur Episcopus Marcus, cessantibus his qui fuerant ex Iudæis, qui sunt numero xv. & præfuerunt à passione Domini per annos fere c. & vii. 4090.

4090. Antoninus cognomento Pius, cum filijs suis Aurelio & Lucio annos xxxii. menses 111. Iustus philosophus librum pro Christiana religione compositum Antonino tradidit, benignumq; eum erga Christianos homines fecit. Qui non longe post suscitante persecutionem Crescente Cynico pro Christo sanguinem sudit sub Pio Romæ Episcopo. Hermes scripsit librum qui dicitur Pastoris, in quo preceptum angeli continet, ut Pascha die dominico celebraretur. Polycarpus Romam ueniens, multos ab hæretica labe castigauit, qui Valentini & Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti. 4112.

4112. M. Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo annos xviii. mensem unum. Hi primū æquo iure imperium administauerunt, cum usq; ad hoc tempus singuli Augusti fuerint: bellum deinde contra Parthos admirabili uirtute & felicitate gesserunt. Persecutione orta in Asia Polycarpus & Pionius fecere martyriū: in Gallia quoq; plurimi gloriose pro Christo sanguinem fuderunt. Nec multo post uindex scelerum lues multas late prouincias, Italiam maxime Romanq; uastauit. Defuncto Commodo fratre, Antoninus Commodum filium suum confortè regni facit. Antonino Imperatori Melito Asianus Sardelis Episcopus Apologeticū pro Christianis tradidit. Lucius Britannię rex missa ad Eleutheriū Romę Episcopū epistola, ut Christianus efficiatur impetrat: Apollinaris Asianus Hierapoli, & Dionysius Corinthi clari habentur Episcopi. 4131.

4131. L. Antoninus Commodus post mortem patris regnauit annos xiiii. Hic aduersum Germanos bellum feliciter gessit, cæterum ipse per omnia luxuriæ & obscenitati mancipatus nihil paternæ uirtutis & pietatis simile gessit. Irenæus Episcopus Lugdunensis insignis habetur. Commodus Imperator Colossi capite sublato suæ imaginis caput ei iussit imponi. 4144.

4144. Aelius Pertinax menses vi. Hic Iuliani iurisperiti scelere occiditur in palatio, quem mense septimo postquam coeperat imperare Seuerus apud pontem Miluium bello uictum interfecit. Victor decimustertius Romæ Episcopus datus late libellis constituit Pascha die dominico celebrari, sicut & prædecessor eius Eleutherius à xv. luna primi mensis, usq; in xxxi. Cuius decretis fauens Theophilus Cæsareæ Palæstina Episcopus, scripsit aduersus eos qui decimaquarta luna cum Iudæis Pascha celebrant, cum cæteris qui in eodem Concilio aderant Episcopis Synodicam, & ualde uilem epistolam. 4145.

4145. Seuerus Pertinax annos xviii. Clemens Alexandrinæ ecclesiæ bresbyter, & Panthenus Stoicus philosophus in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur. Narcissus Hierosolymorum Episcopus, & Theophilus Cæsariensis, Polycarpus quoq; & Bachylus Asianæ prouinciæ Episcopi insignes habentur. Persecutione in Christianos facta plurimi per diuersas prouincias, inter quos & Leonides pater Origenis martyrio coronati sunt. Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum interfecit, Seuerus in Britannias bellum transfert, ubi ut ceptas prouincias ab incurfione barbarica faceret securiores, magnam fossam firmissimamq; uallum crebris insuper turribus communitum per cxxxii. millia passuum à mari usq; ad mare duxit, & Eboraci obiit. Perpetua & Felicitas apud Carthaginem Africa in castris bestijs deputata pro Christo Nonis Martijs. 4170.

4170. Antoninus cognomento Caracalla Seueri filius annos vii. Alexander Episcopus Cappadociæ, cum desiderio locorum sanctorum Hierosolymam uenisset, uiuente adhuc Narcisso eiusdem urbis Episcopo, per senilis ætatis uiro, & ipse ibi ordinatur Episcopus, Domino ut id fieri deberet per reuelationem monente. Tertullianus Afer Centurionis Proconsularis filius omnium ecclesiarum sermone celebratur. 4171.

4171. Macrinus annū unum. Abgarus uir sanctus regnauit Edessæ, ut uult Africanus. Macrinus cū filio Diadumeno, cum quo imperium inuasit, apud Archilaidem militari tumultu occiditur. 4175.

4175. M. Aurelius Antoninus annos 1111. In Palæstina Nicopolis quæ prius Emmaus uocabatur urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africano scriptore temporum. Hæc est Emmaus, quam dominus post resurrectionem suo ingressu, sicut Lucas narrat, sanctificata re dignatus est. Hippolytus episcopus multorum conditor opusculorum temporum canonem quem scripsit hucusq; perduxit: qui etiam sedecennalem Paschæ circulum reperit, Eusebio, qui super eodem pascha decennouenalem circulum composuit, occasionem dedit. 4185.

4175. Aurelius Alexander annis xiiii. Hic in Mammeam matrem suam unice pius fuit, & ob id omnibus amabilis. Vibianus Romæ episcopus multos nobilium ad fidem Christi & martyrium

- perdixit. Origenes Alexandria, imò toto orbe clarus habetur. Deniq; Mammea mater Alexan-  
dri eum audire curauit, & Antiochiam accitum summo honore habuit.
4197. Maximinus annis 111. Hic aduersus ecclesiarum sacerdotes & clericos, id est doctores, perse-  
cutio. cutionem exercet, maximè propter Christianam Alexandri cui successerat, & Mammeæ matris  
eius familiam: uel præcipuè propter Origenem presbyterum. Pontianus & Antherus Romæ  
urbis episcopi martyrio coronati, & in cimiterio Calixti sunt sepulti.
4197. Gordianus annis v r. Iulius Africanus inter scriptores ecclesiasticos nobilis habetur: qui in  
4197. Chronicis quæ cōscripsit, refert se Alexandriam properare, Heraclii opinione celeberrima pro  
uocatus, quæ & in diuinis, & in philosophicis studijs, atq; omni Græcorū doctrina instructissimū  
fama loqueretur. Origenes in Casarea Palestina Theodorum cognomento Gregoriū, & Athe-  
nodorū adolescentulos fratres, Ponti postea nobilissimos episcopos diuina philosophia imbuit.
4204. Philippus cum Philippo filio annis v 11. Hic primus imperatorum omnium Christianus fuit,  
4204. ac post tertium imperij eius annum millesimus à conditione Romæ annus expletus est, ita ma-  
gnificis ludis augustissimus omnium præteritorum, hic natalis annus à Christiano imperatore  
celebratus est. Origenes aduersus quendam Celsū Epicureū philosophū, qui contra nos  
libros conscripserat, octo uoluminibus respondit: qui ut breuiter dicam, tam scribendi sedulus fu-  
it, ut Hieronymus quodam loco, v. librorum eius milia se legisse meminerit.
4205. Decius anno 1. mensibus 111. Hic cum Philippus patrem & filium interfecisset, ob odium eo-  
rum in Christianos persecutionem mouet, in qua Fabianus in urbe Roma martyrio coronatus,  
4205. sedem sui episcopatus Cornelio dereliquit, qui & ipse martyrio coronatus est. Alexander Hie-  
rosolymorum episcopus apud Casaream Palestinæ & Antiochiæ Babylas interficiuntur. Hæc  
persecutio, ut Dionysius Alexandriæ episcopus refert, non ex præcepto imperatoris sumptis  
ordium, sed anno, inquit, integro principalia præuenit edicta minister dæmonum, qui dicebatur  
in ciuitate nostra diuinus, superstitiosum contra nos exagitans uulgas.
4207. Gallus cum Volusiano filio annis 11. mensibus 1111. Huius imperij Dionysius Alexandriæ An-  
4207. tistes ita meminit: At ne Gallus quidem malum Decij aut uidere potuit, aut cauere, sed in eun-  
dem lapidem offensionis impexit: cuius cum regnum floreret initio, & cuncta ei ex sententia ce-  
derent, sanctos uiros qui pro pace regni eius Deo summo supplicabant persecutus est, cum qui-  
bus & prosperitatem suam fugauit & pacem. Origenes LXX. ætatis anno non ad integrum im-  
pleto defunctus, & in urbe Tyri sepultus est. Cornelius Romæ episcopus rogatus à quadam ma-  
trona Lucina, corpora apostolorum de catacumbis leuauit noctu, & posuit Pauli quidem uia Ho-  
stienli, ubi decollatus est: Petri autem iuxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum e-  
piscoporum in tēplū Apollinis. in mōre \* Aurelio, in Vaticano Palatiū Neronianū, 111. Cal. Iul.
4222. Valerianus cum filio Gallieno annis xv. Hic in Christianos persecutione commota statim  
4222. à Sapore Persarum rege capitur, ibiq; luminibus orbatus seruitute miserabilī confenscit. Vnde  
Ostiaua perse- Gallienus tam claro Dei iudicio territus pacem nostris reddidit, sed ob meritum tamen uel pro-  
cutio. prię libidinis, uel paternæ theomachia innumera à Barbaris adsurgentibus Romani regni detri-  
menta sustinuit. Hæc persecutione Cyprianus Carthaginensis episcopus, cuius doctissima extitit  
opuscula, martyrio coronatur: cuius uitæ & passionis uolumen egregium reliquit Pontius Dia-  
conus eius, qui usq; ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinuit. Theodorus, cuius supra  
meminimus, cognomento Gregorius. Neocæsariæ Ponti episcopus, magna uirtutum gloria cla-  
ret. E quibus unum est, quod ut ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precibus mouit. Ste-  
phanus & Xistus Romæ episcopus martyrium passi.
4224. Claudius anno 1. mensibus 1x. Iste Gothos iam per annos xv. Illyricum Macedoniaq; ua-  
4224. stātes, superat: ob que in curia clypeus ei aureus, & in Capitolio statua aurea collocata est. Mar-  
cion disertissimus Antiochenæ presbyter ecclesiæ, qui in eadē urbe rhetoricā docuerat,  
aduersus Paulū de Samosata, qui Antiochiæ episcopus, dogmatizabat Christū communis natu-  
ræ hominem tantum fuisse, accipientibus notarijs disputauit, qui dialogus usq; hodie extat.
4229. Aurelianus annos v. menses v 1. Hic cum aduersum nos persecutionem mouisset, sulmen an-  
4229. te eum magno pauore circumstantium ruit: ac non multo post à militibus occisus est in iteris me-  
dio, quod inter Constantinopolim & Heracliam est, strata ueteris locus Cenocrurium appella-  
tur. Eurychianus Romæ episcopus martyrio coronatus, in cimiterio Calixti sepelitur, qui & ipse  
cccxi. martyres manu sua sepeliuit.
4230. Tacitus mensis sex. Quo apud Pontum occiso, obtinuit Florianus imperium diebus LXXX  
4230. v 111. & sic apud Tharsum interficitur. Anatholius natione Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ epi-  
scopus, philosophorum disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur. Cuius ingenij magni-  
tudo de libro quem super pascha composuit, & de decem libris arithmeticae institutionis potest  
apertissime cognosci. Infana Manichæorum hæresibus temporibus oritur.
4236. Probus annis sex, menses 111. Hic Gallias iam dudum à barbaris occupatas, permulta & gra-  
4236. uia praelia, deletis tandem hostibus ad perfectum liberauit. Secundo huius anno, ut in Chroni-  
cis Eusebii legimus, iuxta Antiochenos cccxxv. annus fuit: iuxta Tyrios cccxii. iuxta Lao-  
dicens cccxxiii. iuxta Edeffenos dlxxxviii. iuxta Alcalonitas ccclxxx. secundū  
Hebræos initium lxxxi. iubilæi, quod significat annos 1111 m ccl. Archelaus Mesopota-  
miæ

- miæ episcopus, librum disputationis suæ quam habuit aduersus Manichæum exeuntem de Per-  
sida. Syro sermone composuit, qui translatus à Græcis habetur à multis.
4236. Carus cum filijs Carino & Numeriano annis 11. Caius Romanæ ecclesiæ fulget episcopus,  
4236. qui à Diocletiano martyrium passus est. Phierius presbyter Alexandriæ, sub Theone episcopo  
floquentissimè populos docuit, & tantam sermonis diuersorumq; tractatum, qui usq; hodie ex-  
tant, inuenit elegantiam, ut Origenes iunior uocaretur: uir miræ parsimoniam, & uoluntariæ pau-  
peratis appetitor, qui post persecutionem omni tempore uitæ Romæ uersatus est.
4238. Diocletianus cum Herculio Maximiano annis xxx. Carausius sumpta purpura Britannias  
4238. occupauit, Narfeus rex Persarum Orienti bellum intulit. Quinquegentiani Africam uastauerunt.  
Aegyptū Achilleus obtinuit. Ob quod Constantius & Galerius Maximinus Cæsares assu-  
muntur in regnum. Constantius priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua postea v 1. libe-  
ros Constantini fratres habuit Galerius filiam Diocletiani Valeriam. Post x. annos per Ascle-  
piodotum Præfectum prætorio Britannia receptæ, xi. x. anno Diocletiani ipse in oriente Maxi-  
mianus, Herculius in occidente uastari ecclesias, affligi, interficiq; Christianos præcipiunt. Se-  
cundo autem persecutionis anno Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpurā  
deposuerunt. Attamen coepa semel persecutio usq; ad septimum Constantini annum feruere  
non cessat. Constantius xv 1. imperij anno, summa mansuetudinis & ciuilitatis usq; in Britan-  
nia diem obiit Eboraci. Hæc persecutio tam crudelis & crebra flagrabat, ut intra unum mensem  
xv 11. millia martyrum pro Christo passa inueniatur. Nam & oceani limbū transgressa. Albanū, Aa-  
rō, & Iulij Britannia, cū alijs plurib; uiris acfoemini felici cruore dānauit. Passus est hac Paphi-  
lus presbyter, Eusebii Casariensis episcopi necessarius, cuius uitæ ipse tribus libris cōprehendit.
4258. Tertio anno persecutionis, quo & Constantius obiit, Maximianus & Seuerus à Galerio Maxi-  
4258. miano Cæsares facti, e quibus Maximinus maleficia & stupra sua Christianorum persecutionibus  
accumulat. Passus est ea tempestate Petrus Alexandria episcopus, cum pluribus Aegypti episco-  
pis. Lucianus quoq; uir moribus, & continentia, & eruditione præcipuus, Antiochenus presby-  
ter passus est, & Timotheus Romæ x. Calendas Iulias.
4259. Constantinus Constantij ex concubina Helena filius, in Britannia creatus imperator regna-  
4259. uit annis xxx. & mensibus x. Ab anno persecutionis quarto Maxentius Herculij Maximiani  
filius Romæ Augustus appellatur. Licinius Constantiæ sororis Constantini uir, Carnanti Impe-  
rator creatur. Constantinus de persecutore Christianus efficitur. In Nicæno Concilio fides ca-  
tholica exponitur, anno post Alexandrum d c c c x x v 1. die mensis secundum græcos Desi no-  
nodecimo, quod est x. Calendarum Iuliarum, Consulatu Paulini & Iuliani v v c c. Constanti-  
nus fecit Romæ, ubi baptizatus est, basilicam beati Iohannis Baptistæ, quæ appellata est Con-  
stantiniana. Item basilicam beato Petro in templo Apollinis: necnon & beato Paulo corpus utri-  
usq; are Cyprio circumdans quinque pedes grosso. Item basilicam in palatio Sessoriano, uel potius  
Sessoriano, quæ cognominatur Hierusalem, ubi de ligno crucis domini posuit. Item basilicam  
sanctæ martyris Agnes, ex rogatu filia suæ: & baptisteriū in eodem loco, ubi & baptizata est so-  
ror eius Constantia cum filia Augusta. Item basilicam beato Laurentio martyri uia Tiburtina  
in agro Verano. Item basilicam uia Labicana inter duas lauros beato Petro & Marcellino mar-  
tyribus: & Mausoleum, ubi matrem suam posuit in sarcophago purpureo. Item Basilicam in ci-  
uitate Hostia iuxta portum urbis Romæ, beatorum apostolorum Petri & Pauli, & Ioannis Ba-  
ptistæ. Item basilicam in ciuitate Albanensi sancti Iohannis Baptistæ. Item basilicam in urbe Nea-  
poli. Idem Constantinus Depranam Bithyniæ ciuitatem in honorem martyris Luciani ibi con-  
diti instaurans, ex uocabulo matris suæ Helenopolim nuncupauit. Idem urbem nominis susti-  
tuens in Thracia sedem Romani imperij, & totius caput orientis esse uoluit. Idem statuit citra ul-  
lam hominum eadem Paganorum templa claudi.
4289. Constantius cum Constantino & Constante fratribus, annos xxii 11. menses v. dies x 111. Ja-  
4289. cobus Nisibenus episcopus cognoscitur, ad cuius preces sepe urbs discrimine liberata est. Impie-  
tas Arrianorū Constantij regis sulta præsidio, exilijs, carceribus, & uarijs afflictionū modis primū  
Athanasium, deinde omnes non suæ partis episcopos persecuta est. Maximinus Treuitorum epi-  
scopus clarus habetur, à quo Athanasius Alexandria episcopus, cum à Constantio quaereretur  
ad pœnam, honorifice susceptus est. Antonius monachus c v. ætatis anno in eremo moritur. Re-  
liquiæ apostoli Timothei Constantinopolim inuectæ. Constantio Romā ingresso, ossa Andreae  
apostoli & Lucae Euangelistæ, à Constantinopolitanis miro favore suscepta. Hilarius Pictauiens-  
is episcopus, qui pulsus ab Arrianis in Phrygia exulauerat, cum apud Constantinopolim librum  
pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit.
4313. Iulianus annos 11. menses v 111. Iulianus ad idolorum cultum cōuersus, Christianos prosequi-  
4313. tur. Pagani apud Sebasten Palestinæ urbem sepulchrum Iohannis baptistæ inuadunt, ossa disper-  
gunt, eadem rursum collecta & cremata, latius dispergunt. Sed Dei prouidentia assuere quidam  
ex Hierosolymis monachi, qui mixti colligentibus quæcūq; ipsi poterant ablata, ad patrē suum  
Philippum pertulere. Ille confestim hæc (supra se enim ducebat tantum thesaurum proprijs ser-  
uare uigilijs) ad pontificem maximum, tunc Athanasium per Iulianum diaconum suum mittit.  
Quæ ille suscepta paucis arbitratis, sub cauato sacrarij pariete inclusa prophético spiritu profusa-  
rage



- anno mundi.* ra generationi posteræ conseruauit: cuius præfagium sub Theodosio principe per Theophilum eiusdem urbis episcopum completur, qui destructo Serapis sepulchro, sancti Iohannis ibidem consecrauit ecclesiam.
4316. Iouianus mensibus VIII. Synodus Antiochia à Melitio & suis facta, in qua *ἀποστολῶν καὶ διδασκαλῶν* relecto, medium inter hæc *δοκίμοις* Macedonianum dogma uindicauerunt. Iouianus lapsu Constantij prædecessoris admonitus, honorificis & officiosissimis literis Athanasium requirit, ab ipso formam fidei & ecclesiarum disponendarum suscepit modum. Sed eius pia lætæ principia mors immatura corruptit.
4327. Valentinianus cum fratre Valente annis XI. Apollinaris Laodicenus episcopus multimoda nostræ religionis scripta componit, qui postea à fide deuians hæresim sui nominis instituit. Damasus Romæ episcopus fecit Basilicam iuxta theatrum sancto Laurentio, & aliam in Catacumbas, ubi iacuerunt corpora sancta apostolorum Petri & Pauli. In quo loco platomam ipsam ubi iacuerunt corpora sancta, uersibus adornauit. Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus, nostros persequitur. Gratianus Valentiniani filius tertio eius anno Ambianis imperator factus est. Constantinopoli apostolorum martyrium dedicatur. Post Auxentij seram mortem Mediolani Ambrosio episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia conuertitur. Hilarius episcopus Pictaui moritur.
4331. Valens cum Gratiano & Valentiniano, Valentiniani fratris sui filius, annis IIII. Valens lege data, ut monachi militarent, nolentes sustibus iussit interfici. Gens Hunorum diu inaccesis reclusa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos, eosq; sparsim conturbatos ab anti quis sedibus expulit. Gothi transito Danubio, fugientes à Valente sine armorum depositione suscepti mox per avaritiam Maximi ducis fame ad rebellandum coacti sunt, uictorq; Valentis exercitu per Traciam sese miscentes simul omnia cædibus, incendijs, rapinisq; fuderunt.
4337. Gratianus cum fratre Valentiniano annis VI. Theodosius à Gratiano imperator creatus, maximas illas Scythias gentes, hoc est, Alanos, Hunos & Gothos magnis multisq; prælijs uincit: cuius concordiam non ferentes Arianis, post XL. annos ecclesias quas ui tenuere, reliquerunt. Synodus CL. Patrum congregatur urbe Augusta aduersus Macedonium sub Damaso Romæ episcopo. Theodosius Arcadium filium suum consortem facit imperij, à secundo Gratiani anno ipso sexies & Theodosio COS. Theophilus paschalem computum scribit. Maximus, uir quidem strenuus & probus, atq; Augusto dignus, nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emerisset, in Britannia inuictus propemodum ab exercitu imperator creatus, in Galliam transit, ibiq; Gratianum Augustum dolis circumuentum apud Lugdunum occidit, fratremq; eius Valentinianum Italia expulit: qui tamen iustissimam cum matre sua Iustina poenam luit exilij, quæ & ipsum Ariana polluit hæresis, & eminentissimam catholicæ fidei arcem Ambrosium per fida obliuione uexauit, nec prius quam prolatis beatorum Geruasij & Protasij martyrum Deo reuelante reliquijs incorruptis, nefanda corpta deferuit.
4348. Theodosius, qui Gratiano uiuente VI. annis iam orientem regebat, post mortem eius regnat annis XI. ipse & Valentinianus, quem Italia expulsum benigne suscepit. Maximum tyrannum tertio ab Aquileia lapide interficiunt: qui quoniam Britanniam omni penè armata iuuentute, copijsq; militaribus spoliauerat, quæ tyrannidis eius uestigia secuta in Gallias, nunquam ultra domum rediere. Videntes transmarinæ gentes sauisima, Scotorum à Circio, Piccorum ab Aquilone destitutam milite ac defensore insulam, adueniunt, & uastatam direptamq; eam multos per annos opprimunt. Hieronymus sacræ interpretæ historiarum librum, quem de illustribus ecclesiæ uiris scribit, usq; ad decimum quartum totius imperij Theodosii annum perduxit.
4361. Arcadius filius Theodosii cum fratre Honorio annis XIIII. Corpora sanctorum Abacuc & Michæ prophetarum diuina reuelatione produntur. Gothi Italiam, Vandali atq; Alani Gallias aggrediuntur. Innocentius Romæ episcopus dedicauit Basilicam Geruasij & Protasij martyrum beatissimorum, ex deuotione testamenti cuiusdam illustis foeminae Vestinae, Pelagius Brito Dei gratiam impugnat.
4376. Honorius cum Theodosio minore, fratris sui filio, annis XV. Halaricus rex Gothorum inuasit, partemq; eius cremauit incendio, IX. Cal. Septembres. anno conditionis eius millesimo centesimo sexagesimo quarto, ac \* sexto die quàm ingressus fuerat, depradata urbe egressus est. Lucianus presbyter, cui reuelat Deus septimo Honorij principis anno, locum sepulchri & reliquiarum beati protomartyris Stephani, & Gamalielis ac Nicodemi, qui in euangelio & in Actibus apostolorum leguntur, scripsit ipsam reuelationem græco sermone ad omnium ecclesiarum personam. Quam reuelationem Auitus presbyter, homo Hispanus genere in latinum uertit eloquium, & adiecta epistola sua per Orosium presbyterum occidentalibus dedit. Qui etiam Orosius ad loca sancta perueniens, quo eum Augustinus ad Hieronymum pro discenda animæ ratione miserat, reliquias beati Stephani accepit, & patriam reuersus primus intulit occidenti. Britanni Scotorum Piccorumq; infestationem non ferentes Romam mittunt, & sui subiectione promissa contra hostem auxilia flagitant, quibus statim missa legio magnam barbarorum multitudinem sternit, cæteros Britannia sinibus pellit, ac domum reuertura præcepit socijs \* ad arceudos hostes murum trans insulam inter duo maria statuere, qui absque artifice magistro

Sic tertio Lucianus.

- anno mundi.* magis cespite quàm lapide factus nil operantibus profuit. Nam mox ut discessere Romani, aduectus nauibus prior hostis, quasi maturam segetem obuia quæq; sibi cedit, calcat, deuorat. Iterum petiti auxilia Romani aduolant, & caesum hostem trans uisitates, quæ ibidem ob metum murum, non terra ut ante \* puluereum, sed saxo solidum inter ciuitates, quæ ibidem ob metum hostium fuerant factæ, à mari usq; ad mare collocant. Sed & in litore meridiano maris, quia & in de hostis timebatur, turres per interualla ad prospectum maris statuunt, sic ualedicunt socijs tanquam ultra non reuersuri. Bonifacius Romæ episcopus, fecit oratorium in cœmeterio sanctæ Felicitatis, & ornauit sepulchrum eius, & sancti Syluani. Hieronymus presbyter obiit duodecimo Honorij anno, pridie Calend. Octob. anno ætatis suæ 51.
4376. Theodosius minor Arcadij filius annis uiginti & sex. Valentinianus iunior Constantij filius Rauennæ imperator creatur. Placidia mater eius Augusta nuncupatur. Effera gens Vandalorum, Alanorum, & Gothorum, ab Hispanis ad Africam transiens, omnia ferro, flamma, rapinis, simul & Ariana impietate scædauit. Sed beatus Augustinus Hipponensis episcopus, & omnium doctor eximius ecclesiarum, ne ciuitatis suæ ruinam uideret tertio obsidionis eius mense migravit ad Dominum, quinto. Calendas Septembres. cum uixisset annis septuaginta sex in clericatu autem uel episcopatu annos ferme quadraginta compleisset, quo tempore Vandali capta Carthagine, Siciliam quoq; deleuerunt. Cuius captiuitatis Paschalinus Lilybitanus antistes in epistola, quam de ratione paschali papæ Leoni scripsit, meminit. Ad Scotos in Christum credentes, ordinatus à papa Celestino, Palladius primus episcopus mittitur. Anno Theodosij octauo, recedente à Britannia Romano exercitu, cognita Scoti & Picti reditus denegatione, redeunt ipsi, & totam ab Aquilone insulam pro indigenis muro tenus capeffunt. Nec mora, caesis, captis, fugatis custodibus muri, & ipso interrupto etiam intra illum crudelis prædo grassatur. Mittitur epistola lachrymis arumnisq; referta ad Romanæ potestatis uirum, Aetium ter consullem, uicesimo tertio Theodosij principis anno, petens auxilium, nec impetrat. Interea fames dira ac famosis salibus strenuè repugnabant. ac strages hostibus dabant. Reuertuntur Scoti domum, post non multum tempus reuersuri. Picti extremam insulae partem tum primū & deinceps inhabitari detinent. Famam præfatam magna frugum opulentia, opulentiam luxuria & negligentia, negligentiam lues aceruissima, & acrior mox hostium nouorum, id est, Anglorum, plaga secuta est: quos illi unanimo consilio cum rege suo Vvertigerno quasi defensores patriæ ad se inuitados elegerunt: sed exceptos mox impugnatores atq; expugnatores senserunt. Xistus Romæ episcopus, fecit basilicam sanctæ Mariæ matris Domini, quæ ab antiquis Liberi cognominabatur. Eudoxia uxor Theodosij principis ab Hierosolymis remeauit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in basilica sancti Laurentij positæ uenerantur, secum deferens. Bleda & Attila fratres, multarumq; gentium reges Illyricum Thraciamq; depopulati sunt.
4402. Martianus & Valentinianus annis septem. Gens Anglorum siue Saxonum Britanniam tribus longis nauibus aduehitur. quibus dum iter prosperatum domi fama referret, mittitur exercitus fortior, qui \* iunctis prioribus, primo hostes quos petebat, abegit: deinde in socios arma uertens, totam prope insulam ab orientali eius plaga, usq; ad occidentalem igni uel ense subegit, conficta occasione, quod pro se militantibus, Britones minus sufficienter stipendia darent. Ioannes Baptista caput suum duobus monachis orientalibus, qui ob orationem uenerant Hierosolymam, iuxta Herodis quondam regis habitaculum reuelat, quod deinceps Emisam Phœnicia urbem perlatum, & digno honore cultum est. Hæresis Pelagiana Britannorum turbat fidem, qui à Gallicanis episcopis auxilium quærentes, Germanum Altiodorensis ecclesiæ episcopum, & Lupum Trecanenm aequè Apostolicæ gratiæ antistitem, fidei defensores accipiunt: confirmant antistites fidem uerbo ueritatis simul & miraculorum signis. Sed & bellum Saxonum Piccorumq; aduersus Britones eo tempore iunctis uiribus susceptum diuina uirtute retundit. Cum Germanus ipse dux belli factus, nō tubæ clangore alleluia totius exercitus uoce ad sidera leuato, hostes in fugam uertit immanes: qui deinceps ad Rauennam perueniens, & summa reuerentia à Valentiniano & Placida susceptus, migravit ad Christum: corpus honorifico agmine comitantibus uirtutum operibus Altiodorum defertur. Aetius Patricius magna occidentalis reipublicæ salus, & regi quondam Attilæ terror, à Valentiniano occiditur, cum quo Hesperium recidit regnum, neq; hæcenus ualuit releuari.
4409. Leo annos decem & septem, Hic pro Tomo Chalcedonense per uniuersum orbem singulis orthodoxorum episcopis singulas consonantesq; misit epistolæ, quid de eodem Tomo sentirent, rescribi sibi postulans. Quorum adeo consonantia de uera Christi incarnatione suscepit omnium rescripta, ac si uno tempore unoq; dictante fuissent uniuersa conscripta. Theodoretus episcopus ciuitatis, quæ à Cyro Persarum rege condita. Cyriæ nomen habuit, scribit de uera incarnatione domini saluatoris aduersus Eutychem & Dioscorum Alexandria episcopum, qui humanam in Christo carnem negant. Scripsit & historiam ecclesiasticam à fine librorum Eusebij usq; ad suum tempus, id est, usq; ad imperium Leonis huius, sub quo & mortuus est. Victorius uerbente papa Hilario scripsit paschalem circulum DXXXXI. annorum.
4426. Zenon annos XVII. Corpus Barnabæ apostoli, & euangelium Matthæi eius stylo scriptum ipso

anno mundi.

puluera

4402.

4409.

iunctis

4426.

4443.

Anno mundi. ipso reuelante reperitur, \*Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit, quam ex eo tempore diu  
 Odonacer le= Anno mundi.  
 titius eorum reges tenuere. Mortuo Theodorico Triarii filio alius Theodoricus cognomēto Va  
 git Castiodo = lamer Gothorum suscepit regnum, qui utranq; Macedoniam Thessaliamq; depopulatus est, &  
 ras fenator. plurima regiae ciuitatis loca igne succendens, Italiam quoq; infestus occupauit. Honoricus rex  
 Vandalorum Arianus in Africa exulatis diffugatisq; plus quam CCCXXIII. Episcopis ca  
 tholicis ecclesias eorum clausit, plebem uarijs affectis supplicijs, & quidem innumeris, manus ab  
 scindens linguas præcidit, nec tamen loquelam catholicæ confessionis eripere potuit. Britones  
 duce Ambrosio Aureliano uiro modesto, qui solus forte Romanæ gentis Saxonum cædi super  
 fuerat, occisis in eadem parentibus purpura indutis, uictorem eorum gentem prouocantes ad  
 prælium, uincunt, & ex eo tempore nunc hi, nunc illi palmam habuere, donec aduena potentior  
 tota per longum potiretur insula.

4471. Anastasius annos xxviii. Thrasamundus Vandalorum rex catholicas ecclesias clausit, & 4471.  
 CCCXX. Episcopos exilio Sardiniam misit. Symmachus papa inter multa ecclesiarū opera, quæ  
 uel à fundamentis creauit, uel prisca renouauit, ad beatum Petrum, & beatum Paulum, & bea  
 tum Laurentium pauperibus habitacula construxit, & omni anno per Africam uel Sardiniam  
 episcopis qui in exilio erant pecunias & uestes ministrabat. Anastasius, quia hæresi fauens Euty  
 chetis catholicos infecutus est, diuino fulmine periit.

4480. Iustinus senior annos ixx. Joannes Romanæ ecclesiæ pontifex Constantinopolim ueniens, ad 4471.  
 portam quæ uocatur Aurea, populorum turbis ei occurrentibus, in conspectu omnium roganti  
 cæcolumen reddidit, qui dum rediens Rauennam uenisset, Theodoricus eum cum comitibus  
 carceris afflictione permisit, inuidia ductus, quia catholicæ pietatis defensor Iustinus eum hono  
 rifice suscepisset, quo anno, id est, Consulatū Probi iunioris & Symmachum Patritium Rauennæ  
 occiderat, & ipse anno sequente ibidem subita morte periit, succedente in regnum Athalaric  
 co nepote eius. Hildericus Vandalorum rex, Episcopos ab exilio reuertit, & ecclesias instaurare  
 præcepit, post annos LXXIII. hæreticæ prophanationis. Benedictus abbas uirtutum gloria cla  
 ruit, quas beatus papa Gregorius in libro dialogorum scripsit.

4518. Iustinianus Iustini ex sorore nepos, annos xxxviii. Bilizarius Patritius à Iustiniano in Afri 4480.  
 cam missus, Vandalorum gentem deleuit. Carthago quoq; anno excelsionis suæ xcvii. rece  
 Geismero. pta est, pulsus deuictisq; Vandalis & \* Geismero rege eorum capto Constantinopolim misso.  
 Corpus sancti Antonij monachi diuina reuelatione repertum Alexandriam defertur, & in ec  
 clesia beati Baptistæ Iohannis humatur. Dionysius paschales scribit circulos, incipiens ab anno  
 dominicæ incarnationis DXXXII. qui est annus Diocletiani CCXLVII. post Consulatum Læ  
 padij & Orestis, quo anno Codex Iustinianus orbi promulgatus est. Victor quoq; Capuanus e  
 piscopus librum de pascha scribens, Victorij arguit errores.

4529. Iustinus minor, annos xi. Naris Patritius Totilam Gothorum regem in Italia superauit & oc 4518.  
 cidit, qui deinde per inuidiam Romanorum, pro quibus multa contra Gothos laborauerat, ac  
 cusatus apud Iustinum & coniugem eius Sophiam, quod seruitio premeret Italiam, secessit Nea  
 polim Campaniæ, & scripsit genti Longobardorum, ut uenirent & possiderent Italiam. Iohan  
 nes Romanæ ecclesiæ Pontifex, ecclesiam apostolorū Philippi & Iacobi, quam prædecessor eius  
 Pelagius ceparat, fecit & dedicauit.

4536. Tiberius Constantinus annos vii. Gregorius tunc Apocrisarius, in Constantinopoli, post 4529.  
 Romanus episcopus, libros expositionis in Iob condidit, & Eutyrium eiusdem urbis episcopum  
 in fide nostræ resurrectionis errasse Tiberio præsentē conuicit: ita ut ipse Augustus librum eius  
 quem de resurrectione scripsit, suis quoq; catholicis allegationibus destruens, deliberaret flam  
 mis cremari debuisset. Docebat enim idem Eutyrius corpus nostrum in illa resurrectionis glo  
 ria impalpabile, & uentis aereq; subtilius esse futurum, contra illud dominicum: Palpate & uide  
 te, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Gens Londobardorum comi  
 tante fame & mortalitate omnem inuadit Italiam, ipsamq; Romanam uastatrix obsidet urbem,  
 quibus tempore illo rex præerat Albuinus.

4557. Mauritius annos xxi. Hirminigildus Leuigildi Gothorum regis filius, ob fidei catholicæ cō 4536.  
 fessionē inexpugnabilē, à patre Ariano regni priuatus insulis, & in carcerē ac uincula p̄iectus,  
 ad extremum nocte sancta dominicæ resurrectionis securi in capite percussus, regnum cœlestē  
 pro terreno rex & martyr intrauit. Cuius frater Richardus mox ut regnum post patrem accepit,  
 omnem Gothorum cui præerat gentem instante Leandro Hispalitano episcopo, qui & Hirmi  
 gildum docuerat, catholicam conuertit ad fidem. Gregorius Romanæ ecclesiæ pontifex & do  
 ctor eximius, anno Mauricij imperij decimo tertio, indictione decimatertia, Synodum episcopo  
 rum xxxiiii. ad corpus beati apostoli Petri congregans, de necessarijs ecclesiæ decernit. Idem  
 misit Britanniam Melito, Augustino, & Iohanne, & alijs pluribus cum eis monachis timentibus  
 Deum, ad Christum Anglos conuertit. Et quidem Edilbertus mox ad Christi gratiam con  
 uersus cum gente Canthuariorum cui præerat, proximisq; prouincijs, etiam episcopum doctor  
 remq; suum Augustinum, sed & ceteros sacros antistites episcopali sede donabat. Porro gentes  
 Anglorum ab aquilone Vmbri fluminis sub regibus Aelle & Aedilfrido sitæ nec dum uerbū  
 uitæ audierant, Gregorius xviii. anno Mauricij, indictione iiii. scribens Augustino, Londini  
 quoq;

Anno mundi. 4557. & Eboraci episcopos, accepto à sede apostolica pallio Metropolitanos esse debere decernit. Anno mundi.  
 4557. Phocas annos viii. Huius secundo anno, Indictione viii. Gregorius papa migravit ad domi  
 num. Hic rogante papa Bonifacio statuit sedem Romanæ & apostolicæ ecclesiæ caput esse om  
 nium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat.  
 Idem alio papa Bonifacio petente, iussit in ueteri Fano quod Pantheum uocabatur, ablatis ido  
 lolatriæ sordibus ecclesiam beate semper uirginis Mariæ & omnium martyrum fieri: ut ubi quondā  
 omnium non deorum, sed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria  
 sanctorum. Persæ aduersus rempublicam grauissima bella gerentes, multas Romanorum pro  
 uincias & ipsam Hierosolymam auferunt, & destruentes ecclesias, sancta \* quæq; prophanant  
 res, inter ornamenta locorum uel sanctorum uel communium quæ abstulere, etiam uexillum  
 dominicæ crucis abducunt. 4565.

4565. Heraclius annos xxv. Anastasius Persa monachus nobile pro Christo martyrium patitur, qui 4565.  
 natus in Perside magicis à patre puer artes discebat, sed ubi à captiuis Christianis Christi nomē  
 acceperat, in eum mox animo toto cōuersus relicta Perside, Chalcedoniam Hierapolimq; Chris  
 tum quærens, ac deinde Hierosolymam petit, ubi accepta baptismatis gratia, quarto ab eadem  
 urbe militario monasterio abbatis Anastasii intrauit, ubi vii. annos regulariter uiuens, dum Cæ  
 saream Palestinæ orationis gratia uenisset, captus à Persis, & multa diu uerbera inter carceres  
 & uincula Marzabana iudice perpeffus est: tandem mittitur Persidem ad regem eorum Chosro  
 nem, à quo tertio per interualla temporis uerberatus, ad extremum una suspensus manu per tres  
 horas diei, sic decollatus cum alijs LXX. martyrium compleuit. Mox tunica eius indutus quidā  
 dæmoniachus, curatus est. Interea superueniens cum exercitu Heraclius princeps, superatis Per  
 sis, Christianos qui erant captiuati reduxit gaudentes. Reliquiæ beati martyris Anastasii primo  
 monasterium suum, deinde Romam aduectæ, uenerantur in monasterio beati Pauli apostoli,  
 quod dicitur ad aquas Saluias. Anno Heraclij regni xvi. Indictione xv. Aeduius excellentiss  
 simus rex Anglorum in Britannia transumbraniæ gentis ad aquilonem, prædicante Paulino epi  
 scopo, quem miserat de Cantia uenerabilis archiepiscopus Iustus, uerbum salutis cum sua gente  
 suscipit, anno regni sui xi. aduentus autem Anglorum in Britanniam plus minus an. CLXXX.  
 etq; Paulino sedem episcopatus Eboraci \* donauit, cui profectio rei in auspitiū uenturæ fidei & tradi  
 regni cœlestis, potestas quoq; terreni creuerat regni, ita ut uniuersos Britannia fines, quod ne  
 mo Anglorum ante eum, qua uel ipsorum uel Britonum gentes habitabant sub ditione acciper  
 ret. Eo tempore exortum apud Scotos in obseruatione paschæ errorem quartadecimanorum  
 Honorius papa per epistolam redarguit, sed & Iohannes qui successori eius Seuerino successe  
 rit, cum adhuc esset electus in Pontificatum, pro eodem pascha eis simul & pro Pelagiana hæresi,  
 quæ apud eos reuiuisebat, scripsit.

4591. Heraclonas cum matre sua Martina annis ii. Cyrus Alexandria, Sergius & Pyrrhus regit ut 4591.  
 bis episcopi, Accephalorum hæresim instaurantes, unam operationem in Christo diuinitatis &  
 humanitatis, unam uoluntatem dogmatizant. E quibus Pyrrhus ijs temporibus, id est, sub Theo  
 dorō papa Romam ueniens ex Africa, sicca, ut post apparuit, pœnitentiā obtulit eidem papæ,  
 præsentē cuncto clero & populo, libellum cum sua subscriptione, in quo condemnarentur om  
 nia quæ se uel à decessoribus suis scripta uel acta sunt aduersus catholicā fidē. Vnde & benigne  
 susceptus est ab eo quasi regis Pontifex ciuitatis. Sed quia reuersus domum reperit, & errorem  
 domesticum, memoratus papa Theodorus aduocatis cunctis sacerdotibus & clero in ecclesiam  
 beati Petri apostolorum principis, condemnauit eum sub uinculo anathematis.

4593. Constantinus filius Heraclij mensibus vi. Pyrrhi successor Paulus non tantum uesana doctri 4594.  
 na, sicut decessores eius, sed & aperta persecutione catholicos cruciat, Apocrisarios sanctæ ec  
 clesiæ, Romanæ, qui ad eius correctionē missi fuerant, partim carceribus, partim exilijs, partim  
 uerberibus afficiens. Sed & altare eorum in domo Placidie sacratum, in uenerabili oraculo sub  
 uertens diripuit, prohibens eos ibidem missas celebrare. Vnde & ipse sicut præcessores illius ab  
 apostolica sede iusta depositionis ultione damnatus est.

4594. Constantinus filius Constantini annis uiginti & octo. Hic deceptus à Paulo, sicut Heraclius 4594.  
 auus eius à Sergio eiusdem regis ciuitatis episcopo, exposuit typum aduersus catholicam fi  
 dem, nec unam nec duas uoluntates aut operationes in Christo desintens esse confitendas,  
 quasi nihil uelle uel operari credendus sit Christus. Vnde Martinus Papa congregata Ro  
 mæ Synodo centum & quinque episcoporum, damnauit sub anathemate præfatos Cyrum, Ser  
 gium, Pyrrhum & Paulum hæreticos. Et post hæc missus ab imperatore Theodoro Hexar  
 chus, tulit Martinum Papam de ecclesia Constantiniana, perduxitq; Constantinopolim, qui  
 post hæc relegatus Cersenam ibidem uitam finiuit, multis in eodem loco uirtutum signis usq;  
 hodie resurgens. Facta est autem Synodus præfata anno .x. imperij Constantini, mense Octobris,  
 Indictione viii. Constantinus princeps Vitaliano Papa nuper ordinato, misit beato Petro apo  
 stolo euangelia aurea gemmis albis mire magnitudinis in circuito ornata, ipse post aliquot an  
 nos, id est, per indictionem sextam ueniens Romam, obtulit super altare ipsius pallium aureo ser  
 xtile, toto exercitu cum cereis ecclesiam intrante. Sequentē anno facta est eclipsis solis quam  
 nostra ætas meminit, quasi decimahora diei, v. Nonas Maias, Theodorus Archiepiscopus, &

Anno mundi. Hadrianus abbas, uir æque doctissimus, à Vitaliano missi Britanniam plurimas ecclesias Anglo rum doctrinæ ecclesiasticæ fruge fecundauerunt. Constantinus post plurimas & inauditas de prædationes prouincijs factas occisus in balneo perijt, indictione xii. Nec longo post tempore etiam Vitalianus Papa cœlestia regna petijt.

4639. Constantinus filius Constantini superioris regis annis xvii. Saraceni Siciliam inuadunt, & præda nimia secum ablata, mox Alexandriam redijt. Agatho Papa ex rogatu Constantini Heraclij & Tiberij principum pijsimorum, misit in regiam urbem legatos suos, in quibus erat Iohannes Romanæ ecclesiæ tunc Diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum. Qui benignissime suscepti à reuerentissimo fidei catholice defensore Constantino, iussi sunt re missis disputationibus philosophicis pacifico colloquio de fide uera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum quos petebant libellis. Adfuerunt autem & Episcopi cl. presidente Georgio Patriarcha regie urbis, & Antiochie Macario. Et conuicti sunt, qui unam uoluntatem & operationem astruebant in Christo falsasse patrum catholicorum dicta per plurima. Finito autem conflictu Georgius correctus est. Macarius uero cum suis sequacibus, simul & prædecessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo & Petro anathematizatus, & in locum eius Theophanius abbas de Sicilia Antiochie episcopus factus. Tantaq; gratia legatos catholice pacis comitata est, ut Iohannes Por tuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, dominica octauarum Pasche missas publice in ecclesia sanctæ Sophiæ coram principe & patriarcha latine celebraret. Hæc est sexta Synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata, & græco sermone conscripta, temporibus papæ Agathonis, exequente ac residente pijsimo principe Constantino intra palatium suum, simulq; legatis apostolica sedis & episcopis cl. residentibus. Prima enim uniuersalis Synodus in Nicæa congregata est contra Arium, ccccxxviii. patrum, temporibus Iulij papæ sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli cl. patrum, contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damasi Papæ & Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso ccc. patrum contra Nestorium Augustæ urbis episcopus, sub Theodosio magno principe & papa Cœlestino. Quarta in Chalcedone, patrum dcccxxx. sub Leone papa, temporibus Mar tiani principis, contra Eutychem nefandissimorum præfulem monachorum. Quinta item Constantinopoli, temporibus Viglij papæ, sub Iustinianno principe, contra Thodorum & omnes hæreticos. Sexta hæc de qua in præfenti diximus. Sancta & perpetua uirgo Christi Edulthruda filia annæ regis Anglorum, & primo alteri uiro permagnifico, & post Ecfrido regi coniunx data post quam duodecim annos thorū incorrupta seruauit maritalem, post reginā sumpto uelamine sacro uirgo sanctimonialis efficitur. Nec mora etiam uirginum mater & nutrix pia sanctarum, accepto in construendū monasteriū loco, quem \* Aeilge uocant, cuius merita uiuacia testatur etiā mortua caro, quæ post xv. annos sepulturæ cum ueste qua inuoluta est, incorrupta reperitur.

4640. Iustiniannus minor filius Constantini annos x. Hic constituit pacem cum Saracenis decennio terra marisq;. Sed & prouincia Africa subiugata est Romano imperio, quæ fuerat tanta à Saracenis, ipsa quoq; Carthagine ab eis capta & destructa. Hic beata memoria Pontificem Romanæ ecclesiæ Sergium, quia erraticæ suæ Synodo, quam Constantinopoli fecerat, fauere & subscribere noluisse, misso & Zacharia Protospatario suo iussit Constantinopolim deportari. Sed præuenit militia Raennata urbis, uicinarumq; partium iussa principis nefanda, & eundem Zachariam contumelijs & iniurijs ab urbe Roma repulit. Idem papa Sergius ordinauit uenerabilem uirum Vuilibrordum cognomine Clementem Fresonum gēti Episcopum, in qua usq; hodie pro æterna patria peregrinus (est enim de Britania gentis Anglorum) innumera quotidie diabolo detrimenta & Christianæ fidei facit augmenta. Iustiniannus ob culpam perfidiæ regni gloria priuatus exul in Pontum secedit.

4652. Leo annos liii. Papa Sergius in sacrario beati Petri apostolici capsam argenteam, quæ in angulo obscurissimo diutissime iacuerat, & in ea crucem diuersis ac preciosis lapidibus adornatam, domino reuelante reperit, de qua tractis liii. Petallis, quibus gemmæ inclusæ erant, miræ magnitudinis portionem ligni salutiferi dominicæ crucis interius repositam inspexit, quæ ex tempore illo annis omnibus in Basilica Saluatoris, quæ appellatur Constantiniana, die exaltationis eius ab omni osculatur atq; adoratur populo. Reuerentissimus ecclesiæ Lindisfarnensis in Britania, ex anchorita antistes Cuthbertus, totam ab infantia usq; ad senium uitam miraculorum signis inclytam duxit; cuius dum xi. annos maneret corpus humatum incorruptum, post hæc quali eadem hora defuncti simul cū ueste qua tegebatur inuentū est sicut in libro de eius uita ac uirtutibus, & prosa nuper & hexametris uersibus scripto, ante aliquot annos ipsi signauimus.

4659. Tiberius annos vii. Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei, quintum uniuersale Concilium suscipere diffidit, donec salutaribus beati Papæ Sergij monitis instructa, & ipsa huic cum cæteris Christi ecclesijs adnuere consentit. Gisulphus dux gentis Longobardorum Beneuenti Capaniam igne, gladio & captiuitate uastauit, cumq; non esset qui eius impetui resisteret, apostolicus Papa Iohannes qui Sergio successerat missis ad eum sacerdotibus, ac donarijs per plurimos, uniuersos redemit captiuos, atq; hostes domum redire fecit. Cui successit alius Iohannes, qui inter multa operum illustrium fecit Oratorium sanctæ Dei genitricis, opere pulcherrimo, intra

Anno mundi. intra ecclesiam beati apostoli Petri. Hereberchtus rex Longobardorum multas cortas & patrimonialia alpium Cottiarum, quæ quondam ad ius pertinebant Apostolicæ sedis, sed à Longobardis multo tempore fuerant ablata, restituit iuri eiusdem sedis, & hanc donationem aureis scriptam literis Romam direxit.

4659. Iustiniannus secundo cum Tiberio filio annos vi. Hic auxilio Trebelli regis Vulgarorum regnum recipiens, occidit eos qui se expulerant Patrios, & Leonem qui locum eius usurpauerat, necnon & successorem eius Tiberium, qui eum de regno eiecit, toto quo ipse regnabat tempore in eadem ciuitate in custodia tenuerat. Callinicum uero Patriarcham, erutis oculis misit Romam, & dedit episcopatum Cyro, qui erat abbas in Ponto, eumq; alebat exulem. Hic Constantinum Papam ad se uenire iubens, honorifice suscepit, ac remisit, ita ut eum die Dominica missas sibi facere iubens, communionem de manu eius acceperit; quem prostratus in terra pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta ecclesiæ priuilegia renouauit. Qui cum exercitum mitteret in Pontum, multum prohibente Papa Apostolico ad comprehendendum Philippicum, quem ibi relegauerat, conuersus omnis exercitus ad partem Philippici, fecit eum ibidem imperatorem, reuersusq; cum eo Constantinopolim, pugnauit contra Iustiniannum, ad duodecimum ab urbe miliarium, & uicto atq; occiso Iustinianno, regnum suscepit Philippicus.

4665. Philippicus anno uno, mensibus sex. Hic eiecit Cyrum de pontificatu, eumq; ad gubernandū abbatis iure monasterium suum Pontum redire præcepit. Idem Constantino Papæ misit literas prauis dogmatis, quas ille cum Apostolicæ sedis concilio respuit; & huius rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri, quæ acta sex sanctarum Synodorum uniuersalium continerent. Nam & huiusmodi picturas cum haberent in urbe regia, Philippicus iusserat auferri, statuitq; populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomen, aut chartas, aut figuram solidi susciperent: unde nec eius effigies in ecclesiam introducta est, nec nomen ad missarum solemniam prolatum.

4667. Anastasius annis lii. Hic Philippicum captum oculis priuauit, nec occidit. Idem literas Constantino papæ Romam per Scholasticum patritium & Hexarchum Italiæ direxit, quibus se factorem catholice fidei, & sancti Sexti Concilij prædicatorem esse docuit. Liudbrandus rex Longobardorum donationem patrimonij alpium Cottiarum, quam Herebechtus rex fecerat, & ille repetierat ad monitione uenerabilis Papæ Gregorij confirmauit. Eberchtus uir sanctus de gente Anglorū, & sacerdotium monachica uita etiam pro cœlesti patria peregrinus exornans, plurimas Scoticæ gentis prouincias ad canonicam paschalis temporis obseruantiam, à qua diutius aberrauerat, pia prædicatione conuertit, anno ab incarnatione Domini dcccxvi.

4670. Theodosius anno uno. Hic electus in imperatorem, Anastasium apud Nicæam ciuitatem graui prælio uicit, datoq; sibi sacramento, clericum fieri ac presbyterum fecit ordinari. Ipse uero ut regnum accepit, cum esset catholicus, mox in regia urbe imaginem illam uenerandam, in qua sanctæ sex Synodi erant depictæ, & à Philippico fuerant deiectæ, pristino in loco erexit. Tyberis fluuius alueum suum egressus, multa Romanæ fecit exitia ciuitati: ita ut in uia lata ad unam & semis staturam exresceret, atq; à porta sancti Petri usque ad pontem \* Moliuum aquæ descendentes conuincerent. Manlit autem diebus septem, donec agentibus lætantijs crebras ciuibus, octauo demum die reuertit. His temporibus multi Anglorum gentis nobiles & ignobiles, uiri & feminae, duces & priuati, diuini amoris instinctu de Britania Romam uenire consueuerat: inter quos etiam reuerentissimus abbas meus Ceolfridus annos natus septuaginta quatuor, cum esset presbyter annis quadraginta septem. Abbas autem xxxv. ubi Lingonas peruenit, ibi defunctus, atq; in ecclesia beatorum geminorum martyrum sepultus est, qui inter alia donaria, quæ ad ferre disposuerat, misit ecclesiæ sancti Petri Pandecten, à beato Hieronymo in latinū ex Hebræo uel Græco fonte translatum.

4671. Leo annis nouem. Saraceni cum immenso exercitu Constantinopolim uenientes, triennio ciuitatem obsident, donec ciuibus multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, pestilentia perirent, ac sic pertasi obsidionis abscederent, qui inde regressi Vulgarorū gentem, quæ est super Danubium bello aggrediuntur: & ab hac quoq; uicti refugiunt, ac naues reperiunt suas. Quibus cum altum peterent, ingruente subita tēpestate, plurimi etiam merlis siue con fractis per littora nauibus sunt necati. Liudbrandus audiens quod Saraceni depopulata Sardinia etiam loca fœdarent illa, ubi ossa sancti Augustini episcopi propter uastationem Barbarorū olim translata, & honorifice fuerant condita, misit: & dato magno precio accepit, & transtulit ea in Ticinis, ibiq; cum debito tanto patri honore recondidit.

Huic annorum numero consentiunt Chronica Hermanni Contracti, qui tot annos mundi cōtineri dicit Bedæ libro maiori de Temporibus, siue de Ratione temporum.

SCHOLIA IN CHRONICON, SEU LIBRVM DE SEX mundi ætatibus, quem Beda Anglosaxo cognomento Venerabilis, Britannus presbyter, ad sua usq; tempora breuiter est completus, auctore Iohanne Nouiomago.

EXACTAM temporum rationem, ut ferè solet rerum à nostra memoria remotarum, non credo usquam ad unguem extare, neque facile est de his pronunciare: præsertim cum plurimi atq; uetuli scriptores ambigant, pauci inter se conueniant; seu ex eo quod regum aliorum uel Bedæ tom. 2.

magistratum & dignitatum per quas computatum est, quorundam obscurior fama fuerit: seu (quod citius crediderim) propter doctorum hominum, qui suæ ætatis res obseruarent ordine anorum, indigentiam. Propterea qui longo temporum interuallo præteriti temporis acta respererunt, necesse habuerunt coniecturis quisque suis, hanc rem indagare, ubi dum alias alij sequuntur, fit ut: pro hac uarietate non omnes inter se conueniant. Sic Eusebius, Orosius & Beda, ab Adami usque ad Caroli imperium, sub quo nos sumus, quod nunc ad XXXVII. annum tenuit, anno à Christo nato MDXXXVI. adiectis annis postea actis, fluxerint anni VIM. DCCXXXIII. secundum Hebræos, & Ioannem Picum VM. XLIII. secundum primos ecclesiæ patres VIIIM. XXXV. secundum Alphonsum regem Hispaniæ VIIIIM. DXX. uerum recētiore Bedæ opinio, nem ut plurimum sequuntur. Præterea admonendum & illud duximus, quod in ordine imperatorum non nunquam omittuntur hi, quorum plures simul uix annum unum aut alterum expleunt: nonnunquam quos alij omittunt ex eadem causa, hic recenset. Est & nominum uarietas pro illa multiplici forma nominum apud grammaticos annotata, quæ Lectorem facile turbare possit, ut Merentium apud alios dictum, Beda Constantinum uocat: & qui apud Bedam Heraclonas, alij Heraclion dictus est: pari modo Philippus & Philippicus. Tum & illud sciendum est, quod Leo ille postremus imperatorum apud Bedam, hic nouem annos habet, intellige dum Beda hæc scriberet, nondum expleto imperio: imperauit enim annos uiginti quatuor.

### QVAE SEQUUNTUR, DECERPSIMVS EX

OPTIMIS QUIBUSQUE SCRIPTORIBVS, NARRATIONE quantum potuimus, accommodata ad Bedæ breuitatem, seruato ordine temporū, usque ad Pium IIII. Pontificem maximum, & Ferdinandum Imperatorem. Bene uale, & nostram quantulamcunque opellam boni consule.



**C**ONSTANTINVS huius nominis quintus, Leonis superioris filius annis tribus & triginta imperat, paternæ crudelitatis utique imitator, sub quo monarchia Imperij Romani primum ac deinceps continenter inclinari ab orientibus principibus, & ad occidentales transferri coepit. Nam postea quam Constantinus omnitercelere imbutus, tyrannus & sacrilegus, Christianos passim persequitur, ac diuorum imagines e templis ejici abolerique iubet, Stephanus Romæ pontifex maximus, omnes titulos ac dignitates Francorum regibus cōcessit, atque Pipinum Caroli patrem (qui postea Magni à rebus egregie gestis cognomen accepit) suosque qui ab ea stirpe descenderet, reges auctoritate Romanæ ecclesiæ instituit, orientibus uero ac ceteris eam imperij dignitatem abrogauit. Eodem tempore defuncto Stephano pontifice Maximo, Constantinus imperator Constantinum ex plebe in pontificatum sustulit, Romani & ipsi uicissim coorta discordia Philippum eligunt. Verum paulo post rebus compositis, & ambo se pontificatu abdicare sunt coacti, quæ iniit Stephanus natione Siculus. Mortuo Pipino circiter XXVI. annis imperij Constantini, Carolus filius cognomine Magnus, successit in regnum Gallorum, regnauitque annis XLVII. qui superata ac expulso Himoldo rege Aquitanicæ ac Saxonum gente, & ea quæ Vuestphaliæ nomen habet, summa difficultate ac triginta duorum annorum bello ad fidem Christianam adducta, feliciter contra Hunnos, Hispanos, Britannos, & alias quasdam in Italia nationes pugnavit. Deinde Hadriani pontificis rogatu in Italia Longobardos uicit: totaque Italia expulsi, qui eam circa CCIII. propè annos occuparunt. Hinc bellum aduersus Saxones redintegrat.

Leo Constantini filius in oriente annis V. imperat, qua tempestate imperium continuo id occupantibus Barbaris ad occasum tendit, ad Gallos maximè Romanis spectantibus, Carolus Magnus nobiles aliquot Hispaniæ urbes uastat, eo quod fidem Christianam recusarent.

Constantinus proximi Leonis filius, cum matre Hyrene imperat annis duodeuiginti, sed nihilo maiore gloria quam pater. At Carolus Magnus superatis Hunnis Pannoniam ac reliquas uicinas regiones uastantibus, onustum magnis spolijs, exercitum in Italiam reduxit, ut reliquias Hunnorum, qui Græcorum presidio istuc redierant, deleteret. Ad Menapios in Galliam reuertitur, & Aquigrani, quo loco propter aquas calidas plurimum est usus, ædem sacram uirgini Marti constituit, multisque donarijs Roma Rauennaque aduectis insigne reddidit. Constantinus matre Hyrene per uim eiecit, nobiles aliquot, quasi cum matre conspirassent, trucidat. Deinde Hyrene Constantinum filium captum oculis priuat, ac sola regnat annis quatuor, usque ad Caroli imperium. Verum duo proximi, Leo & Constantinus, inter imperatores à multis non numerantur: uel propter nominum similitudinem, seu quod gesta eorum intra famam nec gloriæ nec opinionis alicuius furere, seu quod à temporibus Caroli Magni imperatores orientales in Chronis prætermisi sunt, imperio translato ad Gallos, non delierunt tamen continuo post Carolum

Magnum

Magnum imperatores in oriente. Nam proximo Constantino successit Nicephorus annis VIII. Hinc Stauratus anno I. cui successit Michael annis II. post quæ Leo Bard filius annis octo, dein de Michael alter annis IX. deinde Theophilus annis XV. deinde Michael & Theodorus simul annis II. Deinde Basilus XVII. Deinde Leo XVII. deinde Constantinus cum Alexandro. Postremo plures, quorum ultimus computatur usque ad Othonem tertium. Verum hos multi prætermittunt, quod imperij à Carolo M. potior pars & celebrior ad Gallos, deinde uniuersum ad Germanos translatum sit. Rectius igitur numeratur post Constantinum Hirenæ filium Carolus, quam alij. Quod ob id apposui, ne turbet quenquam, si fortè plures numeret ab hoc Constantino usque ad Othones quam nos posuimus: hic enim ordo ad temporum rationem magis est idoneus.

Carolus Magnus postquam triginta tres annos à morte Pipini patris, Gallos, Hispanos, Germanos, Britannos, reliquasque gentes (quas partim armis, partim humanitate, partim uirtute ad se traxit) imperio tenuisset, à Leone Pont. Max. eius nominis tertio, quem per iniuriam à Romano eis electum, in pristinam dignitatem restituit, Augusti nomen acceptum renouauit, ac assumpto imperio in Italia primus occidentalium regum imperauit Romæ annis XIIII. Deinde finis belli quod aduersus Saxones per tres & triginta annos gessit, in quo uicti tandem fidem Christianam accipiunt. Ab hoc principe primum institutum est, ut imperatores à Romano pontifice imperij insignia accipiant. Ipse tradito imperio filio Ludouico, regno Gallicano Bernhardo ex filio nepoti Aquigrani moritur, dum uixisset summa cum laude & gloria annos LXXXII.

Ludouicus Caroli filius cognomine Pius, cum filio imperauit annos XXVII. Bernhardum ex fratre nepotem affectantem regnum Mediolani oppressit, filium uero Lotharium Italiæ imperare iubet, qui patre adhuc uiuente & id agente, à pontifice Paschasio coronatus, insignia imperatoris accepit. Pater interea Aquitanos & Dalmatas parantes defectionem sub iugum egit. Deinde à filio Carolo in uincula coniectus aliquot annis, ac inde rursus liberatus, uno anno post Moguntiaci moritur. Eodem anno prodigiola grando ac glacies e cœlo delapsa, magna frugum & pecorum calamitate fuit. Saraceni Romam diripiunt, omnia prophanantes, ac hostiliter diuorum reliquias dissipantes.

Ludouicus per fraudem suorū imperio pellitur, atque à Lothario filio in custodia traditur: sed mox concordia facta, restituitur Ludouicus imperio. Lotharius ad Italiæ gubernationem redit. Pater moritur, relicto Lothario, Carolo & Ludouico filijs, qui de regni successione dissidentes, milia aliquot hominū perdidit. Qua de causa diminutis ut sit uiribus ac bonis intercedentibus, conuenit ut Lotharius imperium, Carolus Galliam, Ludouicus Germaniam obtineret.

Lotharius annis aliquot patris socius in imperio, deinde solus annis decem, deinde cum filio Ludouico quinque. Imperij insigne accepit à Sergio, qui primum nomen commutauit, quod et ante fuit, os porci. Aphri Italiam ac Romam diripiunt. Andulphus Britannicæ rex studiosus ecclesiæ Romanæ, eam insulam Romano pontifici uectigalem reddidit, ut quotannis singulæ domus singulos nummos argenteos penderent.

Lotharius senex filijs regnum diuisit, Ludouicum imperatorem relinquens, Prumiæ monasticam proficetur, ac paulo post obiit. Quo tempore Ioannes Anglicus pontificatum rexit, quem fama est fecerina fuisse, atque e familiaris grauidam peperisse.

Ludouicus Lotharii filius, annis uno & uiginti. Cum Carolo Caluo fratre apud Heluetios propter imperij successione dissidet: sed mox sublata dissensione, Ludouico laboranti propter Saracenorum in Italiam eruptionem, cum exercitu auxiliij gratia rogatus, subuenit Lotharius frater, sed statim improuisa morte perijt Placentiæ. Andalcius dux Beneuentorum iunctis sibi Campanis, Lucanis & Samnitibus imperium oppugnat, sed tandem uictus profugit in Sardiniam. In Vocontiorum agris tribus diebus sanguine pluit, annonæ defectu, deinde Galli Cisalpini premuntur. Beneuentani adiunctis uicinis populis, iterum rebellant, atque paulo post superati, imperio sese subdiderunt.

Carolus Caluus filius Ludouici Pij imperat annis sex, qui non sine largitionis suspitione, qua Romanos & Pontificem Iohannem corruerat, imperium obtinuit, pugnat aduersus nepotes Ludouici regis Germanorum filios. Saracenis Sicilia aufertur, Imperator in Galliam proficiscens in Alpibus ueneno sublatus, relicto Ludouico Balbo filio, quem uiuus sibi imperij socium acciuerat.

Ludouicus cognomento Balbus rex Gallorum Caroli Calui filius, à Iohanne Pontifice imperij titulus insignitur: sed electione hac facta Romani non acquieuerunt, quin Carolum cognomento Crassum imperatorem designant. Qui ambo imperij nomen tenuerunt biennium: at sublato per uenenum Ludouico, alter solus regnat annis XII.

Carolus Crassus, seu ut alij Grossus Ludouici regis, Germanorum filius, annis XII. Cepit eam Galliæ partem, quam Nortmanni habitant, qui unà cum Cimbris uniuersam ferè Galliam igne & ferro depopulantur, fames ingens per Italiam. Gerit deinde bella aliquot in Pannonia, post quæ sic animo & corpore est debilitatus, ut imperio abdicato, ac in priuatū sese redigens modū, ab Arnulpho patre Germanorum rege aieretur. Remigijs Antiochodorensis scriptor claret.

Arnulphus filius Caroli Magni II. & nepos Caroli Calui, rex Germaniæ regnat post Carolum proximum annis XII. Formosum Romanum pontificem ab æmulis iniuria magna affectū,

Bedæ tom. 2.

3

adprie

ad pristinam dignitatem reduxit: à quo deinde imperij titulus insignitus. Stephanus pontifex antecessori suo infensus, contra concessiones eius concilium contuocat, & coram cadaver Formosi omni dedecore affectum, in Tyberim projicitur. Saraceni iterum Siciliam occuparunt. Arnulphus postquam Moguntiacos debellasset, Nortmannos in Aquitania bello aggreditur, in quo interijt phthiriali. Mortuo Arnulpho imperatore, dolentibus plurimum Romanis atq; uniuersis Italiae populis, quod ad Germanos imperium translatum esset, Transalpini imperatores nulli à Romanis pontificibus imperij dignitate insigniuntur usq; ad Othonem. Per id tempus Berengarij duo, Rudolphus, Hugo regnum in Italia occuparunt.

Ludouuicus Arnulphi filius à Germanis imperator creatur, qui regnauit annis sex: quo tempore Berengarius à Longobardis creatus, in Italia imperat: itaq; hic finis Imperij Gallici esse cepit, quod circiter annos c. & xx. durauit.

Conradus in Germania imperium tenuit annis vii. Inter ea apud Romanos Berengarius alter. Pannonij uicinas regiones multum depopulantur, & Saraceni Aphricani Apuliam occupant. At Pontifex Iohannes auxilio Alberici, qui in agro Pyceno dominabatur adiutus, eos iterum Italia exterminat: ultimus hic fuit è progenie Caroli Magni.

Henricus comes apud Saxones Othonis filius, annis regnauit xviij. qui magna dissidia excitauit regni cupiditate quæ post sexaginta annos uixdum tolluntur, à tempore scilicet Ludouuici usq; ad Othonem primum. Inter ea Hugo regnum occupat in Italia: hic regnum Francorum initium habet monarchiæ Gallicanæ, quorum primus fuit Rodolphus dux Burgundionum. Pannonij duce Alberico, Hetruriam deprædatur. Lotharius Hugonis filius imperium accipit post patrem, & tenet annis ii. Hac tempestate ibi diebus aliquot sanguine manare est uisus, maxima peste ac morborum grassatione subsecuta.

Otho primus Henrici superioris filius ex Saxonum ducibus primum Germania, deinde & Italiae regnum tenuit annis xxx. Hic primus fuit ex Germanis Imperator agnitus, coronatus Aquisgrani ab Hildiberto Moguntinensi Episcopo. Hinc Imperium ad Germanos translatum computatur, Pannonies seu Hungari Germaniæ superiorem regionem occupantes, exterminantur tribus eorum ducibus ex arboribus suspentis. Berengarius tyrannidem in Italia exercens, ab Othone rogatu Romanorum regno desicitur. Apud Ticinum uxorem eius captam redimit, ac libi eam coniugem sociat, nomine Adalindam. Iohanne Pontifice in omnem luxum dissoluto, Otho à Romanæ ecclesiæ patribus euocatus Germania, ut corruptos Pontificis mores emendaret, Romam proficiscitur: in qua urbe amplissimis honoribus ueneratur, Imperij titulos & dignitates suscepit. Pontifex uero ad honestam uitam sapius exhortatus, cum de eius emendatione tandem esset desperatum, præsentè Othone Pontificatu sese abdicare cogitur. Postea discordiæ ingentes de Pontifice delegendi sunt orta, alium plebe, alium patribus creantibus Pontificem. Imperator in terra obiit. Viennæ apud Pannonies.

Otho alter superioris Othonis filius imperat annis xvi. paternæ uirtutis & stemmatis imitator, Iohannem pontificem captum, & in exilium missum restituit. Qui reuersus diuersæ factionis principes grauer punit, atq; ob remunerationem collati beneficii Othonis filium huiusce Augustum appellat: ipse imperatorem Nicephoram Constantinopolitanum à Grecis pulsum restituit, uxore accipit sororem Nicephoræ. Mox Græcos magna strage Italiã inuadentes superat. Moritur deinde Romæ, ac in Basilica B. Petri amplissimo funerali honore sepelitur.

Otho iii. Othonis secundi filius imperat annis xix. & ipse paternæ gloriæ illustrator & imitator. Coronatur à Gregorio Pontifice anno imperij sui xi. Carolo filio Lotharij rege Gallorum mortuo, successit Hugo cognomento Caputius ex genere comitum Partienisium: & finem habuerunt reges Gallorum ex genere Caroli magni eius nominis. Hugoni successit filius Robertus annis xxxxiij. Varia sub hac tempestate uisa sunt in cælo prodigia, imbribus quoq; mista grana tritici & minuti aliquot pisciculi misti ceciderunt. Moritur deinde Imperator in Italia, corpus Aquisgranum perlatum sepelitur.

Henricus dux Boariorum per principum Germanorum electionem primus creatus imperat annis xix. sub quo primum institutum est, ut non liberorum successione imperium per manus hæreditario iure traderetur, sed Germaniæ proceres una cum duce Bohemorum imperatores deligendi potestatem haberent, quod etiamnum obseruatur. Arduinum Cimbrorum ducem imperium usurpantem Henricus superat: deinde à Benedicto imperij insignia accepit. Sub quo Pontifice maximè fuit in ecclesia schisma: hinc Saraceni iterum Italiae pellit, dioceses instituit Pamburchi Argentorati Machdeburgi Hyllschemi, & apud Marcomannos, uir in primis religiosus, cum coniuge Cunegunde continenter eum quidam uixisse scribunt. Uniuersus propemodum orbis maxima pestilentia uexatur. Pannonies hac tempestate publicè fidem Christianam recipiunt. Heribertus Archiepiscopus Colonienis moritur, cui successit Peligrinus seu Peregrinus. Antegresso terramotu Henricus Pamburchi moritur, sepultus in aede diui Petri à se instituta. Vacat dehinc imperium annis ii. quod Zeno Sueuus affectans repudiat: quare electionem biennio prorogant, quamuis Conradum Henricus successorem sibi reliquisset.

Conradus è Sueuorum ducibus Imperator electus, imperat annis xv. à Iohanne Pontifice insignia accepit. Romæ Gallorum proceribus ante superatis: qui simul, ut eum impedirent conuicant. Venetos præterea & Longobardos passim Italiam deprædantes repressit. Francis re-

gnas

gnat Henricus Roberti superioris filius. Pilgrino Episcopo Colonienis mortuo successit Herimannus. Bello cõtra Pannonies & Dalmatas feliciter gesto, Spire diē obiit Imperator. Sub hæc tẽpora maxima in cælo & terra uisa sunt prodigia, subsecuta immani peste, maximaq; fame per Gallia.

Henricus Conradi superioris filius magna uirtutum laude cumulatus, imperat annos sex. Romam profectus imperialium insignium gratia maximas contentiones sustulit: quæ fuere, uno tẽpore tribus Pontificibus inter se de Pontificatu contendentibus. Concilium deinde Vercillense, in quo Berengarius noui cuiusdam erroris de S. eucharistia author, reuocare hæreticum dogma compellitur. Hinc apud Florentiam synodus celebratur, in qua Episcopi aliquot propter Simoniam incontinentiamq; damnantur.

Henricus alter Henrici superioris filius annis l. imperat uaria ac ancipite fortuna: Qui cum patre defuncto adhuc puer esset, propter patris uirtutem à Germania ducibus Imperator designatus, sub matris tutela adhuc regnare cepit, paternæ gloriæ & uirtutis nequaquam imitator: nam statim cum adhuc minor annis xx. matris consilium negligeret, flagitiosis aliquot cogitationibus eum seducens ad omnem luxum lasciuiaq; actyrannidem est conuersus. Hinc Saxones primum aduersus eum bella mouent magna, multis utrisq; & nobilissimis quibusq; uiris pereuntibus. Deinde propter alieni iuris usurpationem tantam in se excitat inuidiam, ut Gregorius Pontifex eius nominis septimus, Henrico Imperatori imperij dignitatem abrogaret, principibusq; Germanis nouum Imperatorem eligendi potestatem fecit, qui Rodolphum Saxonum ducem Imperatorem elegerunt: aduersus quem & pontificem longa bella gessit. Verum dum Rodolphus à suis forte ictus moritur, publice acta pœnitentia Imperator Pontifici ac ecclesiæ reconciliatur. Sed nõ multo post Pontificem denuo oppugnat. Postremo à filio captus interijt post uarias fortunas. Fuit hac tẽpestate ingens fames & pestis, cometa quoq; in cælo uisa, Cisterciensis religio cepit. Et Godefridus à Billion, magnæ famæ dux Hierosolymam capit, quo mortuo Hierosolymis regnat Balduinus frater Godefridi annis xvij.

Henricus proximi Henrici filius capto patre imperiũ assumpsit, ac tenuit annis xx. patre nihilo præstantior. Nam profectus Romam ubi benigne & summo honore urbis receptus esset, Paschalem Pontificem & uniuersos ecclesiæ prælatos per fraudem intercept, ac eorum bona deprædatur. Postea cõ aduersantibus patribus in inaugurationem imperij obtinere nequit, Mauritiũ suæ partis Archiepiscopum eius officij gratia euocauit. In Francia post Philippum regnat Ludouuicus annis xx. Hierosolymis Balduino succedit Balduinus alter, rex iii. ex nostris. In agro Flaminiano & Aemiliano mense Iunio sanguine pluit. Secuta est hyems asperissima, in qua & fruges & plurimæ quadrupedes necnon & homines periire.

Lotharius secundus eius nominis filius Gerhardi ducis Saxonum, imperauit annis xi. bonũ uirum ac Imperatorem agens: quippe qui sic imperium administrauit, ut facile laudem apud omnes inueniret. Innocentium Pontificem propter Romanorum factiones qui Anacleto fauebant, sua sponte in Galliam digressum restituit. A quo & imperij authoritatem suscipiens coronatus est. Bohemos defectionem molientes coercuit. Hierosolymis regnat Fulco superioris Balduini Gener annis xi. rex iij. Maximus in Gallia ætus, unde syluæ aliquot & nemora magnis incēdijs absumpta sunt. Imperator ex Italia in patriam reuertens Verona moritur.

Conradus Henrici Imperatoris v. ex filio nepos Sueuus, electus Confluentia in Germania, imperauit annis xiiii. exercitum duxit Constantinopolim, exceptus Emanuelis simulata amicitia & fide, ut euentus docuit. Nam cum ad profectioem quam parabat polliceretur ei comitatum sese præstiturum, cuncta ueneno infecit. Unde exercitus ad summam calamitatem est adductus. Fulconis mortuo Hierosolymam, succedit Balduinus filius qui regnum tenuit annis xxiiij. Mesopotamij ad fidem Christi conuertuntur magno promiscui sexus numero.

Fridericus proximi Conradi frater, cognomento Barbarossa Sueuorum rex, annis imperat xx xvij. Bohemos ad regni formam redegit. Cum Alexandro pontifice grauissimas (à cuius antecessore insignia imperij accepit) inimicitias gessit, à quo & excommunicatur. Mediolanum post decennouenalem obsidionem captum, magna ex parte subuertit, captum post septem mē obsidionem. Turcis Iconium ac armeniam armis ademit. Quo bello dum in Syria quodã flumine lauaretur, aqua suffocatus imprudēs interijt. Amaricus fratre Balduini Hierosolymis regnat annis xii. Corpora triũ Magorũ Mediolanũ ante Persiã aduecta, à Rodolpho Agrippinensi Archiepiscopo Coloniae transferuntur. Anno sequenti Nonis Septemb. uisi sunt in cæli regione occidua tres soles duabus horis, & nocte quæ sequentem diem est infecuta, tres luna. Terræ motus infecutus est, quo ciuitates aliquot in Syria ac Sicilia absorptæ sunt: multa labefactata. Petrus Lombardus author Sententiarum clarus habetur. Parisiensis episcopus, & Petrus Comestor qui scripsit historiam ecclesiasticam. Amarici superioris filius Balduinus Hierosolymis regnat annis vi. rex vi. Hic lepra infectus uxorem non duxit: quare cum finem uitæ suæ intellexisset: Sybillam sororis suæ filium puerum adhuc sub tutela Tripolitani comitis regnare iussit. Sybilla mater, quæ matrimonium repetijt, Guisdonem maritum regnare curauit: inter quem & Tripolitani pernicioza dissentio exoritur, in qua comes Saladino Aegyptiorum regi adhaerens, maximum detrimentum nostris comparauit. Ille enim per nostrorum discordias uires adeptus, post maximam Christianorum stragem Hierosolymam capit. Quam urbem post Godefridum Christiani reges per quod nonaginta annos cum magna gloria possederunt.

r 4

Henric.

Henricus Frederici superioris filius, imperat annis x. Coronatus Aquisgrani. Siciliam hic cepit, in qua aliquandiu commoratus, moritur. Panormi hac tempestate pluit imbre lapideo, magnis coortis tempestatibus in agro Bononiensi.

Philippus Henrici proximi frater, ab Henrico imperator designatus, electoribus creantibus Othonem fratrem ducis Saxonum, quem Innocentius III. confirmavit. Quod ubi Philippus intellexit, collecto ualido exercitu, Othonem bello persequitur, ac fugientem Coloniam Agrippinam, eum istinc longa ac graui obsidione tandem fugat. Colonia lōgo bello fatigata Philippū Imperatorem agnoscit, reliquis principibus (quod ad eam uim exercitus tunc parati non essent) permittentibus. Pace itaq; facta, imperat annis ix. Postremo tamen à Palatino comite oppugnatur, ac Bampergæ, seu ut alij Spiræ, interficitur. Galli una cum Venetis Constantinopolitanum regnum occupant: quorum primus Balduuinus imperium arripit, qui ecclesiam Constantinopolitanam & Romanam in unionem redigi curauit. Tartari sub hac tempestate cum uxoribus ac filiis ab Indiæ montibus ac syluis egressi per uicinas regiones prædas (quibus affueti) agunt. deinde Parthos petunt, at pari terrore Mediam, Assyriam, Persiam, Armeniamq; uastates. Sarmatas deinde peruadentes apud Meotim paludem circa septentrionalis oceanii litora sedes firmant. Per hæc tempora Innocentius Decretales composuit, atq; iussit per ecclesiam obseruari. Dominicus Calcagra Hispaniæ pago natus, & Franciscus in Italia uita sanctitate clari habentur. Veneti Cretam & Corinthum capiunt.

Otho Saxonum dux ab principibus electoribus designatus Imperator, atq; ab Innocentio Pontifice Imperij insignibus donatus, regnat annis III. Hic statim cum Romanis dissidens urbe pelitur, atq; præter fas plura oppida capit. Siciliam quoq; suæ ditioni subiecit: quapropter pontifex Innocentius cōuocato cōcilio Othonem excommunicat, & imperij titulo priuat. Itaq; Romani ne que hunc neq; superiorē inter imperatores numerant: hoc enim tēpus ad interregnum referunt.

Fridericus huius nominis secundus, ab Honorico III. Imperator confirmatur. Imperatorum omnium (quos adhuc habuit Germania) potentissimus: tamen plus quam principem decet elatior ac insolentior Pontificibus Romanis supra modum infestus, uir ad omnia (nisi nimium sibi indulisset) egregie idoneus, præsertim in re militari: in qua dubites, peritior ne fuerit an fortunator, cum in utroq; genere parem gloriam sit assecutus. Linguam Latinam, Græcam, Gallicam, Germanicam, Perlicam iuxta calluit. Liberalitate ac magnificentia nulli secundus. Ex nati omnibus ad res Sueuorum propensior: ex his enim oriundus fuit. Priusquam à Pontifice Romano & Aquisgrani ex more imperij titulos nactus esset, humanior ac melior multis uisus est. Verum post eam inaugurationem, insanire cœpit aduersus ecclesiam Romanam. Cum Honorio grauissimas gessit inimicitias, atq; multos Romanæ ecclesiæ truculenter interfecit. Galliam uniuersam Cisalpinam depopulatur, præter Bononiam & Parmam. Cum autem diu Pontifices persecutus, magnis calamitatibus Romanam ecclesiam affecisset, tandem ab Innocentio in consilio Lugdunenſi damnatus, atq; imperij titulis priuatus est: quo peracto, imperium uacat annis xxv. Verum ille deiectus ab imperio, aduersus Pontificis studiosos rabie & crudelitate insanire, per uniuersam Italiam magnas discordias disseminat, ac tandem sub graui censura pontificis Tarenti in Apulia, moritur. Conrado filio supersite, alterum enim suspectum affectat: regni longo carcere occidit. His temporibus Germaniæ principes de Imperatore designando contententes, bifariam secantur, dum alia pars alium eligit: quorum neuter confirmatus, inter regnum adhuc annos aliquot prorogatur. Accursius Florentinus in Italia, & Albertus cognomento Magnus Colonie apud Agrippinates, paulo post Thomas Aquinas suæ ætatis primus nominis & peracutus theologus clarent. Graue prælium inter Bohemos & Pannonios. Ludouico regi Gallorum in expeditione contra Saracenos morienti una cum filio, succedit in regnum Philippus filius alter Ludouici annis xv. Henricus, Conradus, Carolus, à Romanis, quod à Pontifice non essent confirmati, non numerantur inter Cæsares.

Rodolphus comes Hapsburchus annis xix. Imperator eligitur post interregnum, pertentissiam principibus Germanis multarum dissensionum: præsertim cum id maxime cuperent ecclesiam Romanam proceres magnis calamitatibus affecti, ex hac decertatione ad obtinendum imperium. His igitur conditionibus Imperator creatur, ut sine bellico apparatu eodem anno in Italiam ac Romam proficiscatur, ac imperij autoritatem à Pontifice iuxta imperij fas ac consuetudinem accipiat. Id quod ad hunc modum factum est: magnis discrimenibus ac laboribus imperium retinet. Bohemiæ regem atroci prælio superatum captum abducit: uerum aliquanto post eum sibi generum facit. Synodus Lugdunenſis celebratur, in qua de processione spiritus sancti cum Romana ecclesia Græci cōuenere. Philippo regi Fræcorū mortuo succedit Philippus filius cognomine Pulcher annis xxix. Fœmina quedam Romana parit puerum, crinibus & unguibus similem urfæ: quidam aiunt hæc fuisse Nicolai pontificis cōcubinam. Post Rodolphum interregnum fuit uno anno.

Adolphus comes à Nashau principibus Germaniæ Imperator decernitur, cum magna inuidia Alberti Rodolphi proximi Imperatoris filij: seu quod patri per electionem suo non esset successus, seu quod inferiori loco natus ac minore populorum ac fortunatum frequentiam infirmior, contemptior haberetur. Orto bello inter hunc & Albertum, cum quo principes alij aliquot egerunt in prælio. Superatus militum indigentia occiditur, anno ab electione sexto apud Vuormaciæ.

Albertus

Albertus filius Rodolphi imperatoris Austriæ dux, regnat annis decem. Hic cum superato Adolpho electus audiret se imperatorem non magna concordia principum (apud quos eius rei potestas esset) creatum, fecit eis potestatem iterum eligendi, ne armis magis quam principum consilio imperium arripuisse diceretur. Postea igitur consentientibus electoribus imperator fit, uir ad rem militarem gerendam plane factus. Bonifacius pontifex primum instituit iubileum. Magna seditio in Gallia coorta infimæ conditionis hominum: & superiores facti Francorum copias superant & crudelissimè interficiunt. Franciscus Petrarca clarus habetur. Albertus nauis descendens, à nepote interficitur.

Henricus Francosurdia electus imperat annis v. Ad Italiam profectus Mediolani coronatur. Hinc Romam pergens, per contentionem coronatur. Hinc ad Florentinos conuersus, ad ædem Saluiam sub ipsius penè urbis mœnibus castra ponit. Deinde Pisas comparato exercitu, Robertum Apuliæ regem bello petit. In qua expeditione moritur ueneno, ut quidam uolunt, quod ei porrigeret (curantibus Florentinis) monachus quidam Dominicanus. Rhodus nobilibus insula in mari Carpathio, in Christianorum potestatem uenit. Apparuerunt hac tempestate noctibus plures lunæ. fax ardens per cœlum feruifera est. Interregnum factum anno uno propter cōtentionē de Imperatore diligēdo, in qua alij Ludouicum, alij Fredericum elegerunt: quamobrem inter eos pugnatū est annis vii. sed Ludouicus tādē superior regnauit solus annis xx. IIII.

Ludouicus dux Boariorū seu Bauarorū, in uniuersum imperat annis xxx. III. solus xx. IIII. Cum Frederico in armis annis vii. Contemptor sedis Romanæ: ob id Iohannes Pontifex ei ecclesie communionem interdixit, & uarijs multisq; censuris publice condemnauit. Ludouicus tamen magnis uiribus in Italiam ire perrexit, ac Romam ueniens contra phas & Pontificis uoluntatem, à Scarra Columnensi solennitate aut ceremonijs consuetis obseruatis coronatur, & sua sententia Pontificatum Iohanni abrogat, & Petrum Corbonensem ordinis Minorum Pontificem creat. A quo iterum sibi coronam imponi iubet, & sibi mutuo falsæ dignitatis falsi sunt auctores. Hunc Corbonensem pontificem Pisani, apud quos eum imperator in Germaniam transiens reliquerat, capiunt: & ad Iohannem pontificem tūc Auinione agentem mittunt, apud quem seu temeritatem seu errorem confessus atq; mortem deprecatus, donec honesto carcere triduo post interiit. Ludouici Philippus regis filius regnat Fræcis annis duobus & mensibus tribus. Huic succedit Iohannes filius eius puer, diebus xx. post quem Philippus Ludouici frater annis quindecim. Deinde regnat Carolus filius Philippi annis sex. Auinione moritur Ioannes pontifex, anno ætatis suæ xc. qui reliquit decies centena xxviii. nec legitur alijs temporibus Romana ecclesia fuisse locupletior. Christiani Turcas superant, & Smyrnam capiunt.

Carolus Bohemus Iohannis Lutzenburchi filius imperat annis xxx. III. Imperij competitor strenuos habuit, Eduardum Britannicum & Guntherum Suartsenburgum, Romæ solenni celebratione inunctus ab Innocentio x. summa tranquillitate Imperij insignia accipit. Pragæ ciuitatem unam omnium maxime coluit ac studijs celebrem reddidit, circa Imperij res indiligētiore paulo. Hic auctor fuit tabularum Imperialium, quam bullam auream uocant, in qua continentur ceremoniæ, quibus utuntur principes electores ad regem ac Imperatorem Romanum creandum. Statuit quoq; ne quisquam ad electionem Imperatoris admitteretur, qui non esset litterarum atq; linguarum peritus, ut quiret legatis amicis simul atq; hostibus, quem admodum Mitridates faciebat, ipse respondere. Idem decies centena milia obtulit principibus Germaniæ: ut unanimitè regem facerent filium suum Vincislaum, qui regnauit cum patre annis octo. Sub hac tempestate regio cœli inter occidentem & Septentriones magno incendio arsit, quod cum magno murmure atq; horribili spectaculo longe lateq; per uniuersum cœlum est sparsum, eisdē noctibus ad quatuor mēses flagrante comera. subsecuta pestis per totum orbem longe funestissima. Urbanus pontifex uir natura inquietus, sex simul cardinales Nuceriæ necat. Patribus indignè eam crudelitate ferentibus, electus fuit alius Pontifex nomine Clemens: itaq; duobus assumptis Pontificibus principum schismatis, quod durauit ad nouem & triginta annos.

Vincislaus proximi Caroli filius imperium tenuit annis xx. III. Hic à patre degenerat, nihil Imperatore dignum egit, nisi quod monachum quendam Bombardarū iuuentorem capite punxit, ad luxum & lasciuiam composuit. Qui dum negligentia sua res Imperij delabi sinit, primum ab Bohemis carcere custoditur, quo se paucis mensibus liberat, paulo post iterum à fratre Sigisfundo Hungarorum rege captus, Alberto Austriæ duci custodiendus traditur. Viennæ in Palatio: sed & hinc custodum negligentia elapsus, rursus regnum arripit. Cæterum cum ab innta sua prauitate non decedit, electores facta sibi à Pontifice copia, Imperium ei solenniter abrogant, atq; Rubertum Palatinum inuitum regem deligunt, quem ciuitates imperiales præter Norrenbergam agnoscunt: hi enim iureiurando obstructi erant Vincislao, quo tamen postea soluuntur, datis denis milibus aureorum solidorum Vincislao. Hac tempestate Hulsitarum rabies modicis inijs ad summam insaniam maxima hominum clade peruenit.

Rupertus Imperator Vincislao imperio publice abrogato annis decem imperat. Tamburlanus apud Tartaros humilitate & obscuris parentibus ortus, primum præfectus militibus, deinde dux suorum factus maximis crudelissimisque cœdibus nulli ætati aut sexui parcens, plurima oppida Sarmatiæ, Asiæ, ludææ, Aegypti expugnat, iram Dei in terras esse se missam prædicans.

Habuit

tulit. Pontifices duo eodem tempore, qui deponuntur Pisis per concilium assumpto Iohanne Cretensi ad Pontificatum Parisiis necantur per plebis seditionem studentes, & clerus ad duo milia.

Sigismundus Caroli IIII. filius alter, Hungariæ atq; Bohemiæ rex, Francfurdia Imperator de signatur à principibus electoribus: uaria fortuna annis imperat xxxvii. Constantiense conciliū celebratur per triennium ingenti principum ac prælatorum frequentia. Iohannes pontificatu sese abdicauit. Similiter & Gregorius, qui ante Pisanum concilium pontifex factus fuerat, benedictus uerò qui sese constanter autoritate concilij pontificem affirmabat, damnatur. Hirsitarum hæresis per id temporis in Germania, furoribus ac cædibus hominum supra quam credi possit per uicinas regiones acta debachatur, primo authore Iohanne Hus, qui aduersus decretum Romanæ ecclesiæ Eucharistiæ sacramentum populum sub utraq; specie summere iussit, quo sublato per concilium, aduersus clerum summa uir armantur Hirsitarum partes: deinde in omnes, qui eorum dogma recipere nollent, primum proxima quæq; deinde uicinarum regionum oppida plurima cædibus & incendijs crudelissimè depopulati sunt. Aduersus hos semel atq; iterum infeliciter pugnatum: tandem auxilio eorum qui in Bohemia hæreticum dogma non assumpsērāt, superantur. In hac hæresi extirpanda, multa hominum milia utrinq; ceciderunt. Comera magnus sub finē imperij Sigismundi apparuit, Leodienses ciuili discordia & magnis seditionibus æstuant.

Albertus mortuo Sigismundo qui & Hungariæ regnum obtinuit, rex primum eligitur, sic poscente bello Turcarum, qui magnis uiribus in Hungaros eruperant. Paulopost imperator factus, intra biennium morbo ex itinere (dum aduersus Turcas proficiscitur) contracto, non procul à Vienna moritur in pago. Iudæis recusantibus fidem Christi suscipere, utraq; Pannonia interdicitur. Florentiæ concilium factum, in quo Græci, Armenij, Indi, Græcorum imperator, de sancto spiritu iterum cum Romana ecclesia unitatem redintegrarunt, clari in hoc concilio habentur Ambrosius Camaldulensis, & Nicolaus Euboicus uterq; Latine & Græce perdoctus, & omnibus bonis disciplinis ornatus.

Fredericus Austriæ dux, post Albertum imperat annis LIII. magna uirtute multisq; ingenij dotibus locupletatus, religiosus in primis, & æquus erga omnes, Hierosolymam religionis causa profectus sacra loca deuoculatus incolumis reuersus est. Coniugem habuit Leonoram regis Portugalorum filiam, forma ac probitate iuxta laudatam, liberos ex ea sustulit Christophorum, morte immatura absumptum, Maximilianum & Margaretam. Principum conuentus in Germania ab eo primum sunt instituti. Multa bella partim ab eo, partim sub eo gesta sunt, imperauit enim diutissime. Bellum aduersus Turcas geritur, in quo supra xxxm. Turcarum perierunt, ex nostris rex Hungarorum ipse Ladislaus, Cardinalis Iulius Cæsarinus, & ipse dux belli à Romano Pontifice emissus. Constantinopolis Romanæ sedis semper æmula, à Mahometo imperatore Turcarum obsesta, & per dies L. summis uiribus oppugnata, & tandem crudelissimis cædibus expugnata. Constantini imperatoris caput è longo stipite supra mœnia collocatum, extra omnem humanitatem atq; misericordiam in quoslibet est sæuitum. Heluetij aduersus gentem peregrinam quandam, quam Delphinus filius Ludouici regis Gallorum eduxit, uario Marte pergenatum est: bellum renouatur inter Hungaros & Turcas, ingenti numero utrinq; cadente. Turca iterum à Rodo magna tamen nostrorum clade pellitur. Frederico mortuo in Lintz, Maximilianus eius filius succedit, qui cum patre imperauit septem annis.

Maximilianus post mortem patris annis imperat xxxvi. Mariam filiam Burgundionum ducis coniugem habuit, ex qua sustulit binos liberos, Philippum huiusce nostri imperatoris Caroli v. patrem, & Margaretam, quæ ex equo delapsa mortua est. Vir ingenio admodum placido, ingeniorum honorum liberalis cultor, prudens ac exquisiti consilij, parcus humani sanguinis, ingenio nihil feroci, sed cunctantiore paulo: bella tamen aduersus Venetos diu gessit. Franciscus à Sickingen genere militari ortus, ciuitates aliquot obsedit, regni (ut creditum fuit) auidus, superatur à principe Palatino, Treuirēsi & Hesso, ictus bombardâ interijt in castro suo ab superioribus obseffus Nansfal. In Dalmatiæ & Pannoniæ finibus magna rusticorum aduersus principes & magistratus eruptio. Erasmus Roterodamus literarum decus primum in Germania, deinde per uniuersum orbem clarus habetur, moritur Basileæ anno domini MDxxxvi. Paulo pontifice Romæ imperante. Martinus Lutherus Saxo monachus Augustinensis aduersus indulgentias Romæ missas, pauca quædam mouens, mox liberius Romano pontifici sese opponit, deinde paulatim plura & maiora ab ecclesia dogmata diu obseruata reprehēdit, nunc per uniuersam Europam tene non incognitus, magna in ecclesia dissensio. Velit Deus ut per spiritum eius concordia ac unitatis largitorē post has dissensioes aliquando in fidei ac religionis unitatem redigamur.

Carolus huius nominis v. Hispaniæ ac Siciliæ rex, &c. Maximiliani ex filio nepos, Francfurdia electus ac huc usq; (qui annus est à Christo nato millesimus quingentesimus trigelimus sextus) annis imperauit xxxvi. à Leone pontifice Imperator declaratus, postea Aquisgranensi solenni principum conuentu inunctus: uir magna animi fortitudine ac ingenij dotibus cumulatus, quem Deus diu imperio suo seruet. Bellum gessit in Gallia Cisalpina maximum ac diuturnum, in quo Franciscus Gallorum rex superatus ac captus, dein datis oblidibus filijs rex ipse dimittitur, ac datis pacis conditionibus, regi sororem suam Imperator sociat uxore. Anno MDxxxi. Turcarum imperator Solimon aduersus Rodum insulam bellum redintegrat, in qua ciuitatem eiusdem nominis post

post grauissimam oppugnationem, magna multitudine hominum utrinque cadentium tandem uincit. Ferdinandus rex Bohemorum ac Hungarorum, Archidux Austriæ, anno MDxxxii. Colonia presentibus principibus electoribus, ac fratre Carolo, rex Romanorum est creatus. Bellum gessit in Pannonia aduersus Ioanem comitem à Vueda, qui Turcarum imperatori adhaesit, quo bello oppida atq; castra munitissima aliquot cepit.

Rusticorum magna eruptio primum apud Pannoniam ac Dalmatiam, deinde per totam ferre Germaniam omnia crudelissimè concursu indies maiore facto ex hominum colluue, multis terror incussus, donec principibus mutuo sibi auxilia præstantibus, immisso exercitu ualido, obruerentur.

Imperatoris exercitus Italiam obsidens annis aliquot, duce Borbonio (quem nuper Franciscus Gallorum rex à se ob dissensionem dimiserat) Romam capit, atque omnia insolenter deprædatur, cruciatibus, cædibus passim inhumaniter grassans, captus ipse Pontifex hoc bello, à quo tamen postea Carolus imperij insignia accepit.

CATALOGVS CAESARVM ATQVE IMPERATORVM ROMANI IMPERII, EX Eusebio, Hieronymo, Prospero, Palmerio, diligenter desumptus.

Table with columns: Anni Domini, Numerus Impetorum, Nomina, Anni Imperij, Menses, Anni Domini, Numerus Impetorum, Nomina, Anni Imperij, Menses. Lists Roman emperors from Julius Caesar to Probus with their respective reign dates and durations.

Table with columns: Anni Domini, Numerus Imperatorum, Nomina, Nomina, Numerus Imperatorum, Anni Domini, Menses, Anni Imperii, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini, Menses, Anni Pontificii, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini.

Table with columns: Anni Domini, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini, Menses, Anni Pontificii, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini, Menses, Anni Pontificii, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini.

CATALOGVS OMNIVM SVMMORVM PON-

TIFICVM, EX EVSEBIO, HIERONYMO, PRO-

spero, & Palmerio desumptus: cum annorum ac mensium additione usq; ad Pium III.

Table with columns: Anni Domini, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini, Menses, Anni Pontificii, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini, Menses, Anni Pontificii, Numerus Pontificum, Nomina, Nomina, Numerus Pontificum, Anni Domini.



Annus Domini.	Numerus Pontificum.	Nomina.	Menses.	Annus Pontificij.	Numerus Pontificum.	Nomina.	Menses.	Annus Pontificij.	Numerus Pontificum.	Nomina.	Menses.
1048.	157.	Clemens II.	1.	0.	1277.	195.	Nicolaus III.	3.	9.		
1049.	158.	Damasus II.	0.	1.	1283.	196.	Martinus IIIII.	4.	2.		
1049.	159.	Leo IX.	5.	6.	1287.	197.	Honor. IIII. Rom.	1.	0.		
1054.	160.	Victor II.	2.	8.	1288.		Vacat VI.	0.	10.		
1059.	161.	Stephanus IX.	0.	10.	1289.	198.	Nicol. IIII. Longo.	4.	2.		
1059.	162.	Benedictus X.	0.	9.	1292.		Vacat VII.	2.	3.		
1060.	163.	Nicolaus II.	3.	0.	1294.	199.	Celestinus V.	0.	5.		
1063.	164.	Alexander II.	11.	8.	1294.	200.	Bonifacius VIII.	8.	9.		
1074.	165.	Gregorius VII.	12.	0.	1304.	201.	Benedictus XI.	0.	9.		
1086.	166.	Victor III.	2.	9.	1305.		Vacat VIII.	2.	0.		
1089.	167.	Vrbanus II.	12.	4.	1306.	202.	Clemens V.	8.	5.		
1100.	168.	Paschalis II.	18.	5.	1315.		Vacat IX.	2.	3.		
1118.	169.	Gelasius II.	7.	0.	1317.	203.	Ioannes XXII.	18.	4.		
1119.	170.	Calistus II.	6.	0.	1335.	204.	Benedictus XII.	7.	0.		
1125.	171.	Honorius II.	5.	2.	1342.	205.	Clemens VI.	12.	0.		
1130.	171.	Innocentius II.	12.	8.	1354.	206.	Innocentius IX.	10.	0.		
1144.	172.	Celestinus II.	0.	5.	1364.	207.	Vrbanus V.	8.	0.		
1144.	173.	Lucius II.	0.	11.	1372.	208.	Gregorius XI.	7.	5.		
1145.	174.	Eugenius III.	8.	7.	1380.	209.	Vrbanus VI.	11.	8.		
1153.	175.	Anastasius IIII.	1.	5.	1391.	210.	Bonifacius IX.	14.	9.		
1155.	176.	Hadrianus IIII.	4.	10.	1406.	211.	Innocentius VII.	2.	0.		
1160.	177.	Alexander III.	22.	0.	1408.	212.	Gregorius XII.	2.	7.		
1182.	178.	Lucius III. Thuse.	4.	2.	1411.	213.	Alexander V.	11.			
1186.	179.	Vrbanus IIII. Longob.	2.	0.	1412.	214.	Ioannes XXIII.	5.	10.		
1188.	180.	Gregorius VIII.	2.	0.	1417.		Vacat X.	2.	6.		
1188.	181.	Clemens III. Rom.	3.	5.	1419.	215.	Martinus V. Rom.	13.	3.		
1192.	182.	Celestinus III.	6.	8.	1433.	216.	Eugen. IIII. Venetus.	16.	0.		
1199.	183.	Innocentius III. Cap.	17.	0.	1448.	217.	Nicolaus V.	8.	0.		
1216.	184.	Honorius III. Rom.	10.	2.	1456.	218.	Calixtus III.	3.	3.		
1227.	185.	Gregorius IX.	14.	0.	1459.	219.	Pius II. Senensis.	6.	0.		
1241.	186.	Celestinus IIII.	17.	0.	1465.	220.	Paulus II. Venetus.	7.	1.		
1248.		Vacat	1.	9.	1472.	221.	Sixtus III. minor.	13.	0.		
1243.	187.	Innocentius IIII.	11.	3.	1485.	222.	Innocentius VIII.	7.	11.		
1254.		Vacat II.	2.	0.	1493.	223.	Alexander VI. Hispan.	11.	0.		
1256.	188.	Alexand. IIII. Camp.	6.	6.	1503.	224.	Pius III.	10.	27.		
1262.	189.	Vrbanus IIII. Gallus	3.	1.	1503.	225.	Iulius II. Ligur.	10.	0.		
1265.		Vacat III.	0.	5.	1513.	226.	Leo X. Florentinus	9.	0.		
1266.	190.	Clemens IIII.	3.	9.	1522.	227.	Hadrianus VI. Bata.	1.	7.		
1270.		Vacat IIII.	2.	0.	1523.	228.	Clemens VII.	11.	0.		
1272.	191.	Gregorius X.	4.	0.	1534.	229.	Paulus III. Rom.	11.	1.		
1276.	192.	Innocentius V.	0.	6.	1549.	230.	Iulius III.	23.	0.		
1276.	193.	Hadrianus V.	0.	1.	1554.	231.	Marcellus II.	11.	21.		
1276.	194.	Ioannes XXI.	0.	8.	1554.	232.	Paulus IIII.	4.	2.		
1277.		Vacat V.	0.	6.	1558.	233.	Pius IIII.				

LIBRI DE SEX AETATIBVS MVNDI, FINIS.

VENE

VENERABILIS BEDAE Presbyteri, Anglofaxonis, de Temporibus, Liber.

ARGVMENTVM IN LIBRVM BEDAE DE TEMPORIBVS.

**S**UPERIORE libro de mundo & principis eius partibus, breuib; ac perspicuis rudimentis, in Cosmographia lector institutus est, quandoquidem ad temporu ac historiaru cognitionem quibus hoc argumentum est destinatum, ea disciplina parascue est. Hoc autem uolumine quod de temporibus inscribitur, temporum partes, species & discrimina cursim tantum exponit, praecedente enim idem argumentum copiosius tractat. Ordinis enim fuit & quidem secundum naturam, ut posteaquam temporis causant unde proueniat, id est, mundum, explicasset, nunc de effectibus & consequentibus oratio institueretur, quae quia praecedenti libro fusius traduntur, explicationem locorum difficultum illi argumento reseruauimus.

TEMPORIS DIVISIO. CAPVT I.

**T**EMPORA momentis, horis, diebus mensibus, annis, seculis & aetatibus diuiduntur. Momentum est minimum atq; angustissimum tempus, a motu si derum dictum. est enim extremitas horae in breuib; interuallis, cum aliquid sibi cedit atq; succedit. Hora graecum nomen est, & tamen latinum sonat: ora enim finis est temporis, sicut & ora sunt fines maris, fluminum, uel fluminum. Constat autem hora quatuor punctis, decem minutis, quindecim partibus, XL. momentis. Et notandum propter errorē cauendū, quod computus partim natura, partim auctoritate uel consuetudine, nitatur: natura, ut annum communem duodecim menses lunares habere: consuetudine, ut menses triginta diebus computari auctoritate, ut hebdomadam septem ferijs consistere.

GLOSSAE SVPER LIBRVM BEDAE PRESBYTERI, De temporibus: incerti auctoris. Cap. I.

**T**empora dicuntur a temperamento, quod se inuicem temperent calore & frigore: momentis, horis, diebus, mensibus, annis, seculis, aetatibus. Seculis, scilicet unius hominis. Seculum secundum quosdam sunt ducenti & uiginti anni: sed Seruius dicit, uniuscuiusque hominis aetatem uel uitam secundum posse dici. Beatus Ieronimus sic dicit in libro Hebraicarum quaestionum: Non igitur humana uita, ut multi errant, in centum uiginti annis contracta est, siquidem inuenimus quosdam post diluuium Abraham uixerit annos centum septuaginta quinque, & ceteri amplius ducentis & trecentis annis.

**Sol cedit.]** Sol cursum suum agendo & cedit & succedit sibi. Cedit quidem, dum ab uno in alterum sui circuli transit locum: succedit autem, dum eiusdem semper partes quasi sese sequendo recurrit. Vel cedit, dum prima pars est, uenit ultima. Siue cedit in ascendendo usq; ad meridiem: succedit in descendendo usq; ad occasum.

**Breuib; interuallis.]** Breue interuallum est de momento ad aliud momentum.

**Cum aliquid.]** Id est, aliquod sidus, ubi soli cedit ab hominibus: id est, cum locum dat atq; succedit aliquod sidus hominibus, non ut transeat, sed tantum se moueat.

SCHOLIA IN CAPVT I. BEDAE PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

**H**ora graecum nomen est.] Graecum aspiratur, latine uero ora, quae non tempus significat, sed spacia cuiusque aut magnitudinis extremitatem ut locorum regionum uestium etiam, leuem, habet: non igitur idem est, spiritu namq; distinguitur Graecum & Latinum. Horas autem Graeci uocant quatuor anni trimesτρια spacia nota uulgo uer, aetatem, autumnum & hyemem, quas partes auctor est Eustathius Homerum intelligere in Iliade, ubi quatuor decas horas introducit, quarum duae caelum aperiant, reliquae claudant. Aperitur autem caelum, ut tradunt & physici, & probat Aristoteles lib. 2. de Generatione & corruptione, a bruma usq; ad solstitium, quod tempus est generationis: clauditur uicissim a solstitio usq; ad brumam, quod tempus uocant corruptionis. Tercio enim hoc tempore sol deccedit: sed uulgatiore significatione temporis momentum quoddam significat diei civilis partem, uel quartam scriptores aequinoctiales uocant, & sunt toto anno aequales, quae dum sunt, oritur mundi senectus, id est, aequinoctium: quarta pars alia diei naturalis, quae a nocte distinguitur, partem significat duodecimam, haec sunt inaequales. aetate namq; longe sunt huius generis horae, hyberna itaq; nox quia prolixa est, nocturnas habet longiores horas.

Bedae tom. 2.

S 2

DE

## DE DIE. CAPVT II.

**D**ies vulgaris est solis præsentia super terras, qui proprie **XXIII**. horis impletur. Hunc Hebræi, Chaldæi & Persæ inter duos solis exortus: Aegyptij inter duos occasus numerant: Romani à medio noctis in medium. Umbri & Athenienses à meridie computant ad meridiem. Moses autè à mane usq; ad mane unū diē appellat: sed Dominò surgente uespera sabbati, luce scēbat in primam sabbati, ut homo de luce lapsus in tenebras, deinceps à tenebris rediret ad lucem.

SCHOLIA IN CAPVT II. BEDÆ PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

**D**ies vulgaris est solis. *Diem hunc uulgo artificialem improprie nominant: alij, ut iam sumus sepius testati, naturalem: nomen certè habet à Ioue, quem Græci Δία uocant, intelligunt autem phisici Iouis nomine solem, ueluti ex notissimo Orphei & Ennij uersiculo constat, atqui sol est auctor diei.*

Hæc Chaldæi & Persæ inter duos solis exortus. *De uario dierū initio uide Celliū, & Celij lectiōes antiquæ.*

## DE NOCTE. CAPVT III.

**N**ox, est solis absentia terrarum umbra conditi, mortalibus ad requiem facta, ne opere diutino auida deficeret humanitas: ubi rigidior, ibi & ad opera minuenda membra fouenda prolixior. Cuius partes sunt septem: Crepusculum, id est, dubia lux inter lucem & tenebras. nam creperum, dabium dicimus. Vesperum, apparente stella huius nominis. Conticinium, quando omnia silent. Intempestum, quod est medium & inactuofum noctis tempus. Gallicinium, quando gallus resonat. Matutinum, inter abcessum noctis, & auroræ aduentum: & diluculum, quasi iam incipiens parua diei lux, hæc & Aurora, solem præcedens.

SCHOLIA IN CAPVT III. BEDÆ PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

**Nox est solis absentia.** *Nox è græca dictione est literæ unius mutatione. Græcè enim νύξ noctem significat, hunc Aristoteles definiit primo libro  $\tau\epsilon\tau\alpha\rho\upsilon\omega\upsilon$ ,  $\sigma\kappa\iota\omega\upsilon$  &  $\lambda\gamma\eta\varsigma$ , id est, umbram terræ, necesse namq; ut ex phisica atq; optice constat, corpore in lumine posito umbram fieri in aduersa lucis regione. Itaq; dum sol infra finitorem (quem Græci horizonta uocant) de currit, necesse est umbram terræ latè per aera aspergi celo, non autem penetrare usq; ad ultimum caelorum, ut docent Astrologi & phisici, est aut umbræ hic, quod ad figuram atinet, metæ similis seu pyramida, de qua re uide schemata quædam superius descripta, ubi hæc ipsa copiosius.*

**Mortalibus ad requiem facta.** *Nox rebus agendis inepta est, ob id quidam à nocendo dictam scribunt, faciunt poetæ hanc Terræ prolem (cuius ratio deprehenditur ex his quæ modo diximus) hæc statim genuit  $\nu\pi\upsilon\upsilon\gamma\epsilon$   $\delta\alpha\upsilon\alpha\zeta\upsilon$ , id est, Somnum & Mortem germanos fratres: tum quia nox somnū conciliat, qui amidium uitæ hominibus aufert, hoc est semimortuos reddit, lepide itaq; excogitatum mortem fratrem esse somnum, ut apud Senecam in tragœdia: *Dixit frater languidæ mortis.**

**Vbi nox rigidior.** *Frigidis somnus producit, calidis autem conciliatur, uide Aristotelem in libello de Somno & uigilia. Itaq; natura pronissimè est, ut hybernæ noctes æstiuæ sint longiores & eo quidem magis, quo regio ipsa septentrionibus extra solis uiam propius subiecta est, ueluti Britannia noctem brumalem habet horarum **XVII**. Germania **XVI**. Italia uerò **XV**. Hybernia autem **XXIII**. Porro Thyle, quæ terrarum ultima est, mensibus pluribus una nox durat, sed uicissim in his solstitiales dies totidem horas perdurant, itaq; lucis & tenebrarū ratio in omnibus regionibus æqualis est, facta inter sese collatione æqualiū & in æqualiū.*

**Apparente stella huius nominis.** *Hæc Veneris stella est, quæ dum solem sequitur, & sub noctem in occasura cæli parte cernitur, uesper & hesperus, & uesperugo dicitur: si uerò idem sidus mane solem anteuertat, lucifer & Græcè phosphoros dicitur, omnium stellarum quæ in celo sunt maxima ac luculentissima, umbram enim reddit tanto luna minorem, quantum ipsa solis umbra uiuicitur.*

## DE HEBDOMADA. CAPVT IIII.

**H**ebdomada septem diebus constat, octauus autem dies idem primus est, ad quem reditur, & eoq; rursus hebdomada orditur. His nomina gentilitas à Planetis indidit, habere se credentes à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium & linguam, à Ioue temperantiam, à Venere uoluptatem, à Saturno tarditatem. Sed Syluester Ferias appellare constituit, primum diem Dominicum nuncupans, imitatus Hebræos, qui primam sabbati, secundam sabbati, & sic cæteros à numero nominant: apud quos hebdomada totidem etiā annis peragitur: qui hebdomadam quoq; hebdomadarum in diebus similiter habebant & annis, quinquadagimam diem Pentecosten, annum uerò Iubileum, id est, libertatem uocantes.

SCHOLIA IN CAPVT IIII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

**Et dicitur seu dicitur & hebdomada** (tot enim modis dicitur) tempus est septem dierum, unde & nomen habet etiam apud Latinos, nam septimanam uocamus. Quos non ex conuersione astrorum, unde reliqua serè colliguntur, sed auctoritate Dei (qui seculum auctum,

diebus, ut antè dictum est, mundi creationem compleuit, & septimo quieuit) primum Iudæi ordinarunt, quorum sex uacationibus rerum profanarum tribuerunt, septimum religioni & quieti, unde sabbatum dictum est. Quod inde gentiles & Christiani, diuersa tamen ratione sunt imitati, & primum quidem à sabbato diem, primam sabbati, deinde sequentem secundam sabbati: & ita deinceps, pro quibus ecclesia uitur feriarum ordine. Nam religio uetuit hos dies gentilitijs dijs inscribere, quales sint, dies Veneris, Martis, &c. De cuius facti ratione alibi est dictum copiosius.

His nominibus gentilitas à planetis indidit. *De affectionibus corporalibus, quas poetæ largiuntur nascentibus, si scire cupis exactè, lege Pontani de rebus cælestibus librum quartum.*

## DE MENSE. CAPVT V.

**M**ensis lunaris incremento lunæ senioq; conficitur, dum **XXIX**. & semis diebus paulò plus quàm Zodiacum peragit: sed facilitas computandi trigenis & undetrigenis diebus lunæ menses alternat. Solaris aut mensis **XXII**. horis est amplior, ex quibus **XI**. epactarum dies accre scit, quibus sol lunæ cursum singulis annis exuperat. Duodecies enim uiceni & bini **CCCLXIII**. faciunt, & undecies uiceni & quaterni eundem numerum complent. Sed Hebræi menses à luna nascente, Romani à Calendis incipiunt, Aegyptij à quarto die Calendarum Septembrium, usq; in nonum Calendarum earundem, **XXX**. diebus suos menses putantes: residuos uerò dies intercalares appellant. Qui primi ad solis cursum menses terminare ceperunt, ne lunæ uelocior & dubius cursus impedimentum calculandi eis faceret.

SCHOLIA IN CAPVT V. BEDÆ PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

**Dum XXIX. diebus & semis paulò plus quàm Zodiacum peragit.** *Rectè dictum, Paulò plus, Nam hoc dierum numero signiferum integrum permittitur, & duodecimam eius serè partem. Mensis enim est, non dum luna ad eandem partem signiferi, unde præcedente mense exibat, reuertitur: sed quod est inter duos eius à sole synodos, Latini cætus uocant. Præcedenti autem libro de mensibus nostris & peregrinis plura differuimus.*

## DE MENSIBVS ROMANORVM. CAPVT VI.

**R**omani auctore Romulo **X**. mensibus annum ordinatum agebant, diebus **CCCIII**. qui primum mensis genitori suo Marti dicauit: secundum ab apertione frugum nominauit Aprilē: tertium Maiæ matri Mercurij: quartum Iunoni sacrauit: Quintili & Sextili, qui nunc à natiuitate Iulij Cæsaris, & Augusti triumpho nuncupantur, & cæteris sequentibus à numero nomē imposuit: quorum initia Calendas appellauit, quia tunc calata, id est, uocata in Capitolium plebe, dicto quinquies uel septies uerbo calo, id est, uoco, quot dies superessent ad Nonas pronunciabatur. Nonas autem, quod nono ante Idus die confluere in urbem, scitaturi quid esset eo mense faciendum. Porro Idus diem qui medium diuidit mensē: iduare enim Hetrusca lingua diuidere est. His Numa duos menses adiciens, Ianuarium à Iano, Februarium à Februo deo Iustrationum nominando, **CCCLIII**. diebus annum ad cursum lunæ disposuit, quem Iulius Cæsar undecim diebus adiectis, sicut hodie seruat, instituit.

SCHOLIA IN CAPVT VI. BEDÆ PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

**Romani auctore Romulo.** *Romulus quòd sic prima gentis suæ conditio exegerit, disciplina militaris studiosior fuit, quàm rerum cælestium, quemadmodum peruulgato Ouidij uersiculo inest: Scilicet arma magis quàm sidera Romule noras. Trahauit hoc argumentum copiose Macrobius in Saturnalibus. Porro Quintilis, Sextilis, September, October tantū à numero dicitur, nam propter uocabuli formam apposita sunt syllabæ *tilis* & *ber*, nihilo plus significantes quàm in medullis Tullius.*

**Secundum ab apertione frugum Aprilē nominant.** *Alij malunt deducere à Venere, quæ Græcè Aphrodite nuncupatur, estq; hic mensis Veneris, quod & astrologi docent. Nam Taurus, in quem mense Aprilis sol transitum facit, domicilium est Veneris.*

**Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est.** *Sic & Festus docet & Macrobius, unde adhuc manserunt uidiuus & uidiua, quasi diuisi à coniugibus.*

## DE SOLSTITIO ET AEQUINOCTIO. CAPVT VII.

**S**olstitia & æquinoctia bina putantur, **VIII**. Calend. Ianuarij & Iulij, Aprilisq; & Octobris, octauis scilicet partibus Capricorni & Cancri, Arietis & Libræ. Sed æquinoctialis dies omni mundo æqualis est. Vario autem lucis incremento in Meroe longissimus dies **XII**. horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligit: Alexandria uerò **XIII**. horas: in Italia **XV**. in Britannia **Bedæ tom. 2.**

tannia xvii. Vbi æstate lucidæ noctes haud dubiè testantur, id quod cogit ratio credi: solstitij diebus accedente sole propius uerticem mundi, angusto lucis ambitu subiecta terræ continuos dies habere senis mensibus, noctesq; è diuerso ad brumã remoto, quod fieri in insula Thyle Pythias Masiliensis scribit, sex dierum nauigatione in Septentriones à Britannia distante.

SCHOLIA IN CAP. VII. BEDÆ PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

Octauo Calendas Ianuarij & Iulij. Ciceronis etate alia fuit ratio solstitiorum & æquinoctiorum: nunc enim propter motum firmamenti, seu noni orbis tardius proueniunt. Quod autem scribitur, temporum momenta prouenire in octauis partibus signorum, cum concordi sententia omnium astrologorum, hæc eueniant in primis signorum partibus, referendum est ad ueterem partium computationem: aliter enim partiti sunt signa ueteres, de qua re eruditè differt Zieglerus in Commentarijs super secundum Plinij.

Sed æquinoctialis dies omni mundo æqualis est. Extat huius rei demonstratio in Phenomenis Euclidis de Conuersionibus spherarum. Omnes enim in sphaera circuli maximi secant sese in duas partes æquales, ueluti Horizon & æquator: reliquos uero circulos, quos sol mundi ambitum describit, in æqualiter Horizon diuidit præterquam sub æquinoctiali. De dierum & noctium uario incremento libro superiore actum demonstrationibus aliquot: & rursus libro de Natura rerum, de gnomonicis & rationibus umbrarum.


DE TEMPORIBVS. CAPVT VIII.

Tempora sunt uices mutationum, quibus sol accedendo uel recedendo anni temperat orbem. Hyems enim illo longius morante, frigida est & humida: uer, illo redeunte, humidum & calidum: æstas uerò, illo superferente, calida & sicca: autumnus, illo decedente, siccus & frigidus. Hæc autem antiqui septimo die ante Idus Februarias, & Maïas, Augustasq; & Nouembres inchoabant, ut solstitia & æquinoctia in medio essent temporum. Ver autem orienti comparatur, quia tunc ex terris omnia oriuntur: æstas meridiano, eo quod pars eius calore fragrantia sit: autumnus occiduo, eo quod ob confiniũ caloris & frigoris graues morbos habet: hyems septentrioni, eo quod frigore torpeat.

DE ANNIS. CAPVT IX.

Annus solaris uel ciuilis est, dum sol ccclxv. diebus & quadrante Zodiacum peragit, quæ Romani à bruma, Hebræi ab æquinoctio uerno, Græci à solstitio, Aegyptij inchoant ab autumno. Annus lunaris communis xii. lunis, id est, diebus cccliiii. Embolismus tredecim lunis, & diebus trecentis octuaginta quatuor implètur, à luna paschali sumentes initium. Annus magnus est, dum omnia sydera certis cursibus exactis ad locum suum reuertuntur, quem sexcentis annis solaribus Iosephus dicit impleri.

DIVISIO ANNI



Sit Zodiacus circulus ABΓΔ, in cuius medio sit S quasi terra, per quam duæ lineæ diriguntur: utraq; diametros intelligatur, ab A in Γ, & à B in Δ. Ergo sol accedens ad A, facit unum æquinoctium: & ad Γ, autumnale, ad B autem conuersionem æstiuam, & Γ ad Δ hyemalem.

SCHOLIA IN CAPVT IX. BEDÆ PRESBYTERI, De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

Annus solaris uel ciuilis. Ciuilis apponi solet diebus, non annis, sunt enim dierum alij ciuiles, qui constant spacio diei & noctis uiginti quatuor horarum; alij naturales, qui sunt inter solis exortum & occasum, alias hi anni uertentes dicuntur, ut apud

apud Ciceronem lib. 6 de repub. quod fiant solis conuersione per circulum zodiacum: unde & Græci eadem similitudine ducti, annum ἑξαιετην uocant, quod ueluti in seipsum conuertatur, quæ natura est motus circularis. Verum de magno anno, quem etiam Platonicum uocant, uariæ sunt dictionum sententiæ.

DE BISSEXTO. CAPVT X.

Bisextus ex quadrantis ratione per quadriennium conficitur, dum sol ad id signum, ex quo egressus est, nō in ccclxv. diebus, sed quarta diei parte superadicta reuertitur. Verbi gratia: si nunc æquinoctialem cœli locum sol oriens intrauerit, in hunc anno sequenti meridie, tertio uespere, quarto medio noctis, quinto rursus in exortu recurrens, necessario diem præmonet augendum: ne si forte non addatur, per ccclxv. annos æquinoctium uernale brumali die proueniat. Quem Aegyptij anno suo expleto, id est, iiii. Calendarum Septembrium, Romani vr. Calendarum Martiarum, unde & nomen accepit, interponunt. Breuiori autem & uulgari ratione bisextum retardatio generat solis, non ad eandem lineam per ccclxv. dies plene redeuntis: quem si, uerbi gratia, in æquinoctio uernali, quod iuxta Aegyptios xii. Calendarum Aprilium die prouenit, surgentem à medio orientis diligenter adnotaueris, hunc anno sequenti, die uidelicet eodem, aliquanto inferius oriri, & tertio, quarto, quintoq; anno eandem diminutionem in tantum augeri reperies, ut nisi diem ante superadicias, xi. Calendas Aprilis æquinoctium faciurus sol è medio surgat orientis, eadē scilicet tarditatē cæteris quoq; seruaturus exortibus.

DE CIRCVLO DECENNOVENALI, CAPVT XI.

Cyclum decēnouenalem propter xiiii. lunas paschales Nicæna Synodus instituit, eo quod ad eundem anni solaris diem unaquæq; luna per xix. annos ccxxxv. circumacta uicibus, inerrabili cursu redeat, qui diuiditur in ogdoadas, & hendecadas, hoc est, in viii. & xi. annos. Octo enim annuulares totidem annos solares duobus tantum diebus transcendent: quorum alter ad explementum occurrit hendecadis, alter ratione saltus absumitur, alioqui hendecas solaris uno die transcenderet lunarem. Licet quidam uolenter hos dies ex bissextilis octo annorum supplere nitantur: cum bisextus soleat in mense Februario soli superflusus & lunæ, futuro tempore nihil præiudicare, & ipsi nullum hendecadi bisextum addant. Ut ergo apertius dicam, duo lunæ dies, qui superflui sunt in ogdoade, duos qui desunt in hendecade complent.

DE SALTU LVNÆ. CAPVT XII.

Saltum lunæ locus & hora citior incensionis eius per xix. annos efficit: quamuis enim quidam singulas lunas xxxix. semis diebus computantes, incensiones earum medio diei, & medio noctis semper alternent, non in hoc tamen ueritatem naturæ, sed calculandi facilitatem uel compendium inquirunt. Nam si naturam quæras lunæ primi mensis, quæ nunc in meridie: & secundi, quæ nunc in medio noctis accenditur, anno futuro hora, & uno puncto, & decem momentis, & nonadecima parte unius puncti ante medium diei uel noctis illustratur. Hæc tamen distinctio non ad certum embolismi, uel communis anni terminum, sed ad æquam diuisionem xxx. tendit annorum, sicq; per xix. annos paulatim lunaris accensio sese præoccupando unius diei spaciũ amittens, ultimũ decēnouenalis cycli annum ccclxxxiiii. diebus facit cõputari. Quod si facere negligas, per xv. decēnouales cyclos xv. tibi luna ubi prima putatur, occurret.

CONTINENTIA CIRCVLI EIVSDEM, CAPVT XIII.

Cycli idem paschalis viii. est lineis communitus. Primus ordo continet annos ab incarnatione domini, unius singulis annis augmento crescentis. Secundus indictiones Romanorũ, quæ in se semper xv. annorum cursu reuoluuntur. Tertius Epactas xi. lunares, quæ per singulos annos solares ad cursum lunæ succrescunt, & ad lunam Calendarum quærendam semper adijciuntur positæ xi. Calendas Apriles. Quartus concurrentes septimanæ dies, quæ positæ ix. Calendas Apriles, propter dispendium bissexti necessario xxviii. annis implentur: quarum ratio cogit cyclos decēnouenales xxviii. describi, ut singulæ concurrentes singulos cyclos inchoent, totaq; summa paschalis calculi dxxxii. annis explicetur. Quintus cyclum lunarem, quem tribus annis decēnouenalis præcedit: xix. annis etiam ipse cõprehensus. Sextus xiiii. lunas, quibus ueteres pascha faciebant, quæ à duodecimo Calendas Apriles, usque in xiiii. Calendas Maïas uario discursu uagantes, tempus incensionis ab viii. Idus Martias usq; in Nonas Apriles accipiunt: A xiiii. autem luna usq; ad xiiii. anni sequentis dies sunt cccliiii. si communis annus est. Si embolismus, ccclxxxiiii. Septimo, dies dominicæ Paschæ reperiuntur ab xi. Calendarum Aprilis usq; in vii. Calēdas Maïas, ob rationē embolismorũ licet extēdi. Ultimo ordine luna festi paschalis à xv. usq; in xxxi. propter diē dominicũ uariata: \*adiferunt enim saltus noctē, addit uerò ætatē, quæ per omnē cyclũ adoleuit. Sed in hoc nox adimitur, quod

quod ante luna deficit, quod putatur, naturaliter uerò nox ipsa perseverat, quæ nox initium est futuri anni, & cycli incipientis exordium: propter quod idem ultimus annus Epactas XVIII. tunc retinens, primo anno non XI. ut in cæteris annis fieri solet, sed XII. dies accommodat. Et quia XXX. dierum sine reuoluuntur, nulla Epacta in principio cycli ponitur.

SCHOLIA IN CAP. XIII. BEDÆ PRESBYTERI,  
De temporibus: auctore Ioanne Nouiomago.

*Reddatur hic ratio illorum indicum, qui libro ultimo ad finem sunt adiecti, qui constant annis DXXXII. quibus exactis omnia redeunt eadem ut sunt ab initio, quemadmodum alibi pluribus dictum est. Reduximus hos circulos in pristinam dignitatem, erant enim in exemplaribus quæ hæcenus fuere in usu supra modum deprauati.*

ARGUMENTA TITULORVM PASCHALIUM.  
LIVM. CAPVT XIII.

SI nosse uis quot sunt anni ab incarnatione Domini, scito quot fuerint ordines Indictionum, ut puta quinto anno Tyberij principis XLVI. hos per XV. multiplica, sunt DCXC. Adde semper regulares XII. quia quarta Indictione secundum Dionysium, Dominus natus est, & Indictionem anni cuius uolueris, utpote in præsentis septimana, sunt DCIIII. Isti sunt anni natiuitatis Domini. Si uis scire quanta sit Indictio, sume annos Domini, & adijce tria, partire per XV. & quod remanserit, ipsa est indictio anni præsentis. Si uis scire quot sint Epactæ lunares, partire annos Domini per XIX. & quod remanet, multiplica per XI. Item partire per triginta, & remanent Epactæ. Si uis scire concurrentes septimanæ dies, sume annos Domini, & eorundem quartam partem adijce. His quoque quatuor adde, quinq; concurrentes fuerunt anno natiuitatis Domini, hos partire per septem, & remanent Epactæ solis. Si uis scire quotus sit annus circuli de cenouenalis, sume annos Domini, & unum adijciens, quia eiusdem anno secundo natus est Dominus, partire per XIX. & quod remanet, ipse est annus cycli decenouenalis. Si uis scire quotus cyclus lunaris est, sume annos Domini, & duo subtrahens diuide per XIX. & quod remanserit ipse est annus circuli lunaris. Si uis nosse bissextilem annum, partire annos Domini per IIII. quantum remanserit, tot sunt anni à bissextile. His ergo ad certum inuentis, facile diem paschæ lunamque reperies. Quod si à præsentis post aliquot annos, uerbi gratia post C. paschæ scire uelis, Epactas tamen, & concurrentes solis dies inuenire sufficit, partire autem centum per XIX. remanent V. Illas ergo scito Epactas centesimo quinto anno futuras. Eodẽ modo centum per XXVIII. diuidens, eas centesimo, quas XVI. anno concurrentes solis inuenies.

DE SACRAMENTO TEMPORIS PASCHALIS.  
SCHALIS. CAPVT XV.

IDEO autem pascha non ad eundem redit anni diem, sicut tempus Dominicæ natiuitatis, quod ibi natiuitatis ipsius memoria tantum solennis habeatur: hic uerò uitæ uenturæ & mysteria celebrentur, & munera capiantur: unde & nomen ipsum Paschæ transitum de morte ad uitam significans, congruum, quoque mysterijs tempus inquiri. Primum ut æquinoctio transceso, tenebræ mortis à uera luce uincantur. Deinde, ut primo mense anni, qui dicitur mensis Nouorum, uitæ nouæ gaudia celebrentur. Tertio, ut resurrectio die tertio facta, & tertio tempore seculi, id est, sub gratia manifesta, cum iam ante legem, & sub lege in prophetico lateret ænigmatè, in tertia lunæ septimana ueneretur, cum & ipsa tunc lunæ conuersio mentis gloriam de terrenis ad cœlestes doceat mutari contuitum. Atque ad ultimum, ut dies Dominica conditione lucis insignis, & triumpho Christi ueneranda, nostra quoque resurrectione nobis optabilis in memoriam reuocetur.

DE MVNDI AETATIBVS. CAP. XVI.

SEX aetatibus mundi tempora distinguuntur. Prima ætas ab Adam usque ad Noe continens generationes X. annos uerò M. DCLVI. Quæ tota perijt diluuiò, sicut infantiam mergere solet obliuio. Secunda à Noe usque ad Abraham generationes similiter complexa X. annos autem CCXCII. Quæ in lingua inuenta est, id est, Hebræa. A pueritia namque homo incipit nosse loqui post infantiam, quæ & nomen inde accepit, quod dari non potest, id est, loqui. Tertia ab Abraham usque ad Dauid generationes XIII. annos uerò DCCXLIII. continens. Et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, Matthæus generationum ex Abraham sumplit exordium, qui etiam pater gentium constitutus est. Quarta à Dauid usque ad transmigrationem Babylonis generationibus æque iuxta Matthæum XIII. annis autem CCCCLXXIII. porrecta, à qua Regum tempora cœperunt. Iuuenilis enim dignitas regno est habilis. Quinta deinde usque ad aduentum Saluatoris in carnem generationibus & ipsa XIII. porro annis DLXXXIX. extenta, in qua ut graui senectute fessa malis crebrioribus plebs Hebræa quassatur. Sexta, quæ nuuc agitur, nulla generationum uel temporum serie certa, sed ut ætas decrepita ipsa totius seculi morte finienda.

CVRSVS

CVRSVS ET ORDO TEMPORVM.  
CAPVT XVII.

PRIMA ergo ætas continet annos iuxta Hebræos M. DCLVI. Iuxta septuaginta interpretes MII CCXLII. Adam annorum CXXX. genuit Seth, qui pro Abel natus est. Seth annorum CV. genuit Enos. Iste incepit inuocare nomen Domini. Enos annorum XC. genuit Cainã. Cainan annorum LXX. genuit Malaleel, qui interpretatur plantatio Domini. Malaleel annorum LXV. genuit Iareth. Iareth annorum CLXII. genuit Enoch, qui est translatus à Deo. Enoch annorum LXV. genuit Mathusalam. Concupiscunt filij Dei filias hominum. Mathusalam annorum CLXXXVII. genuit Lamech. Gigantes nati sunt. Lamech annorum CLXXXII. genuit Noe, qui arcam ædificauit. Noe anno DC. uenit diluuium.

DE SECUNDA AETATE. CAP. XVIII.

SECUNDA ætas continet annos iuxta Hebræos CCVCII. Iuxta Septuaginta Interpretes DCCCXLII. uel adiectio Cainan MLXXXII. Sem anno II. post diluuium genuit Arphaxat, à quo Chaldaei. Arphaxat annorum XXXV. genuit Sale, à quo Samaritæ & Indi. Sale annorum XXX. genuit Heber, à quo Hebræi. Heber annorum XXXIIII. genuit Phalech. Turris ædificatur. Phalech annorum XXX. genuit Reu. Diij primum adorantur. Reu annorum XXXII. genuit Seruch. Regnum Scytharum inchoat. Seruch annorum XXX. genuit Nachor. Regnum Aegyptiorum nascitur. Nachor annorum XXIX. genuit Thara. Regnum Assyriorum & Sicyoniorum exortur. Thara annorum LXX. genuit Abraham. Semiramis condidit Babyloniam.

Chaldaei.  
Samaritæ.  
Indi.  
Hebræi.

DE TERTIA AETATE. CAP. XIX.

TERTIA ætas continet annos DCCCXLII. Abraham annorum LXXXV. uenit in Chanaan. Abraham annorum C. genuit Isaac. Nam primo genuit Ismael, à quo Ismaelitæ. Isaac annorum LX. genuit Iacob. Regnum inchoat Argiuorum. Iacob annorum XC. genuit Ioseph. Memphis in Aegypto conditur. Ioseph CX. annos uixit. Græcia sub Argo segetes habere cœpit. Hebræorum seruitus annorum CLIIII. Cecrops Athenas condit. Moses annis XL. rexit Israel. Lacedæmon conditur. Iosue annis XXVI. Iudices à Mose usque ad Samuel presuerunt annis CCCCV. Othoniel annis XL. Cadmus Thebarum rex Græcas literas inuenit. Aoth annis LXXX. Amphion musicus claruit. Debbora annis XL. Primus Latinis regnat Picus. Gedeon annis XL. Orpheus Linusque musici claruerunt. Abimelech annis III. Iste fratres suos septuaginta interfecit. Thola annis XXIIII. Priamus regnat in Troia. Iair annis XXII. Carmentis Latinas literas reperit. Iepthe annis VI. Hercules se flammis iniicit. Abessan annis VII. Bellum Troiæ decennale surrexit. Achalon annis X. Hic in LXX. Interpretibus non habetur. Labdon annis VIII. Aeneas uenit in Italiam. Samson annis XX. Ascanius Albam condidit. Heli annis XL. Regnum Sicyoniorum finitur. Samuel & Saul annis XXXII. Lacedæmoniorum regnum exortur.

DE QUARTA AETATE. CAP. XX.

QUARTA ætas continet annos iuxta Hebræos CCCCLXXIII. Translatores Septuaginta XII. adijciunt. Dauid annis XL. Carthago à Didone conditur. Solomon annis XL. Qui templum ædificauit anno CCCCLXXX. egressionis ex Aegypto. Ex quo apparet Samuel & Saul XXXII. annis, non XL. præfuisse. Roboam annis XVII. Regnum Israel & Iuda diuiditur. Abia annis III. Pontifex Abimelech insignis habetur. Afa annis XL. Hic prophetes occiditur ab Afa rege Israel. Iosaphat annis XXV. Helias & Abdias Michæasque prophetant. Ioram annis VIII. Edom defecit à regno Iudæ. Ochozias anno I. Helias rapitur. Ionadab filius Rechab sacerdos claruit. Athalia annis VI. Ioas annis XL. Zacharias Ioada filius lapidatur. Amazias annis XXXIX. Amos propheta in Israel. Ozias annis LII. Assyriorum regnum in Medos transfertur, quod à Bely principio steterat, annis M. CCCV. Ioathan annis XVI. Ozee, Iohel, Esaiasque prophetant. Achaz annis XVI. Roma conditur, & Israel in Medos transfertur. Ezechias annis XXXIX. Romulus centum Senatores constituit. Manasses annis LV. Numa duos menses adiecit. Amon annis II. Tullius in republica censum egit. Iosias annis XXXI. Thales physicus claruit. Ioachim annis XI. Huius anno tertio Nabuchodonosor Iudæam cœpit. Sedechias annis XI. Templum Hierosolymitanum incensum est.

DE QUINTA AETATE. CAP. XXI.

QUINTA ætas continet annos DLXXXIX. Hebræorum captiuitas annis LXX. Iudith historia conficitur. Darius annis XXXVI. Huius secundo anno templum Hierosolymis extruitur. Primus autem regni eius inter septuaginta annos captiuitatis Iudæicæ concluditur. Xerxes annis

nis xx. Herodotus historiographus agnoscitur. Artabanus mensib. vii. Socrates nascitur. Artaxerxes annis xl. Esdras legem, Neemias Hierosolymam restaurat. Darius, qui & Nothus, annis xviiii. Plato nascitur. Artaxerxes annis lx. Hester historia cõpletur. Artaxerxes, qui & Ochus, annis xxvi. Demosthenes, & Aristoteles prædicatur. Xerxes Ochi filius annis liiii. Xenocrates claruit. Darius annis vi. Hucusq; regnum Persarum, dehinc Græcorum. Alexander annis v. Nam vii. eius anni cum Persarum regibus supputantur. Ptolemæus Lagi filius annis xl. Machabæorum liber inchoat. Primus Philadelphus annis xxxiiii. Septuaginta interpretes claruerunt. Euergetes annis xxvi. Iesus sapientiæ librum composuit. Philopater annis xvii. Machabæorum liber secundus inchoat. Epiphanes annis xxxiiii. Romani Græcos obtinuerunt. Philometor annis xxxv. Hunc Antiochus superans Iudæos oppressit. Euergetes annis xxxix. Brutus Hispaniam subegit. Soter annis xvi. Varro Ciceroq; nascuntur. Alexander annis x. Syria per Gabinium ducem subijcitur Romanis. Ptolemæus Cleopatæ filius annis v. Salustius historiographus nascitur. Dionysius annis xxx. Pompeius Iudæam cepit. Cleopatra annis xxxii. Hucusq; regnum Græcorum, nunc Romanorum. Iulius Cæsar annis v. Ab hoc Cæsares appellati.

DE SEXTA ÆTATE. CAPVT XXII.

Sexta ætas continet annos præteritos dccviii. Octavianus annis lvi. Huius anno xlii. Dominus nascitur, completis ab Adam annis iiii m dccc clv. Iuxta alios vmcxcix. Tiberius annis xxiiii. Huius anno xviii. Dominus crucifigitur. Gaius annis quatuor. Mattheus Evangelista scribit. Claudius annis tredecim. Petrus Romam, Marcus Alexandriam petit. Nero annis quatuordecim. Petrus & Paulus cruci gladioq; traduntur. Vespasianus annis x. Huius secundo anno Hierosolyma subvertitur. Titus annis ii. Hic sacundus & pius fuit. Domitianus annis xvi. Ioannes in Pathmon relegatur. Nerua anno i. Ioannes Apostolus Ephesum rediens Evangelium scripsit. Traianus annis xix. Simon Hierosolymorum episcopus crucifigitur, & requiescit Ioannes Ephesi. Hadrianus annis xxxi. Aquila interpres habetur. Antoninus Pius annis xxxii mensibus quatuor. Valentinus & Marcion agnoscuntur. Antoninus minor annis xix. Caraphrygarum hæresis exoritur. Commodus annis tribus. Theodotus interpres habetur. Aelius Pertinax anno i. Seuerus Pertinax annis octodecim. Symmachus interpres habetur. Antonius Caracalla annis vii. Quinta æditio Hierosolymis inuenitur. Marrianus anno i. Aurelius Antoninus annis quatuor. Sexta æditio Nicapoli reperitur. Alexander annis tredecim. Origenes Alexandria claruit. Maximinus annis tribus. Hic persequitur Christianos. Gordianus annis septem. Fabianus Episcopus Romæ celebratur. Philippus annis septem. Hic primus Christianus imperator fuit. Decius anno uno. Antonius monachus claruit. Gallus & Volusianus annis ii. Nouatiana hæresis exoritur. Valerianus annis xv. cum Galieno. Cyprianus martyrio coronatur. Claudius annis ii. Paulus Samosata hæresim condidit. Aurelianus annis v. hic persequitur Christianos. Tacitus anno i. Probus annis vii. Manichæorum hæresis exorta est. Carus annis ii. Ille de Persis triumphauit. Diocletianus & Maximianus annis xx. Ille persequitur Christianos. Maximinus Seuerusq; annis ii. Constantinus annis xxxi. Nicæna synodus congregatur. Constantius & Constans annis xxxiiii. Offa Andree & Lucae Constantinopolim transferuntur. Iulianus annis ii. Hic ex Christiano paganus persequitur Christianos. Iouianus anno i. Hic cum omni exercitu Christianus efficitur. Valentinianus annis\* xiiii. qui à Iuliano ob fidem Christi militiam fuerat priuatus. Valens annis iiii. Gratianus annis vi. Ambrosius & Martinus episcopi clarescunt. Valentinianus cum Theodosio annis ix. Hieronymus in Bethleem prædicatur. Theodosius annis iiii. cum Arcadio & Honorio. Anachorita Ioannes claruit. Arcadius annis xiiii. cum fratre Honorio. Ioannes Chrysostronus & Augustinus episcopi prædicantur. Honorius annis xv. cum Theodosio minore. Cyrillus Alexandria claruit. Theodosius minor annis xxvi. Ephesina synodus Nestorū condemnat. Martianus annis vii. Chalcedonense concilium geritur. Leo maior annis xvii. Aegyptus errore Dioscori latrat. Zenon annis xvii. Corpus Barnabæ apostoli reperitur. Anastasius annis xxvi. Fulgentius episcopus prædicatur. Iustinus annis ix. Acephalorum hæresis abdicatur. Iustinianus annis xxxix. Huius vi. anno Dionysius paschales circulos inchoat. Iustinus minor annis xi. Armenij fidem Christi suscipiunt. Tiberius annis vii. Herminigildus rex Gothorum martyrio coronatur. Mauritius annis xxxi. Gregorius Romæ floruit episcopus. Phocas annis viii. Saxones in Britannia fidem Christi suscipiunt. Heraclius annis xxvi. Iudæi in Hispania Christiani efficiuntur. Heraclionus cum matre sua Martina annis ii. Constantinus filius Heraclij mensibus vi. Constantinus filius Constantini annis xxviii. Eclipsis solis facta est indictione septima, quinto Nonas Maias. Constantinus filius Constantini superioris annis xvii. Hic sextam synodum composuit. Iustinianus filius Constantini annis x. Africa restaurata est imperio Romanorum. Leo annis iiii. Tyberius dehinc quintum egit annum. Reliquum sextæ ætatis Deo soli patet.

LIBRI DE TEMPORIBVS, FINIS.

VENE

# VENERABILIS BEDÆ

Presbyteri, authoritatum generalium aliquot Philosophorum, tabula:  
cum Commentariolo  
incerti auctoris.



DEO dependet cœlum & tota natura, duodecimo Metaphysicorū.] Illa auctoritas sic intelligitur, quod cœlum & tota natura dependent à Deo: & hoc quoad conseruari & non infieri uel produci. Et sic illa auctoritas non est contra philosophum in primo Physicorum, ubi sic dicit: Omne quod fit, fit à subiecto præsupposito.

Actus separat & distinguit, 7. Metaphysicorū & 3. de Anima.] Et intelligitur sic, quod actus materialiter existens separat & distinguit modo, quamuis sint plures materia materialiter distincte in distinctis subiectis: tunc utiq; uidetur quod materia in se includit actum, quod est contra philosophum in primo Physicorum: qui dicit, quia materia habet se pure passiuè, & nullo modo actiuè. Respondetur, quod materia bene separat & distinguit per actus inclusos, quia materia ex sui natura nullius est actiuitatis.

Auctoritas arguendo ab esse ad posse, est bona consequentia, & communis regula.] Et intelligitur sic: arguendo affirmatiuè, & sine distributione & sine dictione includendo negationem. Unde non sequitur, A est maximum corpus, quod est ergo A, est maximum corpus, quod potest esse consequentia, nõ ualet, quia antecedens potest esse uerū sine consequente.

Album fit ex nigro, musicus fit ex non. Primo Physicorum.] Ibi dicitur quod ex debet dicere circumstantiam ordinis. Sed quando dicitur lignum debet componi ex suis mediocritatibus, ibi Ly ex debet dicere circumstantiam temporis.

Album de per accidens est, quantum per philosophum, in Prædicamentis.] Ibi dicitur quod philosophus uult quod ille terminus Album ponitur in Prædicamento quantitatis, de per accidens.

Agente eodem modo existente, & materia eadem erit idem effectus, 2. Metaphysicorū.] Intelligitur sic, tam de agentibus principalibus quam instrumentalibus, ita quod sit omnino idem agens & idem passum eodem modo dispositū, tunc non sunt diuersi effectus, sed unus tantum.

Appetitus materiæ, non est nisi motus materiæ ad formam. Commentator primo Physicorum.] Respondetur quod commentator capit motum ualde largè siue proprie, uidelicet pro naturali inclinatione.

Aliqua res naturalis distinguitur ab artificiali, 2. Physicorum in principio.] Dicitur ibi, quod philosophus loquitur ibi indefinite uel particulariter: & sic illa est uera, uel dicitur quod solum uoluit quod res naturales differant ab artificialibus ratione & non re, quia eadem est res.

Alchimistæ dicunt quod ex ferro uel cupro potest fieri aurum per eorum artem.] Vbi dicitur quod ex ferro uel cupro fit aurum uel argentum apparenter, & non autem existenter, & ratio est, quia per nullam artem forma substantialis potest poni in esse speciuoco alterius formæ.

Ars simpliciter facit materiam, primo Physicorum.] Dicitur quod intelligitur de materia secunda, non autem de materia prima: quia materia prima non est facta, quia est ingenerabilis & incorruptibilis, ut patet ibidem.

Accidentis non est accidens, quarto Metaphysicorū.] Intelligitur sic, accidentis non est accidens tanquã subiecti originale: & sic stat bene, quod albedo est in superficie, que etiam est unum accidens, & linea habet rotunditatem & corruptibilitatem. Sed hoc non tanquam subiectum originale, quia originaliter est in substantia.

Accidens diffinitur per subiectum suum, septimo Metaphysicorū.] Et sic album est subiectum, habens sufficientem albedinem per sui denominationem. Et intelligitur sic de diffinitione descriptiua, non autem essentiali: quia oportet quod talis detur per uerum genus, & per differentiam essentialem. Et talis indicat quid est esse rei, ut patet primo Topicorum.

Anima quantum ad partem intellectuam, nullius corporis est actus, 2. de Anima.] Respondetur secundum commentatorem, quod debet intelligi de intellectu diuino, & non humano.

Actui repugnat accedere actum, per philosophum in substantia orbis.] Respondetur quod actus substantialis non potest recipere alium actum substantialem, sed bene accidentalem.

Arca non est lignum, 9. Metaphysicorū.] Respondetur quod philosophus ponit modum loquendi uulgariū. Vel potest dici quod ipse uult quod totum compositum non uerificatur de sua materia. Et ideo uult quod arca non est lignum tanquam sua materia, quia aliàs totum esset siue partis, & e conuerso. Vel potest dici, quod philosophus uult quod materia non dicitur de toto composito in abstracto, sed bene in concreto: ut, arca est lignea.

Actus sunt suppositorum, 1. Metaphysicorū.] Respondetur quod philosophus uult quod actus sunt suppositorum denominatiuè, cum hoc tamen bene stat, quod non sunt suppositorum effectiuè.

A primis namq; substantijs nulla erit prædicatio, per philosophum in Prædicamentis.] Respondetur quod intelligitur à primis substantijs, nulla erit prædicatio, quæ est superioris de inferiori, quia primæ substantiæ non habent inferius saltem essentialiter in prædicatione uera, directa & affirmatiua.

Animal est animatibus planta, per autorem sex principiorum dicitur.] Quod intelligitur sic: Animal est

mal est perfectius animatum quam planta. Vel dicitur quod animal plures habet potentias animæ quam planta: quia animal habet potentiam vegetatiuam & sensitiuam, planta autem caret sensitiua.

Anima uegetatiua est animalium prima. & 2. de Anima.] Ibi dicitur quod philosophus loquitur de communitate prioritatis, & uult quod in pluribus reperitur anima uegetatiua, quam sensitiua uel intellectiua.

Actus actiuorum sunt in patiente prædisposito, in secundo de Anima.] intelligitur sic: Si aliquid actiuum uel agens debet actum agere, uel etiam producere aliquem effectum in ipso patiente, tunc oportet ipsum patientem esse bene dispositum ad illum actum suscipiendum. Etiam est uera uniuersaliter & hoc, si mutaretur numerus in numerum: ut sic, Omnis actus actiuus est in patiente prædisposito.

Ab insufficiente nihil fit. Physic.] intelligitur ab insufficiente nihil fit de solo, sed cum addito superiorum & insufficienti bene aliquid fit.

Anima est abstracta à corpore, per Commentatorem 3. de Anima.] Et uidetur quod non est subiectum in libro de Anima, quia tunc non consideratur secundum rationem adæquatam, secundum quam ponitur esse subiectum in libro de Anima. Quia inde anima consideratur prout est principium operationum corporis animati, & prout illa principaliter se tenet ex parte animæ. Item notandum, quod illa autoritas secundum Commentatorem, secundum unam uiam tenetur. Vel quod commentator non est locutus assertiue. Aliter potest dici, Licet anima est abstracta à materia secundum esse, est tamen coniuncta materie secundum operationem. Sed dicitur aliquid, Anima etiam alia à corpore consideratur. 2. Physic. & sic uidetur quod non debet considerari in libro de Anima, quia sunt distinctæ materie. Respondetur quod hoc non est secundum rationem adæquatam, secundum quam ponitur esse subiectum in libro de Anima, quia in Physicorum consideratur, prout est principium mouendi & quietandi: sed in libro de Anima consideratur prout est principium operationum corporis animati, & prout illa principaliter se tenet ex parte animæ.

Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum, quod quid est. 2. de Anima.] Illa autoritas secundum Themistium de accidentibus per se propriis intelligitur, quia dicit: Non enim cognosco ignem per se, sed per calorem. Etiam intelligitur de accidentibus communibus secundum se sumptis, & ad inuicem combinatis: ut, Cognosco Socratem, per illa accidentia simul sumpta & combinata, scilicet habens rufos crines, & est albus: nigrum caputium, blancam tunicam.

Accidentia non cognoscuntur demonstratiue. 1. Poster.] Respondetur, quod hoc uerum est à priori, quamuis à posteriori fieri potest, quia utiq; propria accidentia demonstrantur de suis subiectis, & sic faciunt demonstrationem & cognitionem subiecti. Sic de propriis accidentibus dicitur, quod non immediate notificant demonstratiue substantiam, sed bene mediata: quia ex pluribus accidentibus discernitur accidens proprium, & sic mediata notificat substantiam: secus est de accidentibus communibus.

A proportione minoris æqualitatis non fit actio.] Notandum quod duplex est proportio. Una est proportio quantificatiua medianæ, quæ unum extensiuum quantum alteri proportionatur: alia est proportio actionis, & de illa intelligitur autoritas. Unde corpus ad non corpus bene est proportio secunda, secundum aliquam uirtutem, sicut inter corpus & animam.

Anima non habet aliquam operationem propriam, quam non communicet corpori, primo de Anima.] intelligitur de anima intrinseca, quæ est in corpore, sicut quando est totum compositum, & sic excluditur anima exuta à corpore.

Ars & scientia distinguuntur. 6. Ethic.] Et debet intelligi capiendum scientiam strictè solum pro habitu specifico, & etiam capiendum artem strictè solum pro habitu practico. Sed capiendum illos æquè communiter tam pro habitu practico quam specifico, tunc non distinguuntur.

A maiori debet fieri denominatio. 6. Physic.] intelligitur de qualitatibus positius, & maxime intensius: non autem oportet de priuatius fieri denominationem, sicut tenebræ denominatum tenebrosum. Et ualet tantum, sicut à maiori, id est à digniori debet fieri denominatio.

Actus & potentia sunt maxime opposita, per Commentatorem, primo de Anima.] intelligitur sic uno modo, quod sint maxime opposita siue contraria, id est, communissimè opposita, quia dicit, quod circum omnia prædicamenta, & sic non uult quod sint contraria proprie dicta. Alio modo dicitur, quod per actum intelligitur essentialem actualem: & per potentiam, essentialem potentialem. Et uult quod actu esse & secundum potentiam esse, opponuntur: & hoc sic est uerum, capiendum oppositionem largè.

Ab hoc quidem ente omnibus diuinatum est esse uiuere, primo de Cælo.] intelligitur quod philosophus loquitur ibi particulariter: ut sit sensus, Ab hoc ente, id est à primo ente: id est à Deo derivatum est omnibus esse & uiuere. Alio modo dicitur, quod philosophus loquitur uniuersaliter de omnibus. Sed dicitur, si sit uicium sequeretur, quod materia prima & cælum essent generata & derivata à primo ente. Respondetur quod aliquid dicitur esse derivatum dupliciter. Vno modo inchoatiue, & sic omnibus non est esse derivatum uiuere naturaliter à primo ente, sicut materia cæli & materia prima. Alio modo configuificatiue uel gubernatiue, & sic omnia alia à primo ente habent esse & uiuere. Et sic materia prima & cælum habent derivatè esse à primo ente, cum purum ens significat & gubernat omnia mundi uita.

Ad corruptionem subiecti sequitur corruptio scientiæ, primo Posteriorum.] Respondetur quod hoc intelligitur de subiecto inhesionis, & non attributionis.

Animal est prius homine, per Porphyrium.] intelligitur in suppositione materiali: ut, Ly animal est prius homine, id est, ille terminus animalis est communior quam homo.

Accidens non est esse, sed inesse. 7. Metaphysic.] intelligitur propriissimè capiendum esse, & non communiter, ut extendit se ad inesse.

Accidens non migrat de subiecto in subiectum, 7. Metaphysic.] intelligitur de subiecto inhesionis, & non attributionis seu denominationis. Vel dicitur quod uerum est secundum numerum, non autem secundum speciem.

Absurdum est simul quærere & acquirere scientiam & modum sciendi. 2. Metaphysic.] Illa autoritas dupliciter intelligitur: uno modo, ut in uerbis sit simpliciter, & sic est uera sine glossa. Alio modo, si per scientiam intelligitur metaphysica, & per modum sciendi logicam, tunc sensus est: Absurdum est simul acquirere metaphysicam & logicam, quia metaphysica præsupponit logicam: ergo logica debet præsciri.

Adagens

Ad agens uniforme sequitur actus & effectus uniformis. primo de Cælo.] intelligitur dummodo agens totale concurrat uniformiter, tunc talis effectus saltem principaliter intentus manet uniformis.

Ab eodem non possunt produci diuersa specificè distincta. 2. de Generatione.] intelligitur, Ab eodem ente naturali non possunt procedere diuersa & specificè distincta.

Aurum est incorruptibile, secundum alchimistas.] intelligitur sic, aurum est incorruptibile, id est, ualde duratium inter omnia alia metalla, quia durat ultra ordinationem humanam.

A uoluntate antiqua non procedit actio noua. Commentator 8. Physic.] intelligitur sic, A uoluntate antiqua, id est, à Deo non procedit actio noua, id est, in nouum uoluntatis: quia Deus non incipit aliquid de nouo uelle: quia quicquid Deus uoluit, ab eterno uoluit. uel sic: A uoluntate antiqua non procedit actio noua sibi similis, quæ non processit in specie.

Ad productionem effectus sufficiunt duo, scilicet uoluntas & potestas, per Boetium in de Consolatione Philo. profa 2. libri 4.] intelligitur non absolute, sed limitatè referuntur uoluntas & potentia ad actionem, tunc autoritas habet ueritatem. Sed si referuntur ad actionem & ad tempus æternum, tunc non sufficiunt nisi sint uelata ad idem tempus. Unde Grammatica, Ego uolo & possum legere, ergo lego absolute, non ualet. Sed bene ualet, Ego nunc & pro nunc possum legere, ergo nunc lego.

Apriuatione in habitum impossibile est regressio, per philosophum in Prædicamentis.] intelligitur de illa priuatione, quæ priuat actum & potentiam simul: non autem de illa, quæ priuat solum actum, quia ibi bene est possibilis regressio.

Anima quæ est intellectus, forsitan manet post suum conceptum. 2. Metaphysic.] Respondetur quod ibi philosophus loquitur dubitatiue, sed non assertiue. Et ideo dicit, Forsitan: quæ dictio est nota dubitationis.

Actio & passio sunt actus diuersarum potentiarum. 2. de Anima.] Ibi dicitur quod diuersarum potentiarum sunt actus, potentia enim non distinguuntur per actus: sed quia actio & passio sunt diuersarum potentiarum, igitur sunt distincta: quod est contra philosophum 3. Physic. qui dicit quod omnis actio est passio: patet quia actio est actus potentie actiue, passio uero dicitur actus potentie passiue. Ibi dicitur quod auctoritas intelligitur particulariter, & non uniuersaliter: quia actio & passio sunt idem materialiter, sed differunt formaliter.

Ab abstracto ad concretum est bona consequentia. 2. Topico.] Ibi dicitur quod uerum est in prædicationibus quidditatis & essentialibus, non autem in accidentalibus, igitur, &c.

Asimili causa in specie non procedunt diuersi effectus, per Commentatorem 9. Metaphysic.] Respondetur quod Ly idem capitur multipliciter: scilicet idem in numero, idem in specie, idem in genere: modò aliqua tamen bene procedunt ad eisdem effectus in genere, ergo sunt idem.

Animal est substantia hominis & equi, secundum naturam communem, per Commentatorem primo Methaphysic.] Et sic sic tunc natura communis esset ponenda. Ibi dicitur quod Ly est capitur in actu signato, sic quod ille terminus Animal significat substantiam hominis & equi, secundum naturam communem: id est sub ratione generis, uel sub conceptu communi illi termini animalis correspondente.

Aqua alit ignem. 3. de Anima.] Ibi dicitur quod aqua non capitur pro humido simpliciter, sed capitur pro humido pingui & subtili, quia hoc nutrit ignem, sicut uidemus ad experientiam, ut buirum, oleum subtile, uinum combustum. Et ultra debet intelligi de nutritione improprie dicta, quia nullum purum elementum nutrit.

Accidentia dicuntur entia ad aliquid, primo Ethico.] intelligitur quod accidentia non habent esse per se, nisi in comparatione ad aliquid, & ad subiectum: quia accidens est mensura substantiæ.

Accidentia asimulantur propagini. 1. Ethic.] intelligitur sic, quod propago non est arbor, sed aliquid arboris, à qua derivatur arbor: ita accidentia non sunt entia, sed entis, id est, substantiæ, à qua propagantur & oriuntur.

Accidentia non sunt entia, sed entis, primo Ethic. & 7. Metaphysic.] intelligitur quod non sunt entia proprie capiendum Ly ens, quæ sunt in subiectis: sed communiter capiendum Ly ens, bene sunt entia.

Animal constituitur ex corpore & anima tanquam à regente & rectori, primo Politic.] intelligitur quod in animali anima habet se ut regens, & corpus habet se ut rectorum: quia est instrumentum animæ.

Animalia mansueta digniora sunt alijs animalibus non mansuetis, primo Politic.] intelligitur in quantum animalia, nam mansueta participantur aequaliter regimine: sed si oppositum inuenitur, secus est.

Abstinencia cibi confert febricitanti sanitatem. 5. Ethico.] Respondetur ideo, quia abstinencia est summa medicina. Et est communis regula medicorum & uulgarium.

Actio & passio non continentur subinuicem. 6. Ethico.] intelligitur, quod unum non prædicatur de alio: quia illa prædicatio non est bona, actio est passio.

Ars imitatur naturam in quantum potest. 2. Physicorum.] Item illa autoritas uera est, dum modo natura est fundamentum illius artis.

Ars acquisitiua, cibi est naturalis animalibus, primo Politicorum.] intelligitur quod natura est sollicita ad prouidendum de cibis animalibus cum primo generat. Vel sic, quando aliquis aliquid acquirit, illud quod natura acquirit, tale acquirere est naturale.

Actiones principantes non sunt bonæ de se. 7. Politic.] intelligitur quod non sunt bonæ, nisi principans differat ab alijs in bonitate naturali & acquisita, in tantum, quantum uir differt à muliere, seruus à domino.

Actiones iustitiæ necessariæ sunt in ciuitate, sed non eligibiles, secundum se. 7. Politic.] Ibi dicitur, quod per actiones iustitiæ intelliguntur sententiæ & supplicia condemnatorij, & necessariae sunt in ciuitate: & tamen secundum se non sunt eligibiles, sed ut eo melius ciuitas gubernetur & saluetur.

Actiones quæ sunt circa diuitias & honores, sunt simpliciter eligibiles. 2. Physic.] Ratio est, quia sunt quedam dispositiones ad bonum, & ad operationem bonarum, ut patet septimo Politicorum.

Animalia omnia alia ab homine sola naturali intentione habent suas actiones, ut patet ibidem: Bedæ tom. 2. &

& quedam animalia parua habent suas actiones ex consuetudine, ut canes: sed homo inter animalia dirigit actiones suas in rationem.

Accusans debet esse melior accusato. secundo Polit. Ratio, quia officium accusantis est ostendere causas in aduersario seu accusato. Etia ideo, quia accusans habet se ut agens, accusatus ut patiens, modo omne agens prestantius est suo passio.

Actus intellectus & appetitus sunt adinuicem concordēs. 4. Ethic. Respondetur, hoc est uerum de uirtutibus moralibus.

Afirmatio & negatio sunt in mente. 4. Ethic. intelligitur sic, quod in mente, id est, in intellectu pratico sunt affirmatio & negatio, sed in appetitu est persecutio & fuga.

Agricolæ magis appetunt lucrum quam honores. sexto Ethic. intelligitur, quod delectabilius est eis laborare quam principari & dominari.

Agriculturæ possessio est maxime naturalis & iusta. primo Oeconomicorum. Et hoc est duplici de causa. Prima est, quia ipsa non fit inhumaniter & bestialiter, uel cum peccato & uolenter, scilicet cum offensione proximi. Alia causa, quia ab agricultura sumitur nutrimentum tanquam à materia, & tale nutrimentum est naturale. Alia potest esse ratio, quia agricultura confert sanitatem & superfluos & malos humores expellit.

Amatio generatur ex quadam consuetudine. nono Ethicorum. Ratio est, secundum Albertum, quia amatio importat impetuosam inclinationem amoris, & in ipsum appetitum, quia inclinatio causatur ex consuetudine.

Amicitia paternalis maior est quam filialis. octauo Ethicorum. Ratio est, quia parentes magis cognoscunt quam filij qui sunt ex eis procreati propter imperfectionem & cognitionem filiorum quam habuerunt quando nascebantur filij.

Amicitia coniugalī nō solum est propter creationem filiorum, sed etiam propter uirtutem, octauo Ethicorum. intelligitur quod amicitia coniugalī non est solum propter creationem filiorum, hoc est uerum, si ambe sunt uirtuose.

Amicus est alter ego: nono Ethicorum. Hoc est uerum, non quo ad essentiam, sed sic quod ea bona quæ sibi homo uult & amico suo, uel secundum effectum dilectionis representat quandoq; alteri: quia homo est condolens sibi in aduersis, gaudet in prosperis sicut sibi ipsi.

Amicus debet se tenere ad amicum, sicut genu ad tibiam. nono Ethicorum. Hoc est uerum, prout Ly sicut importat aliqualem consuetudinem.

Amicorum omnia sunt communia. nono Ethicorum, & secundo Polit. Hoc est uerum ex consensu & favore, non autem ex iure, uel aliter: Amicorum omnia sunt communia, id est, necessaria solum in necessitate, capiendū Ly omnia distributiuē, quod tantum ualeat: quod quodlibet commune utile est commune illi qui est in necessitate positus, sic quod unus non potest ei prohibere, uel intelligitur de utili uicuali, quo ad eius sufficientiam, non autem intelligendo, quo ad alium usum.

Amore uenereo non est aliquem hominem possibile plures mulieres uehementer amare, 8. Ethicorum. Hoc est uerum de amore qui attenditur in coitu, sed de uero amore dilectionis non habet ueritatem.

Amor diuiciarum crescit in infinitum primo Polit. Hoc est uerum, quo ad manifestationem actus: uel est uerum de amore inordinato, non autem ordinato.

Appetitus sensitius obijcit rationem. decimo Polit. Verum est, quantum ad manifestationem actus, puta in quantum elicit actus, siue elicitur, secundum formam rationis non ultra progrediendo, nec ultra suspiciendo.

Animal uigilans semper laborat. septimo Ethicorum. intelligitur in aliqua operatione, non curando animalis operatio sit magna uel parua, bona uel mala.

Actus & operationes animalis circa animam ponimus. primo Ethicorum. Ibi uult quod pertinent ad operationes anime effectiue.

Ambobus existentibus amicis sanctum est præhonore ueritatem. primo Ethicorum. intelligitur de amicitia uera & speciali.

Accidens & suum subiectum sunt idem numero. decimo Ethicorum. intelligitur de accidente reali denominationis, & non inb. esionis.

Album solum qualitatem significat per philosophum in Prædicamentis. Illa est uera in significatione formali, non autem in significatione materiali, quia ut sic significat substantiam connotare qualitatem.

Accidentis non est diffinitio. septimo Metaphysic. & sexto Topi. Hoc est uerum de diffinitione quidditatiua & essentiali proprie dicta, cum hoc tamen stat quod ad minus accidentis adhuc bene sit diffinitio descriptiua.

Auarus & iniustus sunt circa bona, quæ sunt simpliciter bona. quinto Ethicorum. Ibi dicitur quod bona exteriora simpliciter sunt bona, quod tamen est falsum. Respondetur quod illa auctoritas uult quod bonum simpliciter, prout tantum ualeat sicut, secundum se, non est malum, quamuis ratione abusiois sit malum.

Actio naturæ semper agit eodem modo. secundo Physic. Et sic uidetur quod sensus nunquam decipiatur circa proprium sensibile, eo quod sensatio est operatio naturæ. Ibi dicitur quod philosophus ponit differentiam inter operationem naturalem & fortuitam. Nam dicitur quod actio naturalis semper fit eodem modo: & illud dictum est intelligendum, quod natura agendo circa eandem speciem ceteris paribus semper producit eundem effectum, sed actio fortuita nunc fit sic, nunc aliter.

Aliqua anima nullius corporis est actus. secundo de Anima, tractatu primo. intelligitur sic uno modo, quod anima nullius corporis est actus, qui esteductus de potentia materie. & hoc sic est uerum de potentia intellectiua. uel nullius corporis est actus tanquam instrumentum proprium, quia intellectus non indiget instrumento proprio uel organo corporali, uel sic nullius corporis est actus, secundum inheretiam.

Agens et patiens debent communicare in materia. secundo de Generatione. intelligitur de agente proprio & paciente proprio. Sed intellectus proprie non patitur, sed improprie, quia passione saluatiua.

Ad principia non est ratio. per commentatorem, secundo Topi. Hoc debet intelligi de principiis immediatis, uel ad principia non est ratio approbatiua à priori, licet ibi bene sit ratio à posteriori.

Album

Album est in ligno per se. 1. Poste. Ibi dicitur quod non uult, quod illa sit per se uera, lignum est album: sed uult quod ibi sit directa predicatio. uel hæc est per se denominatiua, Album est lignum, quia predicatum denominat subiectum accidentaliter.

Album non est substantia, sed quale. quarto Topi. Dicitur quod uerum est, quod album non sit substantia, id est, terminus substantialis quo ad significatum firmale, sed quo ad significatum materiale.

Animalia non est genus. per Boetium in Topi. intelligitur quod ille terminus pluralis numeri Animalia, non est genus ad terminos singularis numeri, sed bene ad terminos pluralis numeri.

Ad idem non sequuntur duo opposita. primo Priorum. intelligitur quod ad idem contingens non sequuntur duo opposita, sed bene ad idem impossibile. Et debet addi ad auctoritatem copulatiuē uel coniuictim, quia ad unam propositionem bene sequuntur duo opposita disiuictiue: ut bene sequitur, Homo currit, ergo homo currit uel non currit.

Anima est rationalis. per Anastasium in Symbolo. Respondetur, pro intellectu Ly rationale capitur dupliciter. Uno modo prout est differentia constitutiua hominis, & sic conuertitur cum illo termino Homo. Alio modo capitur prout non est differentia animalis, sed pro rationali: & sic anima non est rationalis, sed rationalitas.

A pluribus terminis simpliciter sumptis ad plures terminos, secundum magis & minus conuenit esse bona consequentia. secundo Topi. Ex illa auctoritate elicitur illa: Sicut simplex ad simplex, sic magis ad magis, sic proximum ad proximum. Et intelligitur sic, quod debet argui à terminis simpliciter sumptis ad terminos minus sumptos, secundum magis & minus, sic quod antecedēs & consequēs sunt propositiones categoricæ, & sic bene sequitur, iustus est uirtuosus, ergo iustus est magis uirtuosus & maximè, iustus est maximè uirtuosus. Et illo modo ualeat septem conditionibus additis. Prima, quod termini simpliciter sumpti sunt totalia extrema consequentis: propter hoc non sequitur, Album est dulce, ergo magis album est magis dulce. Secunda conditio, quod utrumque extremum sit predicabile, secundum magis & minus, ergo non sequitur: Homo est animal, ergo magis homo est magis animal. Tertia conditio, quod in antecedente sit predicatio per se, ergo non sequitur: Bibere est bonum, ergo magis bibere est magis bonum. Quarta, quod ibi sit predicatio proprie passionis de suo subiecto. Quinta, quod utrobique sit predicatio directa. Sexta, quod sumatur constantia subiecti. Septima, quod precise sit eadem copula in antecedente & consequente, & prædicatum antecedentis restringetur per subiectum consequentis, uel per aliquod sibi proportionabile.

Arguendo ab affirmatiua de prædicato finito ad negatiuam, de prædicato infinito ualeat consequentia. secundo de equalitatibus. Vt Socrates est albus, ergo non Socrates est non albus. Et intelligitur materialiter, formaliter non ualeat, quia arguitur à non distributo ad distributum: sed si argumentum debet ualere, secundum regulam, tunc semper à parte subiecti debet poni terminus singularis, uel terminus consequentis restrictus ad unum suppositum, ergo consequentia non ualeat, Homo est albus, ergo homo non est non albus, quia oppositum consequentis non repugnat antecedenti: sed stat in ueritate cum antecedente.

Arguendo de negatiua prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito, ualeat consequentia. secundo de equalitatibus. Vt Socrates est albus, ergo Socrates est non niger, illa regula solum tenet ueritatem, sed magis tribus conditionibus saluis. Prima, quod arguatur in propositionibus de est, 3. adiacente. Secunda quod non arguatur à non distributo ad distributum, ergo non sequitur: Omne animal non est asinus, & omne animal est, ergo omne animal est non asinus. Tertia, quod semper in antecedente distribuitur prædicatum, ergo non sequitur: Omne animal non est, ergo omne animal est non animal, quia prædicatum non distribuitur in antecedente.

Arguendo ab affirmatiua de prædicato infinito, ad negatiuam de prædicato finito ualeat consequentia. 2. de equalitatibus. Vt, Homo est non iustus, ergo homo non est iustus. Illa regula tenet ueritatem saluis tribus casibus. Primus, quando tam in affirmatiua quam in negatiua prædicatum distribuitur pro qualibet differentia temporis: quia si hoc non fieret, stante illo casu quod Socrates pro una medietate temporis alicuius horæ non sit albus, & pro alia medietate eiusdem temporis sit albus, tunc arguendo sic: Socrates est non albus, ergo Socrates non est albus: consequentia non ualeat, quia antecedens conuenit Socrati, & tamen sibi non conuenit consequens: sed si deberet ualere, oportet quod sic arguatur secundum Marsi. Socrates est non albus pro qualibet parte temporis presentis, ergo Socrates non est albus. Secunda conditio, quod solum totale prædicatum infinitetur, ergo non sequitur: Hoc est predicabile non essentialiter, ergo non est predicabile essentialiter, quia stat quod idem sit predicabile essentialiter & accidentaliter respectu diuersorum. Similiter patet per hoc quod omnes rationes authoris consequentiarum, quod non ualent in nominibus adiectiuis: & similiter in alijs, ut ibi habetur, quia semper deficit illa secunda conditio. Tertia conditio, quod arguatur in propositionibus categoricis de inesse, & non in modalibus: ergo non sequitur, Socrates potest esse non albus, ergo Socrates non potest esse albus. Si autem negatio postponitur modo in secunda propositione, tunc bene sequitur, ut sic: Socrates potest esse non albus, ergo Socrates potest esse non albus, & sic bene ualeat.

Arguendo à diuisis ad coniuicta, est bona consequentia. 2. de equalitatibus. Ibi sciendum, quod per coniuictum siue per prædicatum, coniuictum debet intelligi, aggregatum ex determinatione & determinabili, & prædicatum diuisum est unum illorum. Illa regula habet ueritatem seruatis duabus conditionibus. Prima quod illa duo prædicata diuisa, non sint accidentia alicuius Ly. Vel quando unum de per accidens uidetur inesse alteri, tunc consequentia non ualeat, quia non sequitur: Socrates est albus, & Socrates est monachus, ergo Socrates est albus monachus. Etiam non sequitur, Socrates est magnus, & Socrates est monachus, ergo Socrates est magnus monachus: supposito quod sit parue stature, & magnus in scientia, quia antecedens potest esse uerum sine consequente. Secunda conditio, quod unum prædicatum non includat aliud, ne committatur negatio, quare non sequitur: Socrates est homo, & Socrates est animal, ergo Socrates est homo animal.

Arguendo à coniuictis ad diuisa, est bona consequentia etiam. 2. de equalitatibus. Et habet ueritatem seruatis quatuor conditionibus. Prima, quod prædicata accidentalia debent determinare idem in antecedente & consequente: & quando hoc non est, tunc regula non ualeat. Secunda conditio, quod unum prædicatum non sit dictio distrabens respectu alterius: ergo non sequitur, Socrates est albus ut carbo, ergo Socrates est albus. Tertia conditio, quando arguitur cum dictione ampliatiua, sic quod ampliatio non uarietur: & ergo non sequitur, Chymera est ens ampliatiuum imaginabile, ergo Chymera est ens, & Chymera est ampliabilis: consequens autem est una copulatiua, cuius una pars est falsa, ergo tota. Quarta, quando unum prædicatum est æquiuocum, tunc non ualeat, quia non sequitur: Hoc est canis latrabilis, ergo hoc est canis, & hoc est latrabilis: quia prima pars consequentis est propositio plures.

Bedæ tom. 2.

t 2

Anima

**Anima est substantia in subiecto, actu existens, per Commentatorem, s. Metaphys.]** Ibi dicitur, quod uult per subiectum commentator, & per substantiam in actu intelligere subiectum organifatum, quia omne animal requirit subiectum organifatum. Vnde subiectum organifatum est illud, quod habet partes diuersimodè complexionatas, ad diuersa officia exercendo deputatas.

**Aliud est magnitudo & magnitudinis, & caro & carnis esse, 3. de Anima.]** Illa auctoritas debet sic intelligi, quod philosophus uult ostendere modum intelligendi ipsius intellectus, & sic per magnitudinem & carnem intelligit uniuersaliter intelligere, uel sub ratione communis conceptus: sed per Ly magnitudinis & carnis esse, intelligere debet singulariter, scilicet licet sub conditionibus indiuiduantibus, uult ergo tantum, quod aliud est intelligendum uniuersaliter, & aliud est intelligendum singulariter. Et hoc est uerum, & ponuntur duplicia exempla metaphysica, ut magnitudinem & magnitudinis esse & naturalia: ut aquam esse aquam, modo cognitione sensitiua possumus cognoscere aquæ esse similitèr magnitudinis. Sed per intellectum possumus solum cognoscere magnitudinem, quæ est uniuersaliter cognoscere. Sed tamen philosophus dicit, quod non est idem caro & carnis esse in quibusdam, & in quibusdam est idem, modo nequaquam est idem intelligere uniuersaliter & singulariter. Respondetur quod philosophus uult quod ipse intellectus non solum cognoscit uniuersaliter, sed etiam particulariter, sed sensus cognoscit singulariter solum. Et ergo sensitiua cognitio conuenit solum intellectui materie coniuncto, & sic quando dicit Aristoteles, quod in quibusdam est idem caro & carnis esse, uult tantum quod sint eiusdem potentie ipsius intellectus.

**Accidentia non habent materiam, 7. Metaphys.]** Respondetur quod uerum est de materia, ex qua quia illam non habent, sed bene inquam habent, scilicet in qua sunt subiecti.

**Actus & potentia circuant omnia prædicamenta, per Commentatorem primo de Anima.]** Intelligitur uno modo sic, quod in quolibet prædicamento sunt termini uerificabiles de prima substantia, mediante illo uerbo Est, uel potest. Vel ponuntur prædicabilia cum illis uerbis est, potest, & sic est uera: quia uerum est dicere in genere substantie. Homo est uel potest esse animal, & sic de alijs prædicamentis. Alio modo intelligitur sic, quod in quolibet genere prædicamentali inuenitur aliquid, quod habet rationem actus, & quod habet rationem potentie. Sic iterum est uera, quia in quolibet genere reperitur genera & differentie, & sic ibi sunt actus & potentie, eo quod habent rationem materie. ut patet per Porphyrum, & etiam reperitur forma uel differentia, quæ est actus, qui distinguit & separat, ut patet per philosophum 3. de Anima. Alio modo sic, Actus & potentia in quolibet prædicamento reperiuntur, id est, termini magis & minus communes, & sic magis commune habet se, ut potentia: minus commune, ut actus. Vel dicitur, quod tantum uult quod isti termini Actus & potentia in communi non sunt in aliquo prædicamento, sed bene modo restricto.

**Anima componitur ex intellectu agente & possibili, 3. de Anima.]** Intelligitur sic rectè, sicut sensus ad intellectum concurrunt quandoque actiue, quandoque passiue: sic intellectus concurrunt quandoque actiue, & tunc dicitur intellectus agens: quandoque passiue, & sic dicitur intellectus patiens, scilicet quando recipit illas passiones sine species. Sed non debet intelligi secundum realem compositionem, sed dicitur actus agens, quando actu format intellectum.

**Anima est corruptibilis, 3. de Anima.]** Intelligitur secundum essentiam, & non secundum quasdam compositiones potèntias infringibiles, de quibus dicitur 2. de Anima, quod anima est corruptibilis, & hoc est secundum quandam operationem instrumentalem.

**Anima prædicatur æquiuocè de animabus, per Commentatorem 3. de Anima.]** Intelligitur analogicè sic, quod omnia per prius dicitur de anima intellectiua, & hoc prioritate dignitatis, & per posterius de alijs animabus, scilicet sensitua & nutritiua. Etiam potest intelligi de intelligentijs secundum analogiam perfectionis.

**Accidentia solum sunt sensibilia, 2. de Anima.]** Intelligitur, quod solum sunt sensibilia per se & directè, cum hoc tamen fiat quod substantie per accidens, & indirectè sunt sensibiles.

**Animal est animal propter sensum tactus, 2. de Anima.]** Intelligitur quod Ly propter non debet importare causam efficientem: sed, secundo modo intelligitur, quod sensus tactus non est sufficiens causa animalis, & hoc si quo ad cognitionem. Sed debet importare conuertibilitatem, ita quod omne quod est animal, habet sensum tactus, & e converso, omne quod habet sensum tactus est animal.

**Animal habens unum sensum, est imperfectissimum, 1. Metaph.]** Intelligitur quo ad totam speciem, non autem quo ad certum indiuiduum.

**Ablata anima auferitur & sensus, per philosophum in Prædicamentis.]** Intelligitur ablata anima, &c. id est, dispositio qualificatiua organi sensus.

**Anima est in corde, sicut aranea in sua tela, in de Sensu & sensato.]** Intelligitur quod anima sedet in corde principaliter & originaliter, & minus principaliter in alijs membris. Sed Ly aranea non est in qualibet parte telæ, igitur anima non est in qualibet parte corporis. Respondetur quod philosophus loquitur opinatiue de illis, qui dixerunt animam tantum esse in corde, & dirigere suas operationes per omnia membra, sic quod illæ operationes regerent tota membra. Sed illa opinio reprobat per philosophum ibidem, quia nullum agens instrumentale potest producere aliquam operationem, non coagente agente principali. Alij dicunt quod intelligitur sicut & prius.

**Anima est in corpore, sicut monarcha in ciuitate bene disposita, philosophus in libro de Motibus naturalium.]** Intelligitur ad sensum improprium, quod Ly Sicut debet importare non omnimodam similitudinem, sed aliqualem & sufficientem, sic quod anima est regens ipsum corpus sicut monarcha in ciuitate.

**Aliquid participat prius secundum magis, & aliquod secundum minus.]** Intelligitur ad sensum improprium sic, quod reliquum indiuiduum communicat primo enti secundum magis, id est, diutius quam ad indiuiduum.

**Aliqua qualitas non est actiua, 2. de Generatione.]** Intelligitur, non quod aliqua qualitas, scilicet siccitas & humiditas nullo modo sit actiua: sed sic, quod sit minus actiua quam alia, quia siccitas & humiditas, sunt qualitates minus actiue quam caliditas & frigiditas, quia illæ sunt magis & minus.

**Aliud est uidere per uisum, & aliud discernere, 2. de Ani.]** Ibi dicitur, quod philosophus non inuuit duos sensus exteriores uisus, sed duos sensus uisus: unum exteriorè, aliud interiorè: & per hoc quod dicit, Aliud est per uisum, discernere tægit sensum interiorè, scilicet sensum commune interiorè: sed per hoc quod dicit, aliud uidere, tægit sensum uisus exteriorè: et hoc uult philosophus.

Anima

**Anima est species specierum, 3. de Anima.]** Intelligitur sic, Anima est species specierum, id est, forma formati, quia dignissima forma in istis inferioribus est anima humana. uel sic anima est forma omnium specierum, id est, formarum intelligibilium, scilicet receptiuè, quia est recipiens species intelligibilium omnium rerum.

**Anima est locus, 2. de Anima.]** Ibi dicitur est, quod locus dupliciter capitur. Vno modo proprie, & sic ultima superficies locati dicitur locus, sic est pars integralis alicuius. Alio modo locus capitur pro continente, & sic anima est locus specierum, quia continet in se species, id est, scientias & uirtutes.

**Accidētis esse, est in esse, 7. Metaphys. & 1. Phys.]** Intelligitur capiēdo esse proprie, pro illo quod per se existit. Ad philosophum pertinet inuenire prima principia medicinæ scientiæ, ex de Sensu & sensato.] Ibi dicitur, quod ubi philosophus dimittit, ibi medicus incipit, & ergo necessarium est medicum esse philosophum.

**Alimentum est contrarium alito, 2. de Anima.]** Intelligitur sic, quod capiēdo contrarietatem improprie, scilicet quod tantum ualeat sic dissimile.

**Apes & canes sunt prudentiora cæteris animalibus brutis, 2. Metaphys.]** Intelligitur quod maiorem habent industriam quam alia animalia bruta, quia possunt sibi discernere conuenientiam, & fugere disconuenientiam: & capiēdo Ly Prudentiam proprie, pro ut est recta ratio rerum agibilium, ut est habitus intellectualis, tunc solum conuenit hominibus, & non apibus uel canibus.

**Anima sensitiua est in corpore extensa, 2. de Anima.]** Intelligitur quo ad organa uel ad dispositiones requisitas ad actum sentiēdi, sic quod requirit organa extensa.

**Aliqua animalia solum habent unum sensum, & aliqua tres, 3. de Anima.]** Ibi dicitur, quod philosophus est locutus de animalibus imperfectis.

**Arguendo à positiuo ad comparatiuum, est bona consequentia, 2. Topi.]** Intelligitur quod arguendo negatiue & non affirmatiue, capiēdo comparatiuum proprie, ut sic Socrates non est albus, ergo Socrates non est albius.

**Aliqua est materia omnium liquefactibilium, 5. Metaphys.]** Ibi respondetur, quod materia non capitur proprie: sed uult quod omnia liquefactibilia conueniunt in materia aliqua, quia in humiditate.

**Anima ut prius uiuit uita animalis, quam uita hominis, ut dicit philosophus in de Animalibus.]** Intelligitur quod anima prius apparet exercere operationes animalis quam hominis, & ex hoc non sequitur, anima sensitiua sit plus in homine quam intellectiua.

**Ab uno simplici non possunt plura dependere, 12. Metaphys.]** Intelligitur quod ab uno simplici immediatè & sine ordine non possunt plura dependere, licet bene mediatè & cum ordine: & tali modo omnia à primo ente dependent.

**Ad unitatem motus requiritur unitas dispositionis, 5. Phys.]** Intelligitur de dispositione totali, uel de unitate speciuoca, & non de unitate numerali.

**Ad res successiuas non requiritur quod partes eius sunt simul in eodem tempore adæquatæ.]** Intelligitur capiēdo adæquatè aduerbialiter & non nominaliter, scilicet prout est nomen adiectiuum.

**Aliquis motus est æternus, 8. Phys.]** Intelligitur capiēdo æternum improprie, prout tantum ualeat sicut æternitas: & non communiter, prout extendit se ad perpetuum.

**Ad interrogationem factam per quid, de prima substantia conuenientius respondetur species quam genus est, philosophus in Prædicamentis.]** Intelligitur pro ut Ly Conuenientius non ualeat in tantum, sicut magis notius, quia tunc fit e converso: sed uult, prout conuenientius ualeat tantum, sicut magis determinate.

**Actiuum & passiuum, secundum potentiam dicuntur ad aliquid, 2. & 5. Metaphys.]** Intelligitur quod dicibilia importantiæ actionem & passionem, includunt terminos ratione, quorum ordinantur, secundum dici in Prædicamento ad aliquid, non autem secundum esse & proprie.

**A comparatiuo ad positiuum est bona consequentia, 2. Topi.]** Intelligitur, dummodo non superuenit aliqua negatio uel dictio habens uim negationis, & quando tenetur proprie.

**Arguendo ab interpretatione ad interpretatum ualeat consequentia & e converso, per philosophum in Topi.]** Ibi dicitur quod dictum philosophi intelligitur negatiue, non autem affirmatiue. Etiam ualeat illa consequentia, capiēdo ab interpretato ad interpretatum affirmatiue: ut sequitur bene, ille est officialis, ergo ponitur loco episcopi.

**Anima non est alterabilis, 7. Phys.]** Ibi dicitur, quod anima non alteratur alteratione corruptiua, sed bene saluatiua ab ignorantia in scientia.

**Actus non parum distat à potentia, 1. de Anima, & 9. Metaphys.]** Ibi dicitur quod uerum est capiēdo acti pro actu potentie, & sic omne illud dicitur in actu potentie, quod actualiter est, & uocatur actus obiectiuus, huic opponitur potentia obiectiua. Vnde potentia obiectiua uocatur illud quod non est, sed potest esse: & sic actus & potentia sunt maxime opposita.

**Appetitus est ratione carentiæ, 1. Phys.]** Intelligitur non respectu rei habendæ, sed respectu rei habitæ, quæ fit per modum uoluptatis & determinationis sine complacentia, & sic materia prima appetit formam quam actu habet.

**Ad substantiam non fit motus, 5. Phys.]** Et ratio est, quia substantiæ nihil est contrarium, sed omnis motus fit de contrario in contrarium.

**Ab experientia singularium accipimus uniuersalem scientiam, 7. Phys.]** Intelligitur quod ex ueritate singularium infertur ueritas uniuersalis.

**Anima intelligitur, quando uult: sed non sentit, quando uult, 2. de Anima.]** Et ratio est, quia obiectiui intellectus est in anima, & uult uera: sensus est extra animam ut singulare.

**Aquæ magna plus fluunt de nocte quam de die, tertio Meteororum.]** Et hoc est ideo, propter absentiam humoris solaris.

**Amor fociorum melior est quam amor pecuniarum, 1. Rhetor.]** Intelligitur de fideli socio, & non de quolibet socio.

**Artifex est sapientior experto, & architector manuali artifice, 1. Metaphys.]** Ad sapientem pertinet.



net, omnia in uniuersali scire, & difficilia, & habere scientiam que sui ipsius tantum causa est, & non causa alterius.

Anima mouet corpus ad omnem differentiam positionis, scilicet sursum & deorsum, ante retro, dextro & sinistro, 2. de Anima.] Et hoc est uerum affirmatiue.

Audire fabulas, est impedimentum cognitione ueritatis, 2. Met.

Antiqui philosophi acquisitis uitæ necessarijs, primo ceperunt philosophari, 1. Metaphyf.

Anima est causa corporis uiuentis in triplici genere causæ, scilicet formalis, efficientis & finalis, 2. de Anima.

Artifex, secundum possessum intendit se assimilare naturæ, commentator, 2. Metaphyf.

Animalia audiuntur magis dormiendo quam uigilando. In de Somno & uigilia.

Animalia respirantur in humido. in de Morte & uita.

Apes habent regem, qui non exit nisi cum omnibus apibus. ibidem.] Similiter uera.

Anima infunditur corpori iussu dei. in libro de Proprietatibus elementorum.] Similiter uera.

A mulieribus non regitur ciuitas, 1. Polit.] Simpliciter uera.

Anima præciosior est corpore in omni possessione, 7. Polit.

Ars separat defectum naturæ. ibidem.

Amor, odium & proprium cōmodum, sapè faciunt iudicem non uidere uerum, 1. Rhetor.]

Simpliciter uera.

Amicus gaudet de bonis, & dolet de tristibus sui amici, 2. Rhetor.

A luxuriæ feruore student se discipuli alienare. per Boetium in Disciplina scholarium.

## B

**B**onum est adulterari cum uxore tyranni tempore belli.] Intelligitur sic, utile seu expediens est tempore belli adulterari cum uxore tyranni, ut ipsa reuelet secreta: & sic bonum non debet dici bonitatem moris, quia non est bonum morale, sed malum, sed importat utilitatem, ut dictum est.

Bonum & malum sunt contrarie opposita. per philosophum in Prædicamentis.] Intelligitur sic prout bonum & malum sunt differentie entis, non sunt opposita contrarie, sed contradictorie: quod malum entis non est ens, sed bonum entis est ens. Sed tunc ad philosophum dicitur, quod loquitur de bonitate moris, & non de bonitate entis. Alio modo potest aueritas intelligi sic: Si unum contrariorum est in rerum natura, sic etiam est reliquum, id est, si unum oppositorum non est determinatum à natura, modo natura determinat sibi ens siue bonum entis, & abhorret non ens, ut patet.

Bonum utile non est melius bono honesto, per Senecam.] Intelligitur de bono utili, in quantum non est bonum honestum, quia idem bene potest esse bonum utile & bonum honestum.

Bonum connumeratum bono facit ipsum melius, 1. Ethic.] Intelligitur sic, si bonum infinitum connumeratur bono finito, facit ipsum melius, id est, nobilius: sed si bonum finitum comparatur bono infinito, non facit ipsum melius, quia omnia bona cum primo motore & totum uniuersum non facit ipsum magis bonum quam primus motor seorsum, eo quod est bonum infinitum.

Bis tria non sunt sex, 5. Metaphyf.] Ibi notandum est, quàm illa propositio bis tria non sunt sex, est distinguenda. Nam Ly Bis dupliciter sumitur, Vno modo capitur copulatiue, ita quod coniunctio inclusa in Ly Bis, causat propositionem hypotheticam copulatiuam: & illo modo tantum ualeat, Bis tria non sunt sex, & tria non sunt sex, & sic est uera, & illo modo eam cepit philosophus. Alio modo capitur ut coniunctio inclusa in Ly Bis, scilicet sit, & tunc tenetur copulatiue, & facit propositionem categoricam de conditionato extremo: & tunc tantum ualeat, Tria & tria non sunt sex, & sic ipsa est falsa.

Bonum animæ est optimum bonum, 7. Polit.] Intelligitur comparatiue scilicet, quod bonum quod est bonum hominis, est optimum respectu illorum duorum, scilicet boni utilitatis & boni delectabilis.

Bonum reperitur in quolibet prædicamento. primo Topi.] Intelligitur de bono entitativo, & non de bono morali, quia illud non reperitur in quolibet prædicamento.

Brutum est animantius arbore. per authorem sex principiorum.] Intelligitur quod animal habet plures uirtutes uel potentias animæ quàm arbor.

Bonum de quanto communius, de tanto diuinius, 1. Ethicorum, & secundo Topi.] Verum est de bono eiusdem speciei. Etiam quando minus bonum includitur in maiori bono, propter esse monachum & esse uxoratum, quamuis enim uxoratum esse, communius est quàm esse monachatum, tamen quia dicitur, esse monachum non includitur in esse uxorato, ergo ad hoc esse monachum est melius & diuinius, uel quando per communem usum non derogatur habenti propter hoc, quamuis habere equum cum decem socijs, est communius quàm se solo habere: tamen non est diuinius, quia derogat habenti.

Basiliscus solo uisu interficit hominem. per commune dictum.] Respondetur quod non est intelligendum, quod per actum per se & per speciem uisibilem interficit hominem: sed est intelligendum ad istum sensum, quod basilisci sunt aquæ & humidi, & maxime porosi, & per eos fiunt euaporationes, quæ insciant aerem, & ille aer attractus ab homine interficit hominem. Et sic simili modo dicitur de muliere menstruoza, quæ solo uisu maculat speculum.

Bonum & malum sunt in rebus, uerum & falsum sunt in anima, 6. Meta. & 3. de Anima.] Ibi dicitur, quod hoc est intelligendum exclusiue sic, quod uerum & falsum sunt solum in anima: quia si non esset anima, nunquam esset ueritas nec falsitas, sed bonum & malum sunt in rebus & ratione ad actum sunt in anima, quia si nulla esset anima, adhuc res esset bona uel mala: & sic bonum & malum non sunt in rebus, sed etiam in anima.

Bonum cum uoluntate est magis eligendum, quàm bonum sine uoluntate.] Intelligitur ad omnia finita bona cum uoluntate. Recta regula copulatiue regulata, illa magis sunt eligibilia cum uoluntate, quàm bona sine uoluntate.

Bona

Bona sine tristitia sunt eligibilia bonis cum tristitijs, 3. Topic.] Intelligitur quod bona sine tristitia, & sic dummodo præ eminentia bonitatis non conuenit bonis cum tristitijs. Dicitur notanter Bona, propter crapulose uiuere, & temperate uiuere: quia crapulose uiuere, non est bonum: ergo non est plus eligendum quàm temperate uiuere. Dicitur etiam, Dummodo præ eminentia, quia temperate uiuere sine tristitia non est eligendum, quàm facere iusticiam cum tristitia. Respondendum est, quod bonum cum tristitia querit bonitatis uim cum præ eminentia ueri: sed facere iusticiam, cum tristitia est potentia.

Bonum ex circumstantijs est eligibilius bono necessario, 3. Topi.] Intelligitur quod bonum ex circumstantijs, ut sic est eligibilius bono necessario, ut bono nature naturate: ut sic dicitur notanter Nature propter bonum moris, quod etiam est necessarium: tunc etiam additur, Nature naturate propter Deum, & additur ut sic, quia stat idem esse bonum ex circumstantijs, & bonum nature naturate, ut, Bonum uiuere est bonum ex circumstantijs, & etiam est bonum nature.

Bonum simpliciter est eligibilius bono particulari, 3. Topi.] Intelligitur de quocumque est, uerum est dicere quod sit bonum sine addito, & sic autoritas debet intelligi cum reduplicatione.

Bonum nobilius est eligibilius bono minus nobiliori, 3. Topi.] Et sic sequitur quod latro nobilis esse melior rustico bono moraliter: similiter etiam quod tyrannus esset eligibiliter comite bono moraliter. Respondetur quod sic intelligitur, quod omne nobilius, ut sic in eadem specie nobilitatis est magis eligendum suo minus nobiliori, uel nobili ceteris paribus, scilicet dummodo alteri non ueniat una alia nobilitas aliam excedens.

Bonum proprium est magis eligendum quàm bonum commune, 3. Topi.] Et sic sequitur quod proprium bonum est magis eligendum quàm summum bonum, quod tamen falsum est. Ibi sciendum, quod bonum est duplex. Quoddam est bonum commune, propter cuius communitatem derogatur habenti, & illud bonum commune non est melius bono proprio, sed de quanto magis proprium, de tanto magis est eligendum, ut est equus uel tunica. Aliud est bonum propter communitatem, quod nullo derogatur, ut splendor solis uel candela in domo. Et hoc bonum de quanto communius, de tanto diuinius & melius, de illo intelligitur dictum philosophi, primo Ethic. Sed de primo bono communi præfens autoritas intelligitur, & intelligitur cum speciuocatione, scilicet dummodo cetera sunt paria, & dummodo bono communi conuenit præ eminentia.

Bonum in tempore quod magis ualeat, est magis eligendum, 3. Topi.] Et sic oua plus ualent in hyeme quàm in æstate, quod tamen falsum est. Respondetur quod aliquid plus ualere alteri dupliciter intelligitur. Vno modo in sua natura, & sic omne animatum plus ualeat quàm esse inanimatum. Alio modo intelligitur quo ad usum nostrum, & sic tempore determinato oua plus ualent in æstate quàm in hyeme, quia fortificant naturam plus in no tempore determinato quàm alio.

Bonum & ens conuertuntur, 4. Meta.] Intelligitur de bonitate entis, & non de bonitate artis, de quo loquitur philosophus primo Ethic. dicens quod in diuersis artibus est aliud & aliud bonum, & sic quelibet ars designat aliquid bonum: & etiam autoritas intelligitur de bonitate moris, de qua loquitur in Ethic. quod bonus est honorandus secundum uirtutem. Etiam non debet bonum capi pro bonitate perfectionis, ita quod illud dicitur bonum, quod alterum perficit. Et de illo loquitur philosophus, cum dicit, Tempus est quoddam bonum. Sequuntur nunc autoritates simpliciter uera.

Babylonia erat tanta latitudinis, quod cum capta esset una pars ciuitatis, tertia die nesciebatur in alia parte, 3. Polit.

Bonum uniuersi consistit in ordine, 12. Metaph.] Quia omnia ordinem habent ad primum bonum.

Bonum uoluntarium est, quod simpliciter est bonum, 2. Ethic.] Illa autoritas est simpliciter uera.

Benefactores plus amant beneficatos, quàm amentur ab eis, 9. Ethic.

Bona fortuna est impetus naturaliter factus à Deo, mouente totam naturam. philosophus in libro de Fortuna.

Bonam uitam scientia perfecta efficit. Seneca ad Lucillum discipulum suum.] Simpliciter uera.

Bonum ens nec accommodatur nec emitur, si uenalis esset, non haberet emptorem: sed malum ens quotidie emitur. ibidem epistola 4.] Simpliciter uera.

Beneficiorum memoria senescere non debet, id est, perire. Seneca in de Beneficijs.] Simpliciter uera.

Beatitudo est præmium humanorum actuum, sicut probitas ipsa est præmium, ita in alijs nequitia est supplicium, 4. de Consolatione.] Etiam simpliciter uera.

Bonitas Dei fuit causa factiois mundi & originis omnium rerum. Plato in Timæo.] Simpliciter uera.

Beata est respublica, cui princeps sapiens dominatur, 1. de Consolatione.] Simpliciter uera.

Bonum est laudari, sed dignius est laudabile. Seneca in lib. de Morib.] Illa est simpliciter uera.

Bona consuetudo excutere debet, quod mala introduxit. ibidem.

Bona domina est, quæ non fuit imperfecta, id est, maculata grauibus operationibus. in libro de Pomo & morte.

Bonus animus & rectus te facit parem Deo, & non poena. Seneca ad Lucillum discipulum.

Bonum est pueros esse sine uitio. septimo Politicorum.

## C.

**C**orporeum non est elementum, ex quibus componitur, septimo Metaphyf.] Intelligitur quod partes materiales non sunt solum partes, ex quibus componitur solum compositum: sed ultra hoc requiritur forma, dans esse & uiuere illis partibus, ut patet per philosophum.

Collectiuum enim multorum in unam naturam, species est, & magis id quod genus est. Porphy.] Intelligitur sic, quàm terminus speciuocus communiter representatiuus multorum, id est, plurimum in unam naturam sub uno conceptu uel naturali similitudine: & magis illud quod genus est, illud genus sub conceptu communiore sua significata representat quàm species, quia genus est superius ad speciem.

Circa compositionem & diuisionem ueritas & falsitas propositionum consistit, 1. de Interpretatione.]

Bedæ tom. 2.

t 4

Intell.

Intelligi ut quod circa compositionem, id est, circa propositionem affirmatiuam & negatiuam, ibi est ueritas & falsitas, hoc tamen non est obiectiue.

Corpora celestia non habent materiam, per Commentatorem 1. Phisic.] Ibi dicitur quod philosophus capit materiam proprie, scilicet quod cælum non habet materiam eiusdem rationis cum materia inferiorum, quia si sic tunc cælum esset generabile & corruptibile.

Cælum est corpus simplicissimum, primo Cœli.] Vno modo cælum est simplicissimum, id est, nullo modo compositum, & sic ipsa est falsa. Alio modo intelligitur cælum esse simplicissimum, quia non est compositum ex substantia & accidente, uel accidentibus corruptiuis; quia cælum sic non suscipit peregrinas impresiones, ut patet 1. Meteor. & non suscipit corruptiuis qualitates, licet saluatiuas, sicut splendorem & solem, lunam uel stellas, quæ omnia cælum capit.

Carnis non est determinata quantitas in magnitudine & paruitate, 1. Phisic.] Ibi uidetur quod entia sunt ad unum. Respondetur quod uult, quod entia naturalia sunt determinata ad unum qualibet specie entium separatorum, ad unum est danda quantitas ita parua, quod indiuiduum eiusdem speciei sub illa quantitate non potest dare diuisibilitatem, quæ est danda ad corruptionem; & hoc sic, quod non potest permanere per notabile tempus.

Cor est primum uiuens, & ultimum moriens in de Morte & uita.] Intelligitur quoad operationes uitaes, quæ prius apparent in corde quàm in alijs membris.

Cor, hepar, cerebrum, sunt principia intrinseca animalis, ut dicunt medici.] Hoc uidetur contra philosophum, qui dicit quod tantum tria sunt principia rei naturalis, scilicet materia, forma, & priuatio. Ibi respondetur, quod medici non proprie loquuntur de principijs simplicibus, sed magis de principijs principatis, modo autoritas philosophi intelligitur de principijs essentialibus & intrinsecis.

Cuiuslibet transmutationis naturalis principia intrinseca sunt contraria, primo Phisicorũ.] Intelligitur sic, quod cuiuslibet transmutationis naturalis principia diffinitiuia sunt contraria, largè capiendõ contraria. Secundo modo sic intelligitur cuiuslibet transmutationis naturalis, id est, ad exprimendum quid est transmutari, siue quid est transmutatio naturalis, oportet nos uti terminis contrarijs supponentibus pro principijs rei, quæ naturaliter transmutantur, uel ad exprimendum quid nominis huius, quod est transmutatio naturalis: tunc transmutatio naturalis est subiectum, habere uel recipere aliquam formam, quam prius non habuit. Modo utimur illis terminis habere formam, & non habere formam, supponentibus pro principijs rei quæ sunt contraria, largè capiendõ contrarietatem.

Certissimum sensum tactus habet homo, 2. de Anima.] Intelligitur dupliciter. Vno modo secundum facilitatem intelligendi, iudicandi & apprehendendi, & sic aranea habet certiorẽ modum tangendi siue tactum, quàm homo. Alio modo quo ad modum discernendi differentias tangibilium, & sic homo habet certiorẽ tactum; & non uult Aristoteles quod homo habet certissimum tactum per comparationem ad alios sensus exteriores, quia nos iudicamus certius per uisum; sed uult quod nos habemus certissimum tactum per comparationem ad alia animalia bruta, & hoc quo ad modum discernendi.

Color est proprium obiectum uisus, 2. de Anima.] Intelligitur dupliciter. Vno modo quicquid uidetur, hoc uidetur ratione, quo habet colores in se. Alio modo intelligitur, quod Ly Est capitur in actu signato, & sic color est proprium obiectum uisus, id est, color significat proprium obiectum uisus, & adequatum. Vel dicitur quod philosophus uoluit illam Propriũ obiectum uisus est color, sic quod Ly Color fiat confuse tantum, & sic non oportet dari certum colorem.

Causa materialis & efficiens nunquam coincidunt, 2. Phisic.] Verum est de materia propria dicta, quæ uocatur materia ex qua, sed non de materia in qua, scilicet improprie dicta.

Conceptus non sunt æquiuoci, 1. 2. de Æquilis.] Intelligitur quod conceptus uerum non sunt æquiuoci ad illa, quorum sunt naturales similitudines.

Conuertibile non probat suum conuertibile, per communem regulam.] Intelligitur de conuertibilitate ignotiori, ut sunt exponentes unius expositæ.

Circulariter diffinire est impossibile, 1. Poster.] Intelligitur de absolutis in eodem genere diffiniendi, non est inueniens saltem à priori uel à posteriori secundum respectus & in diuersis generibus diffiniendi.

Contingit plura scire, unum solum uero intelligere, 3. Topi.] Intelligitur sic, ad scientiam requiruntur obiecta scibilia. Sed intellectus fit quandoq; circa unum, quandoq; circa plura, uel aliter sic, Contingit plura scire in habitu, & tamẽ non contingit plura simul intelligere in actu: quia stat quod aliquis sit habituatus pluribus scientijs, & tamen unum solum intelligit actualiter. Aliter sic, Contingit solum unum intelligere de se & determinatè: cum hoc tamen stat, quod intellectus intelligit plura indistincte siue confuse. Aliter sic, Glossatur secundum Lodouicum, id est, scientia solum est uniuersalium, quia singularia non sciuntur, ut patet 1. Poster. sed intellectus bene potest singulariter intelligere.

Cuiuslibet innata est scientia & notitia, 1. Poster.] Intelligitur formaliter uel uirtualiter secundum suas causas, & eo quod intellectus à natura assentit uera.

Cælum est indiuisibile & inalterabile, 1. Cœli.] Intelligitur secundum separationem: est tamen diuisibile secundum assignationem partium, quia in cælo diuersæ possunt partes assignari. Et sunt differentie positionum, & est alterabile alteratione saluationis.

Cessante motu cœli, cessat motus inferiorum, 2. Cœli.] Intelligitur sic, cessantibus illis tribus, scilicet motu lune, & influentia, cessat motus inferiorum: quia siaret quod influentia in inferiora influeret cessante motu cœli, & hoc per suam influentiam, sicut sol per suum lumen, & planetae per influentias, & tunc motus non omnino cessaret in istis inferioribus, eo modo quo iam dictum est.

Contraria ambo debent esse positia, 1. Metaph.] Intelligitur de contrarijs proprie dictis, prout contrarietas distinguitur contra oppositionem priuatiuam.

Cælum est ligatũ inter generabilia & ingenerabilia, 1. Cœli.] Respondetur quod philosophus loquitur secundũ opinionẽ Platonis, & ponit eam assertiue. Alio modo dicitur, quod philosophus loquitur de medio continente, sic q; sub cælo sunt entia generabilia & ingenerabilia, extra cælum sunt entia optimam uitam ducentia, ut inquit Philosophus ibidem.

Causa

Causa finalis habet rationem optimi, 3. Phisic.] Ibi dicitur quod philosophus loquitur in illa autoritate diuinæ gratiæ, cuius & non gratiæ quo.

Causa est ad cuius essentiam siue esse sequitur aliud, 2. Phisic. & per authorem causarum in de causis.] Intelligitur de causa totali & sufficit, quia postea tali causa, etiã statim sequitur effectus, sed sic nõ est de causa partiali.

Corpus est genus supremum ad substantiam, per commentatorem, 1. de Anima.] Intelligitur sic, quod corpus sit genus generalissimum inter omnia genera subalterna, sed non simpliciter.

Cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonum est, 3. Topi.] Intelligitur de bonitate morali & particulari, ut patet: sic cuius finis particularis cum debitis circumstantijs debite persecutus est bonus, ipsum quoq; moraliter est bonum. Alio modo intelligitur de fine uniuersali, & de bonitate entis, & sic iterum est uera. (possibile.)

Circulũ demonstrare est impossibile, 1. Poste.] Intelligitur demonstrando in eodẽ genere, sed in diuersis bene est Causa finalis & causa idem sunt, per commentatorem, 1. Metaphysic.] Ibi dicitur quod philosophus capit causam propriissimẽ solum pro causa finali, quia talis est potissima causa, siue causa causarum, ut patet ibidem.

Cælum non suscipit peregrinas impresiones, 1. Meteor.] Intelligitur quod cælum non suscipit corruptiuas qualitates, cum hoc tamen bene stat quod capit qualitates saluatiuas, sicut sunt lumen & motus, quia cælum mouetur.

Causa est præstantior suo effectu, per authorem de causis, 9. Metaph. & 2. de Anima.] Intelligitur de causis subordinatis, sic quod subordinans præstantior est subordinato suo. Vel sic, quod omnis causa nobiliori modo habet se in causando, quàm effectus in prædicando: cum hoc tamen stat, quod aliquando dignitates uel bonitates potest conuenire cum effectu, quas tamen non habet causa.

Casus & fortuna sunt posteriores intellectu, 2. Phisic.] Si hoc intelligitur de uirtute sermonis, non est uerum: quia quandoq; casus, fortuna & intellectus sunt eadem res. Respondetur quod sic debet intelligi, quod casus & fortuna sunt causæ per accidens; sed intellectus & natura sunt causæ per se, secundum prius & posterius, non autem secundum rem.

Causa & causatum sunt simul, 2. Phisic. & 7. Metaphysic.] Intelligitur de causa in facto esse, & non in fieri: siue de causa actuali, & non potentiali.

Corrupto subiecto corrumpitur & suum accidens, philosophus in Prædicamentis.] Sed dices, si sic tunc corrupto homine corrumpitur & felicitas hominis, ex quo felicitas est accidens hominis. Pro quo nota, quod felicitas hominis habet duo subiecta, Vnum totale, & illud est homo. Aliud est partiale, & illud est anima. Aliter dicitur quod homo est subiectum denominationis felicitatis, quia homo denominatur felix à felicitate: sed anima est subiectum inhesionis felicitatis, modo prius corrumpitur, secundum uerum manet. Et sic conceditur, quod accidens denominationis migrat de subiecto in subiectum, & hoc non est inconueniens, nec contra philosophum, septimo Metaph. uel dicitur, quod corrumpitur subiectum totale, & adhuc tamen manet partiale quod est anima, ut dictum est.

Causa efficiens est principium motus & quietis, 2. Phisic.] Intelligitur, causa est principium motus, scilicet secundum operationem: & est principium quietis, scilicet secundum operis cessationem. Et sic habetur, quod causa efficiens dicitur principium productionis per suam operationem, quia est causa efficiens in producendo. Ratio, quia uocatur principium quietis per sui operis cessationem, quia quando causa efficiens cessat laborare, tunc etiam cessat transmutatio, patet de carpentario, qui est causa efficiens domus.

Cuius effectus bonus, ipsum quoq; bonum, regula in Topi.] Intelligitur cuius effectus particularis bonus est, ipsum efficiendo erit bonum efficientis, id est, agentis: & loquitur tam de bono entis, quàm de bono moris.

Cuius corruptio uel obiectio per contrarium est magis fugienda, illud est magis eligendum, 3. Topi.] Et sic, tunc sequeretur quod aer esset magis eligendus quàm domus: quia corruptio eius est magis fugienda. Respondetur quod corruptio capitur dupliciter. Vno modo pro infectione alicuius, ut aeris uel alterius rei. Secundo modo sumitur proprie pro mutatione rei, quæ tunc dicitur de esse ad non esse, & illo modo scilicet ultimo capitur hic. Et dices, si sic, tunc sequeretur quod prodigalitas magis esset eligenda quàm paritas. Ibi dicitur, quod intelligitur, Cuius bonum contrarium est bonum uel eligibile, modo paritas non est bona, eo quod est uicium.

Causa finalis est gratia, cuius aliquid fit: & finis aliarũ, quæ est potissima causarum, 2. Phisic.] Intelligitur sic, Causa finalis est gratia, cuius aliquid fit, id est, propter quam aliquid fit, scilicet effectus. Tunc addit unam conditionem, & dicit, quod causa finalis est potissima causarum, id est, optima, quia omnes aliæ causæ ordinantur ad ipsam tanquam ad finem. Sed dices, Omnis causa debet esse principium: causa finalis non est huiusmodi, ergo non est causa. Maior est philosophi, quarto Meta. Respondetur, secundum commentatorem, quod causa finalis consideratur dupliciter, uno modo uia generationis, & sic non est principium, sed ultimum. Alio modo consideratur uia perfectionis, quia finis perfectior est omnibus quæ sunt ordinata ad finem. Et sic illo modo est principium.

Causæ sunt sibi inuicem causæ, 2. Phisic.] Intelligitur quod causæ possunt ad inuicẽ demonstrari, non tamen in eodem genere causæ, sed in diuersis causis.

Cuiuslibet syllogismi altera præmissarum debet esse uniuersalis, 1. Priorũ.] Verum est de syllogismo, de medio communi existente in modo & in figura.

Continua sunt, quorum ultima sunt simul, 1. Cœli, & 3. Phisic.] Intelligitur de continuis quo ad destinationem, quia continua quo ad inceptions, non habent ultima simul, & talia ultima secundum destinationem dicuntur ultima secundũ quid.

Coloratum non est genus ad Ly album, 2. Topi.] Item Ly coloratum capitur dupliciter. Vno modo particulariter, & sic capitur in prædicta autoritate: alio modo nominaliter, & sic adhuc dupliciter, uno modo quo ad significatum materiale solum, tunc etiam non est genus, quia tunc est prædicatio denominatiua siue accidentalis. Alio modo capitur quoad significatum formale, & sic est unũ purũ syncategorema, & tale nõ predicatur. Alio modo capitur pro utroq; simul, prout ambo significata significant sub conceptu confuso, & consimiliter capitur Ly album: & sic coloratum predicatur de Ly albo, tanq; genus de sua specie.

Compositum intelligit, sed non anima, 1. de Anima.] Vbi philosophus uult, quod anima non intelligit, secundum corpus: & sic uult quod non habet operationem proprie, quam non communicet corpori, id est, non habet intelligere per species abstractas à rebus sensibilibus, ad quas non concurrat corpus tanquam instrumentum intelligendi.

Corru-

Corruptibile & incorruptibile sunt contraria, 1. Metaphys. ] Hoc est uerum capiendū contrarietatem communiter, prout extendit se ad oppositionem priuatiuam.

Contraria maximè distant, philosophus in Prædicamentis. ] Verum est loquendo de graduāli distantia, non autem perfectionali seu logicali.

Causa finalis & agens coincidunt, 2. Phys. ] intelligitur uno modo, secundum aliquos, quod illa non sit simplici ter uera, secundum autem alios dicitur quod causa finalis & agens coincidunt in causis per se, sed in causis per accidens non oportet. Alio modo dicitur, quod causa finalis & agens idem sunt sine reduplicacione, sed cum reduplicacione non oportet quod coincidunt.

Contraria debent esse in eodem genere, 7. Metaphys. ] intelligitur quod debent esse in eodem genere prædicamentali, quia si non, tunc non essent contraria, ut patet ex eorum diffinitione.

Contrarietas in omnibus prædicamentis est quælibet, in sola qualitate reperta, per Boetium. ] intelligitur capiendū contrarietatem strictissimè, sed capiendū contrarietatem largè, tunc etiam conuenit relationi, actioni & passioni: & intelligitur quod contrarietas per se conuenit qualitati, & per accidens relationi, passioni & etiam actioni, scilicet in ordine ad qualitatem.

Corpora physica sunt maximè in substantia, 2. de Anima. ] illa est intelligenda, quod corpora physica habent magis uel plus de entitate quàm aliæ substantiæ, sed dicuntur maximè substantiæ, quia sunt manifestæ substantiæ. Et plus apparent sensibus nostris esse substantiæ, quàm aliæ quæ non sunt physice scilicet artificialis: quia tales solæ sunt substantiæ propter materiam, physice autem substantiæ sunt non solum propter materiam, sed etiam ratione formæ. modo philosophus ibidem dicit, Corpora naturalia sunt principia artificialium.

Cuius priuatio est peius ens, habitus est melior, 2. Topi. ] Et sic sequeretur quod anima uegetatiua esset melior quàm intellectiua, ut patet quia priuatio uegetatiua est peior. Probatur, quia ad priuationem animæ uegetatiuæ tolluntur omnia animalia tam homines quàm alia animalia: sed ad priuationem animæ uegetatiuæ tolluntur omnia uiuentia non solum homines, sed etiam alia animalia. Respondetur quod illa auctoritas non est uniuersaliter uera, sed intelligitur de illis, ubi unum non præsupponit alterum, modo potentia intellectiua præsupponit potentiam uegetatiuam.

Contra negantem principia, non est amplius disputandum, 1. Phys. ] intelligitur quod non est amplius disputandum contra illum in illa scientia, cuius talia principia sunt. Quare etiam dicit, quod nullus artifex habet stabilire sua propria principia, sed Metaphysicus habet stabilire omnia.

Consilium non est de præteritis, sed de futuris, 6. Ethic. ] Ratio quia quod factum est non potest esse non factum, quia facere genitum & non genitum hoc solo posse priuatur, ut patet per philosophum ibidem.

Communiora sunt faciora, 1. Phys. ] Et dicens, Metaphysicus desiderat pura communissima, ergo erit faciora, quod tamen uidetur falsum: ubi dicitur quod licet Metaphysicus desiderat pura certissima & communissima, tamen quia specialiter tractat de substantijs separatis, scilicet de Deo & intelligentijs: ideo dicitur difficilior, quia scientia capit suam denominationem à fine, patet per illud commune dictum: Omnia à fine sunt denominanda.

Causa & principium conuertuntur, 5. Metaphys. ] Si sic, sequeretur conclusio talis, quod Deus habeat causam, quæ etiam habet principium, patet hoc, quia Deus habet causam finalem, quia habet opus, modo opus est finis operantis, secundum Cœli. ubi dicitur quod Deus non habet causam finalem gratia cuius, sed bene gratia quo.

Circa idem uersatur logica & Metaphysica, 4. Metaphys. ] intelligitur quod tam logica quàm Metaphysica sunt scientiæ communes, quo ad applicationem.

Cæcitas est priuatio actus & potentia. Aristoteles in Postprædicamentis. ] intelligitur de potentijs instrumentibus & non qualificatiuis, sed de formali: quia est humor glaciatis, quia stat aliquid habens oculos claros, & tamè ipsum nihil uidere, ut patet per experientiam.

Contrariorum contrariæ sunt causæ, 2. de Generatione. ] ubi dicitur, quod idem particulare non est causa oppositorum, & non intelligitur de agente uniuersali, quia tale potest esse causa oppositorum, ut patet secundo Phys. & secundo Metaphys. in tractatu de Causis.

Caro est organum tactus, 2. de Anima. ] Respondetur quod per carnem sentimus tanquæ per mediū. Dicitur etiā quod tactus est in carne tanquæ in medio, uel dicitur quod tactus est infra carnem, & hoc etiam dicit philosophus, 2. de Anima.

Cuius usus malus, ipsum quoque malum, regula Topi. ] intelligitur, Cuius usus per se est malus, ipsum quoque que est malum.

Consilium non est de fine, sed de his quæ sunt ad finem, 3. Ethic.

Consulto oportet uelociter operari, consiliaria autem tardè, 6. Ethic.

Circa uoluptates & tristitias est moralis uirtus, 2. Ethic.

Cognitio finis utilis est in arte, 1. Ethic.

Coitus est destructio corporis, & abbreviatio uitæ. Aristoteles in Secretis secretorum.

Cum illis cōuersari debes, qui te meliorem facturi sunt: illos autem dimitte, quos tu meliores facere posses. Seneca ad Lucillum discipulum.

Cottidie moriuntur, cottidie enim dabitur aliqua pars uitæ. ibidem epistola.

Cogitatio tua nunquam recedat à uero, id est, à bono. Seneca in de Forma uitæ.

Consilium oportet esse de his quæ possunt aliter habere, 6. Ethic.

Cum consideratione præmitte, & plenius quàm promiseris præsta. ibidem.

Causa est incombinatæ rei euentus, ex causis confluentibus in his quæ generantur. Boetius quinto de Consolatione.

Constitudo est altera natura, 7. Ethic.

Consilium mulierum est inualidum, pium autem imperfectum, 1. Polit.

Ciues sunt socij unitus ciuitatis, 2. Polit.

Contu

Contumelia est causa iræ, 5. Polit. ] Simpliciter uera.

Compositum ex materia & forma, non dicitur unum, nisi quod sua forma est una. Commentator secundo de Anima.

Cæcus à natiuitate sapientior est surdo & muto. in lib. de Sensu & sensato. ] simpliciter uera.

Castrati plus uiuunt quàm non castrati, & ideo propter paucitatem coitus plus uiuunt mulus, quàm equus: & foemine plus quàm masculi. in lib. de longitudine & breuitate uitæ. ] simpliciter uera.

Cum exuolatur rex apum, uolatu fert secum turbam apum, in octauo libro de Historijs animalium. ] illa est uera.

Ceruus eicit cornua sua, regradia est inuenire. Vnde dicitur in prouerbio, Ceruus eiecit cornua. ibidem. ] simpliciter uera.

## D

De infinito habetur scientia, 3. Topi. ] ubi dicitur, Verum est priuatiuè, & per propositiones negatiuas & conditionales, non autem positiuè & affirmatiuè & per propositiones categoricas.

Descendentem à generalissimis ad specialissima, necesse est ire per multitudinem, per Porphyrium. ] ubi dicitur quod auctoritas in sensu diuiso est falsa, quia non est necesse ipsum descendentem ire per multitudinem: sed debet concedi in sensu composito, ut necesse est descendentem ire per multitudinem à generalissimo ad specialissima.

Dans formam, dat omnia consequentia formam, 8. Physicorum. ] intelligitur uno modo, Dans formam dat omnia consequentia necessaria ad formam, modo scire & uirtutes non sunt necessariae ad formam: quia sunt de bene esse ipsius formæ, eo quod sint formæ accidentales perficientes ipsum intellectum. Alio modo sic intelligitur, & melius: Dans formam dat sibi formaliter uel uirtualiter omnia consequentia formam, nam sic Deus dat scientiam uirtualiter, quia creauit formam intellectiua, sic quod habet naturalem inclinationem ad acquirendum scientiam.

Deus est infinitus, ibidem. ] intelligitur quod Deus est infinitus in uigore & perfectione, sed non extēse siue in quātitate.

De multiplicibus seu æquiuocis non est scientia, 2. Poste. ] ubi dicitur, quod secundum sanctum Thomam de æquiuocis & multiplicibus in tota sua communitate manentibus, non est scientia. Et ratio est, quia intellectus est uirtus immaterialis, ut patet tertio de Anima, & non potest simul & semel ad plura se diuertere, sed capiendū aliquid æquiuocum in certa eius significatione, tunc de eis bene potest haberi aliqua scientia.

De ente per accidens non habetur scientia, 6. Meta. ] intelligitur quod de propositione per accidens, uera non habetur scientia, tanquam de scibili propinquo, sed bene de re significata per conclusionem.

De corruptibilibus & possibilibus aliter se habentibus non est scientia, primo Poste. ] intelligitur quod de propositionibus singularibus categoricis non est scientia tanquam de scibili propinquo: cum hoc tamen stat, quod de talibus est scientia tanquam de rebus significatis per propositiones, siue tanquam de scibili remotissimo.

De subiecto scientiæ debent demonstrari passionibus principalissimæ in tali scientia considerata, primo Poste. ] Verum est de illis passionibus, quæ sunt de per se nota de illo subiecto.

Demonstratio circularis est impossibilis, ibidem. ] intelligitur in eodem genere demonstrandi respectu eiusdem generis cause, non de multis, scilicet demonstrantibus ad eandem conclusionem, & secundum idem genus cause pertinentibus.

Diffinitum est notius suis partibus diffiniētibus, primo Phys. ] ubi dicitur quod philosophus uult, quod facilius sit habere conceptus diffiniti, quàm conceptus diffinitionis, cum tamen stat quod conceptus diffinitius sit notior conceptu diffinibili: unde ad habendum conceptum diffinitionis non sufficit concipere conceptum generis uel differentia: ut dicit Biridanus. Sed ad habendum conceptum diffiniti sufficit habere conceptum speciei.

Decem prædicamenta sunt decem rerum principia naturalium. Porphyrius. ] intelligitur de principijs diffinitiujs supponentibus pro rebus naturalibus, & non loquitur de principijs essendi.

Dicens species esse separatas, rectè dicit, 7. Metaphys. ] Et sic uidetur quod ultima realia sunt ponenda, si essent separata à singularibus. ubi dicitur quod philosophus comparat ibi uniuersale primo modo & secundo modo dictum ad inuicem, quia qui ponunt uniuersalia realia esse à singularibus separata, melius & notabilius dicunt, quàm illi qui dicunt ea esse coniuncta: & sic non uult quod talia sint ponenda, sed uult quod Plato cum suis sequentibus magis notabilius dixit.

Deus & studiosus possunt facere mala, & agere, 4. Top. ] Pro quo sciendum, quod ille terminus Deus uno modo capitur substantiue, & illo modo capitur, duodecimo Metaphys. Vbi dicitur quod Deus est animal optimum & sempiternū, & sic non capitur hic. Alio modo capitur adiectiue, & sic idem est quod deificus & studiosus, id est, uirtuosus, & sic tunc capitur in prædicta auctoritate, & primo Polit.

Deus est anima mundi, primo Cœli, & similiter uocat ibidem omnes intelligentias animas. ] Respondetur quod anima capitur ibi improprie, secundum quandam similitudinem, quæ talis est: quia sicut anima proprie dicta regit & distinguit & mouet corpus, sic etiam intelligentia facit suo orbi cui appropriabitur.

Diuisum ex differentijs diuisiuis alicuius generis conuertitur cum tali genere, ut uult Boetius in libro Diuisionum. ] Verum est sumptis illis differentijs in numero singulari, quia in numero plurali non habet ueritatē.

Diffinitio est in prædicamento, 2. Topi. ] Respondetur quod philosophus loquitur ibi figuratiue, ponendo totum pro parte, & uult quod diffinitio ponitur in prædicamento non secundum se totam, sed solum secundum suas partes.

Diuisibile non est indiuisibile, 1. Cœli. ] ubi dicitur quod nullum diuisibile quantificatiuum seu extensum est, uel potest esse indiuisibile.

Differentia sumitur à forma, per Porphyrium. ] Dicitur quod forma debet in tantum ualere, sicut conditio formalis seu perfectionalis.

Disci

Disciplina est quæ in sola speculatione consistit, per Hugonem & sanctum Thomam.] Respon-  
detur quod capit scientiam sicut e. ulatiam communiter pro scientijs, quorum obiecta non possunt facere speculationem.

Dialectica non est scientia, 12. Metaphys. & 1. Topi.] Ibi dicitur quod uult quod dialectica non est scientia  
specialis, sed est scientia communis.

Duo habitus contrariæ non sunt simul in eodem, 2. Posterior.] Ibi dicitur quod licet uerum sit, quod non  
sunt in eodẽ actualiter, cum hoc tamen stat, quod unus actualiter, & alter potentialiter siue habitualiter stant simul in eodem.

Dicimus enim Deum esse animal optimum & sempiternum, 12. Metaphys.] Ibi dicitur quod philo-  
sophus loquitur secundum opinionem uulgarium, qui dixerunt, deos esse animalia, & posuerunt plures deos uniuersaliter, dicitur  
quod per Deum intelligitur corpus celeste: ut sit sensus, Deus, id est, corpus celeste est animal optimum & sempiternum.

Dabilis est minimus ignis, per commentatorem, 7. Phys.] Respondetur inter ignes actuales, & quod in  
certo ordine est dare minimum ignem, sed respectiue non est minimum ignem simpliciter dare.

Diffinitum est notius diffinitione, 7. Topi.] Intelligitur, secundum rationes utiles apprehensas per intellectum,  
& intelligitur acquisitione imperfecta, & quo ad nos: sed de acquisitione perfecta non est uerum, ut patet intuenti.

Diffinitio totius conueniens parti, non est bona, 6. Topi.

Diuturniora sunt meliora, 1. Ethic.] Intelligitur uno modo sic, aliqua sunt diuturniora ratione actus & potentie, &  
sic conceditur quod illud quod est bonum & diuturnius, est melius. Si autem ratione materie, tunc est falsum, quia tunc lapis esset  
melior quam homo: quia lapis diuturnior est quam homo, uel, secundum Rupertum intelligitur de illis quæ sunt eiusdem speciei, uel  
etiam dummodo minus diuturniori non sit annexa melior conditio, propter quod non oportet materiam primam melioris esse con-  
ditionis & dignioris forme substantiali.

De diffinitionibus potest esse scientia, 12. Metaphys.] Intelligitur, secundum rationes uniuersales, & per in-  
tellectum apprehensas.

Deus nihil intelligit extra se, 12. Metaphys.] Et sic sequeretur quod Deus non intelligat ista inferiora. Respon-  
detur quod Deus nihil intelligit extra se tanquam per aliquod quod est extra Deum, cum hoc tamen stat quod Deus intelligit extra  
se per suam nudam essentiam. Vel dicitur quod non intelligit extra se per medium & phantasma, sed aliterate & secundum suam  
simplicem essentiam. Sed dices tamen, dicitur tertia de Anima, oportet quancumq; intelligentem phantasmata speculari. Re-  
spondetur quod hoc intelligitur de intellectu humano siue dependente, & non de diuino.

De partibus autem animæ dicimus 2. de Anima.] Vbi uidetur uelle quod habeat partes. Respondetur quod  
philosophus loquitur de partibus subiectiuis seu de potentijs animæ, quæ sunt partes animæ, & hoc secundum rationem, & non  
secundum rem.

De uacuo & infinito est scientia 3. Topi.] Ibi dicitur quod de eis est scientia improprie dicta, quæ est de necessa-  
rijs, & tanquam de propinquis.

Derebus per accidens non habetur scientia, 7. Metaph.] Ibi dicitur quod de per accidens uel contingen-  
ter ueris, de illis non habetur scientia per propositiones categoricas de inesse & de presentia.

Demonstratio debet fieri ex puris ueris, immediate necessarijs, prioribus notioribusq; causis  
conclusionis, 1. Poster.] Intelligitur de demonstratione propter quid, quæ procedit ex propositionibus primis & immedia-  
tis: propter hoc non sequitur, Demonstratio non procedit ex primis immediatis, ergo non est bona.

Duo accidentia non possunt esse in eodem subiecto, 12. Metaphys.] Intelligitur quod duo accidentia  
naturalia & extensa non possunt esse in eodem subiecto præcise & adequatè, & secundum eandem partem subiecti, licet tamen ac-  
cidentia spiritalia possunt esse in eodem subiecto.

Deus est substantia æterna, & actus simplex, mouens sicut intelligibile, appetibile, causa agens,  
& finalis totius uniuersi, summa delectatio & optima, & omnimodo immutabilis, inalterabilis,  
imparsibilis, intransmutabilis, duodecimo Metaphys.] Vbi philosophus uult, quod omnia perfecta perfectio-  
nalia, nullam perfectionem includentia, omnia conueniunt Deo, & sunt Deus. Nam quicquid conuenit Deo, est Deus. Et intelligitur  
sic, Deus est substantia incorporea, capiendo Ly corpus quouis modo, scilicet tam pro corpore composito quam substantiali: &  
æterna, id est, non habens principium neq; finem: & actus purissimus nullam potentiam includens, simplex, id est, non compositus,  
mouens sibi omnia mobilia sicut intelligibile & appetibile: & non sunt ut sensibile, causa finalis, semper gubernans, totius uniuersi,  
qui est finis secundum Commentatorem primo de Cælo, primarius intentione dictus agens, id est causa actiua totius uniuersi, &  
sic de alijs particulis.

Deus est ens quo melius excogitare non potest, 4. Physic.] Ex illo habetur quod Deus est ens perfectissi-  
mum, & hoc est simpliciter uerum & optimum.

De futuris contingentibus non est determinata ueritas, 1. 2. de Interpretatione.] Dicitur quod hoc est uerum  
de futuro contingente, cuius ueritas non dependet ex propositione, quæ est de presenti determinate uera, modo ueritas illius propo-  
sitionis, Homo mouebitur, dependet ex ueritate illius, de presenti scilicet, Homo mouetur.

Ditiores sunt magis fideles communitati ad communiora, tertio Politicorum.] Intelligitur quod  
ut in plurimum sunt magis fideles, non quo ad commune bonum procurandum, sed magis ad conuentores. In illis enim magis cre-  
ditur diuitibus quam pauperibus.

Diuitiæ sunt uirtutes animæ, per Alanum.] Ibi dicitur quod uerum est de diuitijs animæ, quæ sunt scientiæ &  
uirtutes: sed hoc non intelligitur de diuitijs corporalibus seu corporis, quia tales diuitiæ perturbant animam.

Duo corpora non sunt in eodem loco, 4. Physic. & 2. de Anima.] Intelligitur de loco proprio, non autem  
communis: quia locus proprius est, qui continet solum locatum, sicut est aer.

Dimensiones in materia prima sunt perpetuæ, per Commentatorem.] Ibi dicitur quod uelut perpe-  
tue sunt dimensiones ut prima materia, sic quod Ly dimensiones stat confuse tantum, & sic non oportet dare certum suppositum.

Disposito medio inter agens & patiens respectu agentis dicitur actio, & patientis passio, per  
Com.

Commentatorem, 9. Metaphys.] Intelligitur sic, quod res quæ est actio in ordine ad agens, dicitur actio: & in ordine  
ad patiens, dicitur passio. cum hoc stat quod actio & passio non sunt proprie ad aliquid, nam reciprocatio & denominatio non suffi-  
cit ad hoc, quod aliquid sit proprie in relatione, sed ultra hoc requiritur quod talia dicibilia predicentur de se inuicem mediante Ly  
Ad aliquid essentialiter: modo sic, non est de Ly Agens & patiens.

Diffinitio non debet dari per opposita, 6. Topi.] Ibi dicitur, uerum est in quantum sunt opposita modo, licet  
actus & potentia ponuntur in diffinitione motus, tamen ibi non ponuntur opposita. Sed tunc opponuntur, quando actus ponitur pro  
actu, & potentia pro illo quod non est, sed potest esse.

Deus solum simplex est, 6. Metaphys.] Et uidetur quod forma substantialis nõ est simplex uirtute illius signi ex-  
clusiui solum. Respondetur quod simplex capitur dupliciter. Vno modo ut priuat compositionem partium inter se, & non aliunde:  
& sic anima intellectiua dicitur simplex, ex quo non est composita ex partibus, sed tamen æque bene est componibilis cum materia.  
Alio modo simplex, ut unum solum priuat inter se compositionem partium. Sed extra compositionem partium aliunde, id est, quod  
non sit cum altero compositio, & sic solus Deus est simplex: quia non est compositus, nec tamen aliquo modo componibilis. Et de illo  
Ly Simplex capitur in præsentia auctoritate.

De æqui pollutibus idem est iudicium, regula communis.] Intelligitur quo ad sequelam, scilicet ab uno  
ad alium est bona consequentia, non autem oportet quo ad omnia: quia quo ad modum significandi, non oportet, ut patet de Ly Ho-  
mo & Risibile, quia Ly Homo significat sua significata absolute, sed Ly Risibile connotat.

Deus & anima nihil faciunt frustra, 3. Cæli, & 3. de Anima.] Intelligitur quod uerum est, secundum totam  
speciem, uel ut in pluribus indiuiduis: sed natura bene facit aliquid frustra, secundum unum indiuiduum, ut producendo unum homi-  
nem cum sex uel octo digitis.

Dubitare de singulis non est inutile, per philosophum in Prædicamentis.] Intelligitur dubitare per  
rationes de singulis non per se manifestis, & sufficienter determinatis hoc non est inutile.

Dimittere sensum, & sequi rationem, debilitas est intellectus.] Intelligitur, si aliquis certe nouerit  
sensus, & tamen propter modicam rationem quam habet per intellectum, aliter diffinit per intellectum, hoc est bene debilitas intel-  
lectus, quam male indicat.

De ratione materiæ est abijcere formam, & aliam requirere, 1. Physic.] Hoc intelligitur de ratione in se-  
riorum generabilium & corruptibilium.

Diuersæ operationes arguunt diuersas formas, per commentatorem, 12. Metaphys.] Intelligitur  
diuersis suppositis, non autem in eodem supposito.

Deus non intelligit simplicia, per Auicennam.] Intelligitur quod Deus non intelligit eodem modo per spe-  
cies, sicut nos intelligimus.

Deus est innominabilis aliquo nomine, per commentatorem de causis.] Intelligitur Deus est inno-  
minabilis aliquo nomine perfecto, omnem perfectionem importans seu exprimens, quæ homo in eo cognoscere potest, propter quod  
multa nomina attribuuntur Deo, ut est sapientia, prudentia, saluator & consimilia.

De natura contrariõrum est se mutuo expellere, 1. Metaphys.] Intelligitur quod contraria non possunt  
esse in eodem subiecto in hæsiu & formaliter, sed bene apprehensiuè & contentiue, quia ab eodem continentur.

De quanto aliquis est maioris passibilitatis, de tanto est minoris posse.] Intelligitur de posse actiui,  
stat tamen cum hoc quod sint inuicem potentie passiue, ut est materia prima: sicut patet primo Physic.

Diaphanum est inuisibile, 2. de Anima.] Intelligitur quod uix et difficulter est uisibile. Et ratio est, quia non uide-  
tur per speciem propriam: sed per speciem extrinsecam, uel per colorem.

Diuisio debet dari per opposita secundum Boetium.] Intelligitur quo ad species mediatas, non autem in-  
telligitur quo ad species immediatas.

Denarius est mensura omnium rerum, quia est fideiussor in qualibet re, qua indigemus in om-  
ni necessitate, 5. Ethic.

Deterius semper est gratia melioris, 7. Polit.

Duplex est ius, scilicet legale & naturale, naturale est, quod habet eandem potentiam apud  
omnes homines: legale uerò est, quod est statutum ex lege.

Difficile est resistere consuetudini, quia assimulatur naturæ: facilius est tamen transmutare  
consuetudinem, 7. Ethic.

Delectationes bestiarum prauæ sunt ex natura, sed prauorum hominum est consuetudo, ibidem.

Delectatio conferuat operantem in opere suo, 10. Ethic.

Duplex est uita, scilicet contemplatiua & politica, inter quas contemplatiua est melior: quia  
ipsa est diuina, alia humana, ibidem.

De exemplo non requiritur uerificatio, sed manifestatio, Commentator, 2. de Anima.

Deceptio & ignorantia plus proprie sunt animalibus quam scientiæ, 2. de Anima.

Duplex est appetitus, scilicet intellectiuis, & ille dicitur uoluntas. Alius est sensitiuus, & ille  
dicitur concupiscibilis, 3. de Anima.

Dentes equorum cum senescunt, albescunt, in libro de Historijs animalium.

Dentes canum iuuenum sunt albi & acuti, senum uerò obtusi & nigri, ibidem.

Desiderium dubium uadit ad infinitum, 1. Polit.

Doctrina naturaliter procedit ab homine secundum operationem, quam habet doctrina ad  
discipulum, in primo lib. Poet. Arist.

Dirige semper cogitationes tuas in bonum, in libro de Regimine principum.

Discipulus debet esse docilis, attentus & beneuolus. Docilis cum ingenio, attentus in ex-  
ercitio:

exercitio: beneuolus animo ad audiendum. in Boetio de Disciplina scholarium.

Disculus est ille, qui discurrit per uicos, tabernas & per plateas meretricum, per cellulas, publica spectacula, per choreas & campos. ibidem.

Deus est summum bonum super omnem substantiam, omnemque naturam, quem cuncta petunt, cum ipse sit plenæ perfectionis, & minus societatis indignus. Plato in Timæo.

Dociles nos natura edidit, & rationem nobis dedit imperfectam, quæ tamen perfici potest. Seneca ad Lucillum.

Disciplina bonos mores facit, & ergo illud sapiat unusquisque quod dedit. Seneca de Moribus.

Diuitijs uendum, sed non est eis abutendum. Seneca de Moribus.

De dubijs non diffinies, sed suspensam teneas sententiam. Seneca de Formali uita.

De amabis, sed illud in hoc imitaberis, ut nobis omnibus prodesse, & nulli nocere possit. ibidem.

Deus malum facere non potest, sed nihil quod Deus facere non potest, ergo malum nihil est, uerum est positiuè. Boetius, 3, de Consolatione.

Diuina prouidentia rebus generandis non imponit necessitatem, quia si omnia euenirent ex necessitate, præmia bonorum, & pœna malorum periret. ibidem.

Dabo egentibus, non ut ego ipse egeam: succurro perituro, non ut ego ipse peream. Seneca in de Beneficijs.

E

Eadem sunt principia essendi & cognoscendi. secundo Metaphys. Respondetur quod philosophus uult quod principia sunt eadem in eadem demonstratione propter quid generis: quia sicut res habet esse in demonstratione per suam rationem propter quid, sic etiam habet cognosci, ut patet ex quid nominis demonstrationis propter quid. Vel intelligitur de principijs intrinsicis & essentialibus.

Ex eo quod res est uel non est, oratio uera uel falsa dicitur, per philosophum in Prædicamentis. Intelligitur quod omnis propositio affirmatiua de presenti de inesse categorica de terminis non ampliatiuis, quod si ita est, sicut per eam significatur, secundum eius significationem totalem & propositionalem, tunc illa dicitur uera: si autem non, tunc dicitur esse falsa.

Ex duobus entibus in actu non fit unum tertium, 7. Metaphys. Intelligitur quod quorum quodlibet est in actu formali, tunc ex eis fit unum tertium: cum hoc tamen stat, quod ex duplicibus entibus, quorum unum est in actu, & aliud in potentia, fit unum tertium, sicut ex materia & forma fit unum compositum. Vel intelligitur de heterogenijs, quia duæ guttæ diuerse faciunt unum tertium per se, scilicet aquam.

Ex puero fit uir, 2. Metaphys. Intelligitur quod Ly Ex dicit circumstantiam ordinis: alij tamen dicunt, quod Ly Ex debet importare circumstantiam causæ efficientis.

Entia uolunt malè disponi, 2. Metaphys. Ex illa auctoritate sequeretur, quod omnia entia totius mundi seu uniuersi sunt bene & optime disposita. Sed diceret quis tunc, Quid de monstris dicendum, ibi licet monstrum, secundum se non sit bene dispositum, tamen in ordine ad decorem uniuersi est dispositum bene, & ex tali reuocet decor uniuersi.

Ens & unum conuertuntur, 4. Metaphys. Verum est capiendū Ly Ens participialiter, & unum aggregatiuè: non autem uerum est, capiendū Ly ens nominaliter.

Effectus gerit similitudinem suæ causæ, per authorem de causis. Intelligitur de causis particularibus: sed non de uniuersalibus, ut est Deus & intelligentia, de quibus non oportet.

Entia metaphysica sunt abstracta à sensibus, 2. Phys. & 6. Metaphys. Ibi dicitur quod Aristoteles non uult, quod sunt realiter distincta, sed quo ad modum considerandi: sic quod metaphysicus considerat de illis quæ non habent realspectum ad modum, uel quo ad materiam, uel quo ad qualitates sensibiles. Et per hoc consideratio metaphysici differt à consideratione physici.

Ex ente & ente non fit ens per se, nisi secundum accidens, 2. Phys. Intelligitur sic quod ex ente & ex ente non fit ens per se uniuersaliter, uel in quantum est ens, id est, absolute. Vel intelligitur sic, quod ex ente & ente non fit ens, & hoc est uerum, quod ambo entia sunt entia in actu formali.

Essentiæ prædicamentorum sunt impermixtæ, per Themistium, secundo de Anima. Intelligitur quod terminus unus prædicamenti non prædicatur essentialiter de termino alterius prædicamenti, cum hoc tamen stat quod prædicatur de tali termino accidentaliter: ut, Homo est albus.

Efficiens & materia non coincidunt, 2. Phys. Intelligitur de materiali causa ex qua, efficiens: si non prohibet quod materia in qua ut subiectum scientiæ & causa efficiens, scilicet intellectus possunt coincidere.

Eadem numero sunt, quorum materia est una, 5. Metaphys. Ibi dicitur quod illi termini sunt idem numero, qui supponunt pro eodem, & quorum idem est significatum materiale. Alio modo intelligitur, eadem numero sunt quorum idem est significatum materiale.

Ex nihilo nihil fit, 1. Phys. Intelligitur, quod philosophus uult illud, Nihil fit ex nullo ente realiter, & hoc est uerum physicè.

Aeterni non est aliqua causa, 8. Phys. Intelligitur primo modo sic, quod æterni non est causa aliqua, à qua est producta tanquam ex materia. Alio modo intelligitur, æterni nullo est causa, &c. uidelicet affirmatiuè & consignificatiuè, & sic est falsum.

Entia, non mota, sunt physica considerationis, 2. Topic. Intelligitur sic, entia quæ non considerantur sub ratione motus, uel tanquam causæ ad effectus, uel tanquam principia ad principia, ista non sunt physica considerationis, modo autem reduciuntur ad ens mobile tanquam ad causam efficientem.

Aeternum

Aeternum est quod non habet principium neque finem. Intelligitur de principio diuinationis, habet tamen principium conseruationis dependentiæ.

Ex non quanto, fit non quantum, 2. Cœli. Verum est, quod ex non quanto non fit quantum continuum, licet bene discretum: & licet tres conclusiones grammaticæ scientiæ non sunt quantitas continua, quia simplices qualitates in anima: sunt tamen quantitas discreta, quia numerus.

Ex uno nihil sequitur, secundo Priorum. Intelligitur quod ex una propositione nihil sequitur syllogisticè, sed ex una bene sequitur enthymematicè.

Eadem sunt principia compositionis & resolutionis, 1. de Generatione. Intelligitur de resolutione separatiua, quæ est partium aliquarum à se inuicem separatio. Vel intelligitur de resolutione reali, & non logicali.

Eadem est ratio partis & totius. Intelligitur in naturalibus & non in artificialibus, & licet propositio sit subiectum Petri Hispani, non tamen ex hoc sequitur quod sit subiectum secundi uel tertij tractatus.

Eiusdem effectus non sunt diuersæ causæ, per authorem de Causis. Intelligitur sic, quod eiusdem effectus non sunt diuersæ causæ subordinatæ: ergo etiam non sequitur, intellectus infert, ergo non præmissæ, quia præmissæ & intellectus sunt causæ subordinatæ tanquam ad efficiens & ad instrumentum.

Ens nec est uniuocum, nec æquiuocum, 4. Meta. Intelligitur quod ens non est æquiuocum à casu, sed bene à consilio, seu per analogiam: quia per prius dicitur de substantia, & per posterius de accidente.

Entis diuersæ sunt species, 1. Phys. Intelligitur capiendū species pro terminis minus communibus.

Aequale est de esse quantitatis, 1. Cœli, & in Prædicamentis. Intelligitur de quantitate finita, non autem infinita.

Ex uero nil nisi uerum, 2. Priorum. Intelligitur quod in consequentiâ bonæ & formali, ex antecedente uero nil aliud sequitur nisi uerum.

Aeterno nihil est prius, octauo Physicorum. Hoc est uerum secundum tempus, cum hoc tamen stat quod aliud sit prius secundum naturam.

Eadem differentia non sunt diuisione inferioris & superioris, in Prædicamentis. Intelligitur de differentijs essentialibus, sed non accidentalibus, ut quantitas diuiditur in finitum & infinitum.

Aeterna non sunt in tempore, 4. Physicorum. Intelligitur commensuratiuè, ad æquatè commensuratio temporis non conuenit æternis.

Ea quæ scimus, sunt minima, quæ ignoramus, per Themistium. Verum est, quod ea quæ scimus determinatè & in speciali, & non in uniuersali seu confuso modo: quia in uniuersali scimus omne ens per istam propositionem, Omne ens uel est, uel non est.

Excellent sensibile corrumpit sensum, 2. de Anima. Et si sic, tunc unum illorum non est alterum, quorum unum contingit pati corruptiuè, & aliud non. Sed sensum contingit pati corruptiuè ex auctoritate, intellectum uero non: ergo sensus & intellectus sunt idem. Ibi dicitur quod sic intelligitur, quod excellens sensibile corrumpit sensum, quoad dispositionem, non autem quoad essentiam: & sic sensus materiam, sed non materiam sensus corrumpit propter appellationem. Similiter in 2. Ethic. dicitur, quod sensus contrariatur rationi: & sic iterum sequitur, quod sensus & ratio non sunt idem. Ibi dicitur quod hoc demonstratiuum sic intelligitur, quod sensus, id est, iudicium potentiæ sensitiuæ contrariatur rationi in iudicio rationis, & sic illa auctoritas est uera.

Embryo primò uiuit uita uegetatiua, & postea sensitua. Intelligitur quod prius apparent in embryone operationes potentiæ uegetatiuæ quàm potentiæ sensitiuæ.

Eligibilis est bonum circumstantionatum quàm necessarium, & sine circumstantiâ, philosophus in Ethicis. Intelligitur de bono naturæ naturæ, & non de bono naturæ naturantis: quia primum est bonum simpliciter, & summum bonum est maximè eligendum.

Esuries est calidi & sicci, & sitis est frigidi & humidus, 2. de Anima. Intelligitur sic: Esuries est appetitus calidi & sicci nutritiui ad confortandum calorem naturalem, sed sitis est appetitus frigidi & humidus, & hoc ad restaurandum humidum radicale, in quod agit calor naturalis.

Echo differt specie à sono primario, per Commentatorem 2. de Anima. Intelligitur quod echo & sonus differunt specie secundum rationem speciei, cum hoc tamen stat quod sit unus & idem sonus in re: uel dicitur quod differunt secundum apparentiam auditus.

Aeternaliter nunquam fuit nec stat aliqua frustra potentia. Verum est de potentia obiectiua, non autem subiectiua: uel si fuerit potentia ad corruptionem sui, & non alterius.

Ex non homine fit homo, 1. Phys. Intelligitur quod ex non debet dicere circumstantiam causæ materialis, sed circumstantiam temporis, id est, post non hominem fit homo.

Eiusdem rei non debent esse plura principia, 1. Cœli, & 1. Physic. Intelligitur in eodem genere causandi, non autem in diuersis, quia prima causa est causa omnium in genere causæ efficientis seu conseruantis, & etiam forma: uel anima est causa in genere causæ formalis.

Ens est prius Deo, philosophus in Prædicamentis. Intelligitur quod ens est prius quoad sequelam, non autem quoad naturam essendi.

Effectus non est causa, 5. Metaph. Intelligitur cum reduplicatiōe, quod effectus ut sic non est causa.

Eiusdem non sunt plures actus, Commentator de substantia orbis. Verum est inter se speciuoci, & essentialiter distincti.

Aeternæ sunt species rerum. Intelligitur sic formaliter uel uirtualiter secundum esse, uel secundum eius causas.

Ea quæ uolumus agere ad amicos, sunt eligibiliora quàm ad quoscunque alios, 3. Topic. Intelligitur de uera amicitia, id est, de illa quæ fit propter bonum honestum: & sic illa amicitia amasie non est uera amicitia, eo quod non fit propter bonum honestum.

Ex non ente nihil sequitur, in Prædicamentis. Intelligitur dupliciter. Vno modo capiendū Ly Ens participatiuè.

Bedæ tom. 2.

u a participatiuè

participatiter, tunc autoritas in se est uera. Alio modo capiendū Ly Non ens improprie, pro non uera siue pro falsa, & sic ex non ente bene sequitur aliquid.

**Ex æqualitate scitorum arguitur æqualitas scientiarum, per communem animi conceptionem.** Respondetur quod hoc simpliciter non est uerum. Sed intelligitur ex præcise æqualitate scitorum & modorum sciendi, æque perfecte arguitur æqualitas scientiarum, & ergo illa consequentia non ualeat: intellectus humanus scit tot sicut Deus, ergo est sciens sicut Deus.

**Ens extra animam diuiditur in decem prædicamenta, s. Metaphysic.]** Vbi uidetur uelle, quod nullum ens in anima sit in prædicamento, & per consequens uidetur quod grammatica, logica, rhetorica, non sunt in prædicamento. dicitur quod nullum ens in anima est, quod existit nisi obiectiue & imaginariè, cum hoc tamen stat quod ens est in anima existens in hæsiue, ut scientia.

**Ens & uerum conuertuntur simpliciter falsum, & non ens conuertuntur, s. Metaphy.]** Dicitur quod uerum est, prout sunt passionis entis: sed non tenet ueritatem, prout sunt passionis propositionis.

## F

**Forma humana introducit sicut qualitas in alteratione, per Commentatorem 1. Physicorū.]** Intelligitur conditionaliter ad hunc sensum, si forma hominis suscipit participationem cum qualitate, id est, si passiuè introducit, tunc habet se rectè sicut qualitas in alteratione: si uero non tunc contingit oppositū, & tunc forma nō introducitur successiuè.

**Flamma est magis ignis quàm carbo, per Philosophum in Topicis.]** Intelligitur quod flamma plus lucet quàm carbo, non autem quoad essentiam est perfectior seu magis ignis, sed quoad lucem est perfectior.

**Finis est principium in intentione, & ultimum in executione, 1. Phys.]** Intelligitur de agentibus à proposito & cum deliberatione, non autem in agentibus merè naturaliter, seu in actione nature.

**Forma est agere, materia uero pati, 1. de Generatione.]** Verum est principissimè, non autem subiectiue, quia solius compositi est agere subiectiue.

**Fama quam omnes homines famant, non de toto deperditur, 7. Ethic. & in de Somno & uigilia.]** Dicitur illud quod plures famant, præstat fidem. Et dicit Commentator ibidem, quod aliquod dictum famosum, secundum se totum esse falsum, est impossibile. Et intelligitur de sapientibus omnimode fide dignis, si plures sapientes dicerent & famarent, illud præstaret fidem.

**Forma non est forma, septimo Metaphysicorum, per autorem sex principiorum.]** Intelligitur quod forma non est forma essentialiter & compositiue, sic quod una forma non componit aliam essentialiter, sed bene accidentaliter, sicut scientiæ sunt formæ ipsius animæ.

**Forma est simplex & indiuisibilis, per autorem sex princi.]** Intelligitur quod forma est simplex, id est, nō componitur ex partibus diuersarum rationum diuisibilium: & intelligitur quod non est in partes diuersarum rationum diuisibilis.

**Finis est melior ordinatis in finem.]** Intelligitur de fine gratia cuius, & non de fine gratia quo, quia si sic sequeretur quod finis esset melior Deo, quod non est dicendum.

**Felicitas humana est quid optimum, delectabilissimum, eligibilissimum, 1. Ethic.]** Intelligitur quod felicitas humana inter operationes humanas est quid optimum, inter operationes humanas ergo est quid optimum, quia consequens uerum capiendū superlatiuum assertiuè.

**Falsum est non ens, s. & 6. Metaph.]** Intelligitur capiendū non ens improprie, scilicet pro non uero.

**Frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum, 1. Cœli, 3. de Anima.]** Intelligitur de potentia rei quæ tenet se ex parte rei, & modo significandi.

**Forma est infinita & immanifesta, 2. Physic.]** Intelligitur quod forma est immanifesta, quoad suos effectus, siue quoad suas operationes.

**Fortuna est causa felicitatis, 2. Phys.]** Intelligitur de felicitate subiectiua, quæ est intellectus, non autem obiectiua: uel dicitur quod philosophus capit felicitatem improprie, scilicet pro successu prospero.

**Finis mouet causam efficientem, 2. Phys.]** Ibi dicitur quod philosophus uult quod finis & causa distinguuntur realiter, licet modò Deus mouet propter aliquem finem, tamen finis non mouet eum, quia est immutabilis.

**Finis est eligibilior ijs quæ sunt ad finem, 3. Topic.]** Intelligitur omnis finis, qui per se est bonus gratia cuius, ut sic est eligibilior ordinatis ad finem seu in ipsa primaria intentione: & secundum dictum rectè rationis dicitur per se, propter finem per accidens. Dicitur bonus, propter malum finem: dicitur gratia cuius, propter finem gratia quo. Dicitur ut sic, quia idem agens, est finis gratia sui ipsius, & sic tunc licet idem non sit eligibilis seipso, tamen idem gratia cuius est eligibilis seipso: ut agens dicitur ordinatus in seipsum, quia non oportet quod omnis finis gratia cuius sit melior ordinatus in aliū finem, & maxime si alius finis sit melior illo. Dicitur secundum dictam rectè rationis, quia secundum peruersam rationem auarus ordinat primā causam in pecuniā.

**Forma est prior materia, septimo Metaphysicorum.]** Et sic tunc sequeretur, quod forma esset ingenerabilis & incorruptibilis, quod est falsum, & contra philosophum primo Physicorum, eo quod forma est generata. dicitur quod philosophus uult quod forma est prior, id est dignior quàm materia.

**Forma est quæ dat esse, 1. Polit.]** Intelligitur quod forma substantialis quæ non est intrinseca & essentialis rei naturalis, illa dat esse formale rei, id est media. Dicitur forma substantialis, propter formam accidentalem: dicitur rei naturalis, propter rem inde pendentem, quæ est Deus. Dicitur causa intrinseca, propter extrinsecas, ut sunt corpora supercœlestia: dicitur essentialis, propter qualitates primas, quæ sunt cause qualitatis accidentales, sicut sunt caliditas & frigiditas, humiditas, siccitas. Dicitur, quæ dat esse rei, scilicet formale propter materiam, quæ est de esse entitatiuo.

**Fortuna est causa per accidens eorū quæ fiunt propter hoc extra, semper & frequenter in non habentibus propositum, secundo Physic.]** Intelligitur quod fortuna est causa propter effectum fortuitum, qui effectus non est causa, & per consequens non est fortuna. Dicitur per accidens causa, id est, indeterminata, ad denotandū quod fortuitus effectus

effectus non procedit ex causis determinatis. Et ideo dicit philosophus quod fortuna est causa indeterminata & immanifesta. Dicitur eorum quæ fiunt, & c. id est, respectu effectuum non intentionum: & dicitur hoc idem propter effectus intentos, qui non sunt fortis uel malicia, ut fractio barbe & huiusmodi. Alij sunt præter intentionem per oppositum, uidelicet non ociosi, & in talibus debet fieri fortuna. Tunc dicitur etiam semper & frequenter, id est, quod fortuna habet fieri in effectibus contingentibus ut raro. Et dicit Albertus Magnus, si aliquem euntem ad forum coningeret semper inuenire aurum, hoc non diceretur fortuna, nec fieri à fortuna. Et nota quod aliquid dicitur fieri extra semper & frequenter dupliciter. Vno modo ex raritate temporis, ut eclipsis solis. Alio modo ex causis, quia raro eueniunt ex determinatis causis, & de illo intelligitur autoritas: & sic patet quod eclipsis solis non dicitur fortuna, quia non fit ex raritate causæ, sed ex raritate temporis. Dicitur in agentibus à proposito, ad denotandum quod fortuna solam habet fieri in agentibus ex deliberatione: propter hoc casus non est fortuna, quia fit in non habentibus propositum. Et ex illo patet quod infantes & animalia bruta non habent aliquam fortunam.

**Forma recipit materiam primò uniuersalem, & deinde minus uniuersalem, 10. Metaphysic.]** Intelligitur quod forma primò recipit materiam uniuersalem, id est, elementarem seu confusam, & deinde minus confusam seu mixtam, & sic autoritas est uera.

**Forma est quodammodo priuatio, 2. Phys.]** Intelligitur quod duplex est forma, scilicet positiua & priuatiua, modo priuatio bene potest esse forma priuatiua, sed nunquam compositiua siue positiua.

**Forma non est separabilis à materia, 12. Metaphysic.]** Intelligitur quod accidentalis forma non est separabilis à materia sic, quod ipsa per se existat, quia talis forma accidentalis est accidens. Et licet potest separari à materia, non tamen potest permanere per se, cum accidens non potest stare sine subiecto: non autem intelligitur de forma substantiali siue essentiali.

**Formæ substantiales elementorum suscipiunt magis & minus, per commentatorem, 1. Cœli, 11.]** Intelligitur de formis accidentalibus, uel dicitur, quod commentator fuit locutus improprie, non autem assertiuè.

**Figura est, quæ termino uel terminis clauditur, 1. Metaphysic. & primo Euclidis.]** Intelligitur per se ad excludendam substantiā, quæ termino uel terminis clauditur per accidens, scilicet mediāte magnitudine, ut patet primo Meteor.

**Finitum ad infinitum nulla est proportio, 1. Cœli.]** Intelligitur determinate, licet bene indeterminate, tamen hoc non est inconueniens.

**Falsum semper est in compositione, 3. de Anima.]** Intelligitur sic, secundum Egidium, quod falsum ad intellectum componentem spectat.

**Finitum & infinitum soli quantitati conueniunt, 3. Phys.]** Intelligitur de quantitate proprie dicta & extensa, non autem de quantitate communiter dicta, secundum uigorem, potentiam & dominationem.

**Forma est tota quiditas hominis, 7. Metaphysic.]** Intelligitur quod forma est perfecta quiditas hominis, & quiditas formalis perfectior est quàm quiditas materialis.

**Forma est magis substantia quàm materia, 1. Phys.]** Intelligitur prout Ly Magis dicit perfectionem & non prout dicit intentionem.

**Fit autem quodlibet à quolibet, ibidem.]** Ibi dicitur quod philosophus uon loquitur assertiuè, sed tanquam receptum ab antiquis, quia Anaxagoras dicit, quod formæ latitant in materia: uel dicitur quod philosophus uult iam, quod quodlibet ens naturale, quod fit uel quod aptum natum est fieri à quolibet alio, id est, à materia, quia eadem est materia in omnibus generabilibus & corruptibilibus.

**Forma est quoddam diuinum, optimum & appetibile, 1. Phys.]** Intelligitur sic, quod forma est principium intrinsecum & essentialiter existens, & quoddam diuinum, secundum assimilationem, quia asimulatur primo enti, & capiendū Ly diuinum non essentialiter, quia ut sic solus Deus est diuinus.

**Phantasia est uirtus actiua, 2. de Anima.]** Id est uirtus reseruatua plurimum phantasmarum, potens se referre super illa quotiescunq; uult.

**Forma simplex, nullius est subiectum, secundum Boet.]** Intelligitur de forma simplici simpliciter prima, sicut est Deus qui nullius est subiectum.

**Forma est compositio contingens, simplici & inuariabili essentia subsistens, author sex princi.]** Intelligitur de forma non diuisibili in partes diuersarum rationum, quia qualibet pars formæ est forma: quia sicut quælibet pars quantitatis est quantitas, ita quælibet pars qualitatis est qualitas.

**Fortuna est infinita & immanifesta, 3. Phys.]** Intelligitur sic, quod est infinita, id est, certa quia nō certè cognoscimus unde euenit effectus fortuitus: quia dicitur, 2. Physic. quod infinita uni accidunt, & ergo infinite sunt cause effectus fortuiti.

**Forma corporeitatis nunquam separatur à materia, per Commentatorem, 1. Physic.]** Et sic tunc materia prima esset ens in actu formali substantiali, quod est falsum, & contra philosophum, primo Physic. Respondetur quod commentator, primo Physic. dicit, quod forma corporeitatis nunquam separatur à materia, uult quod corporeitas sit una forma inclusa in essentia materiæ: & uult quod materia nunquam stat, nisi sit corporea uel dimensionata, secundum consuetudinem nature, quia perpetua sunt dimensiones in materia prima.

## G

**Generare sibi simile est naturalissimum operum in uiuentibus, 2. de Anima.]** Respondetur quod generare sibi simile inter operationes potentiæ uegetatiuæ est perfectior, & hoc quo ad illas operationes, quæ sunt nutritio & augmentatio. Et uult philosophus finaliter, quod uiuens est in nobiliori & perfectiori statu, quando est in potentia propria, quo ad generare sibi simile, quàm quando solum est in potentia ad generandum: & sic dicitur, quod generare sibi simile non est prædicatum, dicens perfectionem distinctam à sua essentia, & ergo non conuenit Deo, nec Deo est attribuenda.

**Generacionis non est generatio.** 2. de Genera.] intelligitur quod generatio terminata non est generatio alterius generacionis terminatiue, habes partem post partem, quia una forma non est subiectum alterius forme: cum hoc tamen fiat bene, quod generacionis, id est, forme substantialis sit generatio productiua.

**Genus est, quod predicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid, per Porphy.]** intelligitur sic, quod genus in predicamento supponit pro pluribus, sic quod Ly Pluribus capitur positiuè & non comparatiuè, in eo quod quid, id est, affirmatiuè & essentialiter, uel aptè respondetur ad interrogationem factam per quid.

**Gaudent uniuersalia, quæ si sunt, monstra sunt. ibidem.]** Respondetur, quod Porphyrius loquitur ironicè & subannatiuè contra Platonem, qui ponit uniuersalia realia, distincta à singularibus, ut equum communem & hominem communem, à quibus singularia haberent esse.

**Generatio & corruptio sunt motus contrarij.** 5. Physf.] Hoc intelligitur de generatione & corruptione rei permanentis, & non successiue: & licet motus, secundum unam eius partem corrumpitur, & secundum aliam generetur, tamen hoc non est inconueniens, cum sit res successiua.

**Genus est materia speciei. Porphy.]** intelligitur similitudinariè, non autem proprie: quia sicut materia prima est indifferens inferre quamcumq; formam, sic etiam ipsum genus est indifferens ad quamcumq; speciem.

**Genus infinitatum est species.** 4. Topi.] intelligitur quod genus infinitatum est terminus minus communis, sicut Ly eius sumptum cum negatione infinitatum, est terminus communis. Et ratio est, quia de quanto terminus finitus fuit generabilior, si fuerit infinitatus, erit specialior.

**Generans non congregat inter diuersa, per commentatorem.** 12. Metaphyf.] Dicendum est, quod uerum est, quorum quodlibet ens est ens in actu.

**Generans & generatum debent esse eiusdem speciei.** 7. Metaphyf.] intelligitur de generatione uniuersali & particulari, non autem de generatione uniuersali & equiuoca.

**Generare est generans.** 1. Physf.] Respondetur quod generare capitur dupliciter. Vno modo concretiuè, & sic generatio est generans: alio modo abstractiuè, & sic non est uerum.

**Generatio unius, est corruptio alterius.** 1. de Generatione.] intelligitur quod ad generationem unius sequitur corruptio alterius, quia quando generatur cadaver, corrumpitur ipsum animal: & sic etiam habet ueritatem de generatione elementorum. Et debet addi ad minus, quia quandoq; ad generationem unius sequitur generatio multorum, ut patet in diuisione anguille, & talis generatio multorum potest fieri artificialiter: & ergo debet dici, quod autoritas principaliter habet intelligi de generatione naturali, & non artificiali.

**Graue mouetur in medio ratione mediij, sicut homo in naui, per commentatorem.** 1. Cœli.] ibi dicitur, quod philosophus uult rectè, sicut homo mouetur in naui non per se, sed ad modum nauis: sicut etiam graue simplex existens in medio non mouetur, nisi medium mouebitur cum eo.

**Graue existens, sursum mouetur, deorsum à grauante suam grauitatem, uel à remanente prohibens etiam. ibidem.]** Respondetur quod tantum uult, quod si aliquid, secundum naturam suam esset graue & quiesceret uiolenter sursum, & tale debet incipere deorsum moueri: tunc necessarium est uel erit remanere prohibens, scilicet grauitatem sic, quod illud graue post quietem non possit inchoare suum motum, nisi per aliquod grauians grauitatem & remanens prohibens, & sic illa autoritas est uera.

**Generatio substantialis non habet ens in actu.** 1. de Generatione.] Respondetur quod uult nihil, quod prohibet ultimam formam habere eis in actu, sed primæ forme repugnat.

**Generans non facit formam siue substantiam.** 7. Metaphyf.] intelligitur quod non facit formam nec substantiam capiendò generare per se, scilicet pro illo quod solitariè generat, prout est de non esse ad esse productum.

**Generatio est productio à non esse ad esse.** 4. Physf.] intelligitur à non esse complete ad completum.

**Generatio fit propter formam, & non propter materiam.** 2. Physf.] Et ratio est, quia forma est magis natura quam materia, id est, perfectior quam materia.

**Grammatica debet esse prior in acquisitione scientiarum, secundum Isidorum in libro Etymologiarum.]** intelligitur de grammatica positiua, & talis non est scientia, capiendò scientiarum proprie, & non intelligitur de grammatica regulari seu doctrinali quia illam præcedit logica, ut inquit Petrus Hispanus in tractatu suo.

**Grammaticæ fructuositas nullo modo est admittenda, quia per eam cuiuslibet scientiæ reddi tur commentabilis passio.** Boetius in libro de Disciplina scholarium. (sato.)

**Gratioli medici incipiunt cõsiderationē suā ab his quæ demonstrat naturalis.** in de Sensu & sensu

**Gentes diuersificantur duplicibus modis. Vno modo naturaliter, secundum uirtutes eorum, & etiam secundum eius propriam naturam suis regionibus. Secundo secundum leges suas, secundum quas receperunt finem à natiuitate, scilicet de primo principio ab angelis & resurrectione.** commentator in libro de Somno & uigilia.

**Gallus uociferat post prælium & uictoriam.** in libro quarto de Historijs animalium.

**Gemelli inueniuntur in ouis, in quibus sunt duo uitelli.** 6. libro de Historijs animalium.

**Genitorē difficile est totius uniuersi inuenire, quā inuentū digno prophetari.** Plato in Timæo.

**Gratissima sunt beneficia, quæ sunt parata facilliter occurrentia, in quibus nulla mora fuit nisi in accipientis uerecundia.** Seneca in de Beneficijs.

## H

**Homo est maximus intellectus.** 9. Ethic.] intelligitur quod intellectus est nobilior & principalior pars hominis, uel dicitur, quod ille homo magis proprie dicitur homo, qui uiuit secundum rationem & intellectum, quam ille homo quæ uiuit

uiuit secundum sensum, &c. quia dicit Commentator de uniuersali contra illos qui uiuunt secundum sensum, Vt uobis qui de numero bestiarum computati estis, diuinum & optimum ignorantes, quod in uobis est.

**Homo est sua anima, ut dicit Vuilhelm. Parisiensis.]** intelligitur quod homo denominatur ab intellectu, siue ab anima tanquam à parte nobiliori & principaliori.

**Historiam de anima in primis ponimus, de Anima.]** Primò est ponenda inter scientias naturales, non autem inter scientias mathematicales, & historia non capitur hic in autoritate communitè pro traditione notatoria solum, sed capitur proprie pro scientia uel pro traditione scientifica.

**Homines ut in plurimum attingunt ueritatem.** 1. Rhetor.] Verum est in factis particularibus, non autem uniuersalibus.

**Hoc est ens in anima, ergo hoc est ens. consequentia non ualet.** 1. Elenc.] intelligitur sic si aliquid optatur esse in anima, non sequitur ergo quod hoc sit ens extra animam: quia non sequitur in simili, Hoc est homo, secundum opinionem, ergo hoc est homo. consequentia non ualet ex eo quod esse hominem, secundum opinionem, est esse hominem secundum quid.

**Habitus est perfectior priuatione.** 2. Cœli.] intelligitur cum reduplicatione, ut sic omnis habitus ut est perfectior priuatione.

**Homo albus est ens per accidens.** 5. Metaphyf.] Vbi uidetur quod illi termini non sunt ponibiles in predicamento, quod tamen falsum est: quia nullum ens per accidens est ponibile in predicamento, duodecimo Metaphy. Respondetur quod philosophus, quinto Metaphyf. uult, quod hoc sit per accidens uera, Homo est albus, & non uult quod sit ibi per accidens.

**Homo et unus homo conuertuntur.** 1. Elench.] intelligitur sic, unus homo simpliciter & homo, conuertuntur.

**Hoc melius est, quod diuturnius manet.** 3. Topi.] intelligitur de ijs quæ sunt eiusdem speciei, & hoc per abstractione actuali.

**Homo solitarius, aut Deus est, aut bestia.** 1. Polit.] intelligitur, homo solitarius aut desicifè aut bestialiter uiuit: & hoc est uerum de quocumq; homine, in quocumq; statu.

**Homo bestialis centies milesies peior est bestia.** 7. Ethic.] intelligitur quod homo uiuens ut bestia, secundum sensum & non rationem, est centies milesies peior asino uel aliquo alio animali irrationali.

**Homo & asinus non possunt habere eandem diffinitionem, secundo Priorū.]** Respondetur quod Aristoteles uult idem, quod species disparatæ non possunt habere eandem diffinitionem propinquam, sed bene remotam: ut illam, Substantia animata, corpea, sensitiua.

**Homo est quodammodo finis omnium.** 2. Physf.] Respondetur quod philosophus uult, quod homo est finis omnium siue animalium, quia omnia animalia sunt in morte præter homines. Aliter dicitur, quod Aristoteles uult illam, Omnis homo est finis, prout Ly homo stat confite tantum: aliter dicitur, quod homo est finis omnium scilicet artium, quia omnes artes sunt inuenta propter hominem.

**Homo generat hominem, & sol. secundo Physicorum.]** intelligitur ad hominis generationem concurrunt uirtus solis, & uirtus hominis.

**Homo est certissimum omnium animalium, in libro de Respiratione.**

**Homo in comparatione ad animalia alia habet paruam os in sua quantitate, secundo libro de Historijs animalium.**

**Homines ualde pingues raro generant, in libro de Generatione animalium.**

**Honor maior est in honorato quam in honorante.** 1. Ethic.

**Homo semper indiget aliqua delectatione, quasi quadam recreatione propter multos labores, qui sibi occurrunt.** 7. Ethic.

**Homines unius generis naturaliter sunt magis amici quam alterius.** 8. Ethic.

**Homo sapiens siue felix indiget aliquid rebus exterioribus, quia natura non est sufficiens per se speculari, sed oportet quod habeat corpus sanum, cibum bonum & reliquum famulatum: non tamen indiget multis rebus, quia non oportet felicem uel philosophum esse dominum terræ & maris, decimo Ethic.**

**Homo secundum intellectum operis, & habens curam optimè dispositus est, & ideo amantissimus esse uidetur, decimo Ethic.**

**Homo sapiens, maximè est felix. ibidem.**

**Homo naturaliter est animal politicum.** 1. Politicorum.

**Honestum & magnum genus ut dicitur est, ignoscere.** Seneca de Formula uitæ.

**Humiditas cibi ueniens ad cerebrum, infrigidata facit hominibus rheuma.** in libro de Senfibus & sensato.

## I

**Impossibile est continuum esse compositum ex indiuisibilibus.** 6. Physf. & 1. Cœli.] intelligitur impossibile est continuum componi ex indiuisibilibus tanquam ex partibus integralibus modo: quantum est quoddam continuum compositum ex indiuisibilibus, scilicet ex materia & forma: hoc est tamen ex partibus essentialibus, & non integralibus.

**Infinitum, secundum quod infinitum, est ignotum.** 1. Physf.] intelligitur quod si infinitum esset in magnitudine uel multitudine, ipsum, secundum quod tale, esset nobis ignotum.

**Innata est nobis uia cognoscendi & procedendi è notioribus nobis ad notiora naturæ.** 1. Physicorum.] intelligitur secundum sanctum Thomam sic, quod à natiuitate nobis inest una potentia cognoscitiua, in qua inchoatur ad hoc procedendum, uidelicet à notioribus nobis ad notiora naturæ. Vel sic, quod naturalis ordo dicendi est, quod aduersus minus minus nota pro notioribus.

**Individua sunt infinita. per Porphy.]** intelligitur secundum sanctum Thomam sic, quod non simul & semel in actu secundum continuam generationem & corruptionem sunt infinita.

**Ignis per appositionem combustibilium crescit in infinitum. 2. de Anima.]** Ibi dicitur quod Aristoteles per ignem intelligit calorem naturalem, nisi intelligentia primo impediatur. Alio modo dicitur, quod uerum est, si infinita combustibilia apponerentur, quæ non possunt apponi. Tertio intelligitur sic, quantum est de per se & per appositionem combustibilium, nisi natura communis impediret: uel dicitur, quod augmentaretur ultra modum.

**In unoquoque prædicamento sunt quædam generalissima, & specialissima quædam. per Porphy.]** intelligitur quod in unoquoque prædicamento sunt generalissima, non sic, quod quodlibet prædicamentum haberet plura generalissima, sed referendo singula singulis.

**In parte enim animæ non est alteratio. 1. Phys.]** intelligitur quod in parte animæ non est alteratio corruptiua, licet ibi sit alteratio saluatiua: & quando ipse intellectus alteratur de ignorantia in scientiam, de malo ad bonum.

**Intellectus scit singula. 3. de Anima.]** Notandum quod intellectus scientiæ scit singula, dupliciter intelligitur. Vno modo realiter, & sic est falsa. Alio modo intelligitur receptiue sic, quod potest recipere species omnium sensibilium: & sic intelligitur præfens autoritas. Nam sicut pupilla est quoddam omnium colorum receptiua, sic anima est species omnium intelligibilium, quia potest in se recipere species omnium intelligibilium.

**Intellectus est phantasma. 3. de Anima.]** intelligitur secundum Egidium, quod Aristoteles est ibi locutus secundum opinionem antiquorum, qui dixerunt quod intellectus esset uirtus organica.

**Intellectus infinita intelligibilia cognoscit. ibidem.]** Respondetur quod intellectus in propositione uniuersali, infinita intelligibilia cognoscit: uel dicitur quod Aristoteles loquitur de cognitione confusa & generali, non autem de discretæ & determinata.

**Infinita relinquenda sunt ab arte. per Porphy.]** Et etiã allegatur, quod infinitorum nõ est scientia. Respondetur quod uno modo intelligitur de infinitis secundum illam rationem, secundum quam sunt infinita, & sic de eis non habetur scientia. Alio modo sic, infinitorum singularium non est scientia, neque diffinitiuã, neque demonstratiuã: quia termini singulares nõ sunt diffinibiles mansiue: siue diffinitione, quæ est stabilis mansiue. & hoc est uerum tanquam diffinibile propinquum.

**Intelligere est pati. 3. de Anima.]** intelligitur de intellectu acquisita per phantasmata, non autem per nudã essentiam. Et illo modo Deus intelligit, quia omnia intelligit per suam nudam essentiam.

**Iustitia per se est in genere, iustum autem per accidens. 4. Top.]** intelligitur quod iustitia est per se in genere moralitatis, iustum autem per accidens: & philosophus non loquitur de genere prædicamentali.

**Ista est propositio affirmatiua, Socratem contingit non esse. 2. mod. 1. regulæ 1. c.]** intelligitur sic, quod illa propositio habet affirmatiuam ueram, hoc est de modo, est tamen negatiua de dicto.

**In omni consequentia bona & formali, oppositum consequentis repugnat antecedenti. est consequentis regula logicorum.]** intelligitur de opposito contradictorio, uel etiam aliquando de opposito contrario: non autem semper habet ueritatem de subcontrarijs. Vel dicitur quod oppositum consequentis repugnat antecedenti, quoad stare simul in ueritate, ut patet intuenti.

**Idem non sequitur ad utrumlibet contradictorium.]** intelligitur quod ad idem contingens non sequuntur duo contradictoria copulatiue adiuuicem.

**In omni esse quod mouetur, necesse est imaginari materiam. 12. Metaph.]** Respondetur quod materia capitur hic improprie pro subiecto motus, & non capitur pro altera parte totius compositi.

**Impossibile est esse unum principium rei naturalis. 1. Phys.]** intelligitur exclusiue sic, quod sit tantum unum principium, & non plura.

**In perpetuis non est ponenda pluralitas indiuiduorum sub eadem specie. 12. Metaph.]** Et sic sequeretur, quod tantum unus esset intellectus in omnibus in diuiduis speciei humanæ. Respondetur quod intelligitur de perpetuis materialibus, cum hoc tamen fiat quod plures sunt intellectus humani perpetui, quia in quolibet supposito est unus intellectus: sed intellectus non est materialis, sic etiam materia prima est perpetua, ut patet 1. Phys. Et in quolibet supposito est alia & alia materia prima, secundum numerum, & non secundum speciem.

**In perpetuis non differt esse à posse. 2. Phys.]** Ibi notandum quod in perpetuis duplex est posse. Vnum intrinsecum, & illud respicit quidditatem & essentiam æternam, & tale non differt ab esse. Aliud est posse extrinsecum, & illud respicit operationes intrinsecas æterni, & tale differt ab esse essentiali, & non accidentalitè: sic quod est æternum, potest esse.

**In Deo sunt omnia. 12. Metaph.]** intelligitur causatiue, ordinatiue & conseruatiue, non autem in hæsiue.

**Indiuidua substantiæ sunt species. 7. Metaph.]** intelligitur speciicatiue, quia per terminos communes speciucant, ut magister.

**Idem accidens non est in diuersis subiectis. 4. Meta. & 1. Phys.]** intelligitur uno modo sic, quod unum simplex accidens non est in diuersis subiectis, quorum unum non est pars alterius pro eadẽ parte, & pro eodem tempore. Alio modo sic, unum & idem accidens non est in diuersis subiectis, sed bene in diuersis subiectis essendi, in qua scientia est in homine denominatiue: in anima in hæsiue, in libro autem obiectiue.

**Intellectus est ens in pura potentia. 3. de Anima.]** Sciendum quod intellectus capitur dupliciter, uno modo, secundum se & absolute, & sic est ens in pura potentia, & habet se tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum. Alio modo consideratur ut habet in se aliquas species, & sic potest esse in actu.

**Illud quod est nobis innatum, non potest tolli à nobis. 2. Ethi.]** Respondetur quod philosophus intelligit sic illud, quod est nobis innatum positiue, illud potest tolli: sed bene quod est nobis innatum priuatiue, hoc difficulter potest à nobis tolli.

**Impossibile est unum subiectum habere plures formas, per authorem.]** Inde substantia orbis intelligitur de formis substantialibus & totalibus, & non de accidentalibus nec partialibus, uel tenendo illam opinionem, quam tenet Aristoteles.

etiam Thomas, quod plures formæ substantiales sunt in eodem composito, tunc intelligitur autoritas sic, quod impossibile est in uno & eodem composito esse plures formas non subordinatas. Sed non tenendo illam opinionem, tunc autoritas simpliciter est uera.

**Idem aptum est facere idem. 2. de Gener.]** intelligitur quod idem in quantum idem & eodem modo se habens respectum eiusdem materie, eodem modo dispositæ & mediante, eodem subiecto aptum natum est facere idem.

**In generatione substantiali nullum sensibile debet præexistere. 2. de Generatione.]** intelligitur quod non debet manere idem subiectum præexistens hoc aliquid ex actu formali & substantiali.

**In neutro genere causarum processus est in infinitum, secundo Metaphysicorum.]** Verum est, in essentialiter subordinatis.

**Intellectus non potest simul & semel plura intelligere. 2. Metaph.]** Verum est, distinctè & determinatè, potest tamen intelligere modo confuso, ut patet in reatiuis: quia intellectus intelligendo pater intelligit filium.

**Idem non est in se ipso. 2. Phys.]** intelligitur in hæsiue uel interrogatiue. Sed idem bene est in se ipso denominatiue sicut risibile est in homine, quia denominat ipsum hominem uidentem: & sic est idem in se ipso.

**Impossibile est multitudinem esse actu infinitam. 3. Phys.]** intelligitur sic quod impossibile est entium separatorum realiter abinuicem esse multitudinem infinitam actualiter, sed non negatur quod de multitudine entium continuatorum ad inuicem, quia in continuo sunt infinitæ partes.

**In dictis per accidens non est idem ipsum & esse ipsum. 7. Metaph.]** Ibi dicitur quod Aristoteles uult quod in predicationibus accidentalibus non est idem ipsum, id est, significatum materiale, pro quo terminus supponit & esse ipsum, id est, significatum formale, quod terminus connotat.

**In somno perfecti animalis, sensitiua potentia quiescit, & uegetatiua laborat. per philosophum in Somno & uigilia.]** Ibi dicitur, quod debet intelligi quod anima sensitiua in somno perfecti animalis quiescit ab operationibus suis, quæ sibi deberent conuenire, in quantum est sensitiua: sed non cessat ab his operationibus, quæ sibi debentur ut uegetatiua.

**In mobilibus uelocitas sequitur proportionem uirtutis mouentis. 6. Phys.]** Ibi dicitur quod mouentia sunt duplicia: quædam sunt naturalia, & talia agunt secundum ultimum sui posse, & de illis intelligitur autoritas. alia sunt mouentia uoluntaria, & de illis non est opus modo, primum mouens est mouens uoluntarium & liberum, & ergo non oportet quod mouet primum mobile infinita uelocitate.

**In mathematicis non est bonum neque finis. 3. Metaph.]** intelligitur quod mathematica non docet qualiter se debet habere homo moraliter neque finis, id est, non demonstratur simpliciter neque per causam finalem, sed solum per causam materialem, uel dicitur quod mathematicus non considerat ea, quæ sunt sub ratione boni, uel sub ratione finis, sed considerat ea sub mensuræ ratione.

**Intellectus nullius corporis est actus. 3. de Anima.]** Ibi dicunt aliqui quod intelligitur de intellectu diuino agente. Vel dicitur quod non est alicuius corporis actus tanquam sui determinati organi. Tertio dicitur quod intellectus nullius corporis est actus tanquam subiecti adæquati & determinati, quia non determinatur certo obiecto partiali & adæquato.

**Intellectus est phantasia uel nõ phantasia, uel sic intelligere est phantasmata uel sine phantasmate. 1. de Anima.]** Ibi philosophus loquitur notanter distinctiue sic phantasia uel non phantasia, & sic ibi capitur communiter pro organo uel potentia uel pro operatione phantastice uirtutis. Et uerificatur ita distinctiue pro prima parte, sed pro secunda necesse est quemlibet intelligentem phantasmata speculari.

**Intellectus est uerorum. 3. de Anima.]** Et sic sequeretur quod non possumus intelligere falsa. Ibi dicitur quod ibi philosophus caput uerum pro uero ente, & non uero propositionis.

**Idem est scientia & una scientia. 1. Elen. & 4. Metaph.]**

**Idem est locus unius totius terræ, & unius globi. 4. Phys.]** intelligitur de loco communi & proprio.

**Intellectus humanus non est separatus à magnitudine. 3. de Anima.]** Sciendum intellectum habere magnitudinem dupliciter intelligitur. Vno modo, secundum eius essentiam, sic quod ipse intellectus essentialiter sit magnitudo, & sic est falsa. Alio modo intelligitur in hæsiue, & tunc intellectus habet magnitudinem tanquam subiectum in hæsiuonis cui in hæret.

**Idem non mouetur diuersis motibus. 4. Phys.]** intelligitur de principalibus motibus, licet bene uno modo principaliter & alio modo instrumentaliter idem possit moueri diuersis motibus, ut patet in pedibus.

**Idem est locus partis & totius. 2. Phys.]** intelligitur de loco communi naturali, non autem proprio.

**Impossibile est idem esse in diuersis locis. 4. Phys.]** intelligitur, secundum se totam simul & semel, & secundum quamlibet partem sui esse in diuersis locis proprijs, non communicantibus est impossibile.

**Infinitum non potest pertransiri. 6. Phys.]** intelligitur de infinito in actu, non autem in potentia, quia aliquando potest pertransiri unum spacium, quod est continuũ, & tunc pertransitur infinitum, cum quodlibet continuũ sit infinitũ diuisibile.

**In magnitudine finita non est potentia infinita. 4. Phys.]** intelligitur quod non in magnitudine finita actiue & in hæsiue non est potentia infinita. Dicitur actiue, quia in magnitudine finita bene est potentia passiue infinita. Dicitur in hæsiue propter potentiam non in hæsiuam, quæ est Deus gloriosus.

**Infinita uni accidunt. 2. Phys.]** Hoc intelligitur, secundum successionem, & non omnia simul.

**Impossibile est unum elementum esse. 2. Cœli.]** intelligitur exclusiue sic, quod impossibile est tantum unum elementum esse sic, quod etiam non essent plura elementa.

**Illud quod non determinat se ad unum oppositorum, non est in potentia ad reliquum. per unã maximam illa maxima absolute non est uera.]** Et ratio, quia nec in priuatiue oppositis nec contrariè oppositis ualet, quia non sequitur, Deus non determinat se ad Socratem, ergo est impotentia ad non Socratem, nam Deus ad nihil est impotentia. Sed hoc bene sequitur, illud quod non determinat se ad unum oppositorum, & est impotentia ad alterum eorum: ergo ipsa est impotentia ad reliquum, & sic autoritas est uera.

**Idem non reducit se ipsum de potentia ad actum. 4. Metaph.]** intelligitur de potentia essendi uel generandi, sic quod nihil reducit, id est, producit se uel generat se, cum hoc sit impossibile.

Idem



Idem est subiectum motus & termini motus, 3. Phyl.] intelligitur sic, idem est subiectum motus, & terminus motus in materia prima: & non intelligitur de termino propinquo subiecti motus.

Intellectus patitur ab intelligibili, 3. de Anima.] intelligitur de intellectu creato, qui respicit species ab intelligibili & de intelligibilibus per intellectum superadditum, modo intellectus primi motoris non respicit species, ut intelligat de terminatione superaddita. Ideo sua intellectio est suamet essentia.

Intellectus non est corpus nec uirtus in corpore. commentator, 3. de Anima.] Ibi expositores dicunt, quod commentator non tenetur quo ad illam partem aliter dicitur, quod intellectus non est uirtus in corpore, id est, non uirtus adducta de potentia merè ad actum.

Intellectus Dei est appetitus Dei, 12. Metaphys.] intelligitur quod in Deo intelligentia Dei est prior natura quam appetitus, id est, ratio secundum quam Deus dicitur intellectus, dicitur prior quam ratio, secundum quam dicitur appetitus.

Impossibile est Deum esse ternum & unum. per commentatorem, 12. Metaphysicor.] Ad illam auctoritatem respondetur dupliciter. Vno modo, quod commentator ibi non tenetur, ex quo fuit paganus. Alio modo dicitur, quod loquitur de ratione naturali, quod non est cognoscibile nec predicabile, quod aliquid sit ternum & unum. Sed diceres, Anima est ternum & una, ergo Deus est ternus & unus, consequentia tenet, quia necessarium sequitur ad quodlibet. Respondetur uerum est naturaliter, non autem formaliter uel uniuersaliter.

Iusticia est præclarissima uirtutum, 5. Ethic.] intelligitur de iusticia perfecta, non autem imperfecta: quia iusticia perfecta includit in se omnes uirtutes.

Illud quod alitur, non paritur à nutrimento uel ab alimento, sed e contra, 3. de Anima.] Notandum quod illa auctoritas dupliciter intelligitur. Vno modo, quod alimentum non patitur à nutrimento per se & primarie, cum hoc tamen bene fiat quod patitur secundarie & per accidens: quia omne agens in agendo repatur, ut habetur primo de Generatione. Alio modo respondetur, quod alimentum non patitur ab alimento, secundum sui partem formalem, sed bene patitur in quantum est corpus physicum subiectum qualitibus primis, & sic intendit Aristoteles.

In quolibet genere latent æquiuocationes, 7. Phyl.] Dicitur quod Aristoteles non uult, quod genera essent æquiuoca proprie, sed capit æquiuocationem ualde communitè, & intendit quod in quolibet genere sunt species, quæ habent inter se diuersas rationes speciuocas, sed non in ordine ad genus. Vel dicatur quod uult, quod genera magis ampliè significant sua significatione quam species.

In quibus contingit magis amicos participare, sunt magis eligibilia, quam in quibus non, 2. Topi.] Et sic queretur quod pisa amicorum essent magis eligibilia quam pulli aliorum, similiter sequeretur quod artes mechanicæ amicorum essent eligibiliores, quam scientia liberales aliorum. intelligitur ergo primo de bonis per se & honestis propter primam instantiam. Et hoc intelligitur, dum modo alijs bonis non conueniat præeminentia bonitatis propter secundam instantiam. Sed secundum alios intelligitur cum restrictione siue cum reduplicatione, ut omnia bona in quibus participant amici, ut sic sunt eligibilia, & sic, quamuis artes liberales absolutè non sunt eligibiliores, tamen in quantum eis participant amici, sunt eligibiliores. Sic etiam dicitur de alia instantia.

Illud quod per se est eligendum, est magis eligendum eligendo per accidens, 5. Topi.] intelligitur reduplicatiuè sic, illud quod per se est eligendum, est magis eligendum in quantum tale.

Idiotæ uirtutis sophistria, 1. Eticho.] Respondetur quod philosophus capit sophistria pro logicali naturali, prout est habitus, cum quo quis promptificatur ad discurrendum phisicè. Et talis non est scientia Aristotelis uel doctrinalis, sed est scientia naturalis seu quedam inclinatio nature.

Illud quod malum est additum alteri, facit ipsum peius, 3. Rhet.] Ibi dicitur quod si illud malum de per se facit ipsum peius, cui additur, tunc ipsum etiam est malum. Et sic scientia non facit hominem peiorem, licet homo quandoque efficiatur peior propter scientiam.

Intellectus est lumen, quod à Deo infunditur, ibidem.] Ibi dicitur, intellectus capitur improprie pro actu cognoscitiuo.

Illud est melius, cuius priuatio est peior, 3. Topi.] Illa auctoritas non est simpliciter uera, nam datur instantia de sentire & intelligere. Nam priuatio huius quod est sentire, est peior quam priuatio huius quod est intelligere. Et tamen in ueritate habitus huius quod est sentire, est melior quam habitus huius quod est intelligere: patet quia ad priuationem sensus sequitur priuatio intellectus, eo quod nihil intelligitur nisi quod prius fuit in sensu: & etiam priuatio materie primæ est peior quam ipsius compositi, tamen ipse non est melior habitus. Respondetur quod intelligitur ubi unum non includit aliud.

Idem non opponitur pluribus, 1. 1. 1. Verum est de eadem specie oppositionis, uel eodem genere.

Illud quod ostensiuè concluditur, per impossibile syllogizatur, 2. Priorum.] Respondetur quod hoc est uerum, sed non oportet quod fiat in eadem figura: & sic potest dici quod propositio uniuersalis potest syllogizari ostensiuè & per impossibile, sed non in eadem figura, quia in prima figura bene ostensiuè syllogizatur, non autem per impossibile.

Ignis non est uisibilis, auctor sphaera. intelligitur secundum Marsilium.] Sic ignis in prima sphaera non est uisibilis, quia ut sic est maxime perspicuitatis & subtilitatis, ut patet, quia astra cæli per ipsum uidentur. Sed ignis est uisibilis solum, prout est permixtus materia aerea, sicut est ignis circa nos.

Intellectus passibilis non est in potentia passiva, 2. de Anima.] intelligitur respectu suarum specierum, cum hoc tamen fiat quod secundum se & absolute consideratus est actus materie.

Idem non est scitum & opinatum, 2. Poster.] Hoc est uerum eodem modo, cum hoc tamè fiat, quod aliquid sit uno modo scitum, alio modo opinatum.

Iusticia est habitus mediantem, quo uolumus & operamur iusta, 4. Ethic.] intelligitur de iusticia perfecta. Et ponitur solum in uoluntate, cum hoc tamen fiat quod iusticia imperfecta sit in sensu. Aliter potest intelligi, quod iusticia principaliter ponitur in uoluntate, sed secundarie in appetitu, & non oportet quod sensitiuus appetitus uel secundum istam iusticiam.

Idem non agit in corruptionem sui ipsius, 2. Phyl.] In oppositum uidetur esse semen, quia forma seminis facit esse

esse corporis animatum: & quam citò est corpus animatum, tam citò desinit esse forma seminis, ergo semen agit ad sui ipsius corruptionem. Respondetur quod auctoritas intelligitur in sui primaria actione & per se, cum hoc nihil prohibet, quod idem per accidens agere potest in sui corruptionem: patet quia organisatio corporis illa fit à forma seminis unà cum influentia corporis cælestis: & tamen quando illa fit, tunc desinit esse forma seminis, & sic semen agit de per accidens ad sui corruptionem.

In nobis non est odoratus. Commentator, 2. de Anima.] Et uidetur quod nos desicimus in uno sensu. Respondetur quod uult odoratus, non est ita certus in nobis, secundum iudicium iudicandi, sicut est in alijs animalibus.

Illud quod est difficile cognitionis spectat ad Metaphysicam, 1. Metaphysic.] Videtur quod considerare de ipsa anima pertinet ad ipsam Metaphysicam. Respondetur scientiam de anima esse difficilem. intelligitur dupliciter. Vno modo quo ad quidditatem animæ, & talis scientia est difficilis. Alio modo in ordine ad suas operationes, & sic scientia de anima est de numero faciliorum, & primo modo spectat ad Metaphysicam & physicam.

Intellectus recipit indifferenter omnes formas substantiales, per commentatorem, 3. de Anima.] intelligitur dupliciter. Vno modo sic, quod intellectus recipit formaliter omnes formas materiales, & sic est falsa. Alio modo intelligitur secundum speciem, & tunc sensus eius est, quod intellectus recipit indifferenter species omnium rerum formarum materialium.

In perpetuis non est potentia, 9. Metaphysic.] Et uidetur non in pura potentia non est contra philosophum, tertia de Anima. Respondetur quod intelligit dictum suum de potentia contradictionis sic, quod in æternis siue in perpetuis non est potentia contradictionis.

Intelligere non est motus, secundum sanctum Thomam.] intelligitur sic, intelligere non est motus, id est, actus imperfectus, in quantum est actus entis existentis in actu formali.

Indiuisibile non potest esse æquale, 1. Phyl.] Et uidetur quod intellectus non potest esse formatus, scientis & uirtutibus. Respondetur quod uerum est, quod indiuisibile non potest esse æquale qualitate corporali, sicut est caliditas & frigiditas: sed potest esse æquale qualitate spiritali, & hoc non est inconueniens.

Indiuisibile ad quocumque se diuertit, totaliter se diuertit, 3. de Anima.] Illa auctoritas dupliciter intelligitur. Vno modo sic, indiuisibile ad quocumque se diuertit, id est, quod indiuisibile non est secundum unam partem in uno, & secundum aliam in alio: & sic simpliciter est uera, quia indiuisibile non habet partes. Alio modo sic, indiuisibile quocumque se diuertit, id est, secundum quamlibet partem se diuertit, & sic tunc auctoritas est falsa eo quod præsupponit indiuisibile habere partes, quod non est uerum.

Idem corruptum in numero, non reuertitur potest, 3. de Generatione, & 2. de Anima.] Vbi dicit, Animalia mortua surgere, non est possibile. intelligitur sic, quando est facta separatio forme substantialis à corpore, tunc dicitur incorruptum non potest reuertitur in numero sub eadem materia in numero & pro stando uia numerali, tamen ad esse sui bene potest.

Illæ quæ differunt numero & specie, non sunt unum, 2. de Anima.] intelligitur sic, unum non est reliquum, & sic est simpliciter uera. Alio modo intelligitur, quod non sunt unum, id est, non sunt unum tertium: & sic est falsa, quia materia & forma differunt specie & numero, & tamen sunt unum tertium, scilicet compositum.

Intelligentiæ non sciuntur nisi per motum.] Ibi dicitur quod proprie loquendo intelligentiæ non sciuntur per motum, sed capiendò scire generaliter, tunc bene sciuntur per motum.

Intellectus diuinus speculatur omnia per Boetium, 5. de Consolatione.] Et per consequens uidetur, quod intellectus diuinus speculatur phantasmata, consequens est falsum & contra philosophum, duodecimo Meta. ubi dicitur: intellectus diuinus est pure actiuus. Illa auctoritas intelligitur dupliciter. Vno modo obiectiuè, alio modo instrumentaliter. Respondetur ergo, quod intellectus diuinus intelligit phantasmata obiectiuè & non instrumentaliter, & hoc uult Boetius.

Inter accidentia non est ordo, 4. Metaphysic.] Et si sic queretur quod Metaphysica non esset prior alijs scientijs, eo quod anima est accidens, cuius oppositum patet in proemio Meta. Pro quo notandum, quod aliqui dicunt, in quantum sunt in subiecto, tunc non est ordo inter accidentia: sed loquendo de accidentibus, in quantum in subiecto sunt, tunc inter ea est ordo, eo quod tunc unum dependet ab alio.

Illud quod predicatur de pluribus in quid, & in plus difficulter est absoluerè, quin sit genus, 3. Metaphysic. & 3. Topi.] intelligitur illud quod predicatur de pluribus uniuocè, secundum unum nomen & eandem rationem difficulter est absoluerè quin sit genus.

Inter uisibile debet cadere diuersitas, 2. de Anima.] intelligitur, secundum Egidium de uisu exteriori, non autem de interiori, sicut est sensus communis.

Ignis est principium augmentationis, ibidem.] intelligitur sic, ignis, id est, calor naturalis est principium, scilicet instrumentale augmentationis.

Illæ est prædicatio immediata, in qua terminus unius prædicamenti prædicatur de termino alterius prædicamenti, 1. Poster.] intelligitur quod talis prædicatio non est essentialis, sed accidentalis uel disparata.

Idem non reuertitur de potentia ad actum, 9. Meta. & 2. de Anima.] intelligitur quod idem non potest esse totale agens & totale patiens, uel sic nullum idem reuertitur de potentia essentiali ad actum essentiali: quia hoc est impossibile, quando aliquid non esset & faceret se ipsum. Et intelligitur de uirtute propria, quia de uirtute aliena idem reuertitur de potentia ad actum, ut patet de intellectu.

Idem non est agens & patiens, 9. Metaphysic.] intelligitur respectu eiusdem.

Intellectus est potentia libera, 3. de Anima.] intelligitur quo ad secundam & tertiam operationes, quæ sunt de uiderè uel componere, sed quo ad primam operationem, scilicet quo ad simplicium apprehensionem, tunc non est possibile.

Intellectus est denudatus ab omni eo quod intelligit, 3. de Anima.] Et sic uidetur quod non potest intelligere se ipsum. Respondetur quod intelligitur, dum modo intelligit directe per species proprias & distinctas, & non dum intelligit per species reflexas reflexe, & alienas, & illo modo intelligit se ipsum.

Intellectus & intelligibile debent esse proportionata, ibidem.] Verum est, secundum quandam assimulationem

tionem, uel secundum rationem intelligibilis, non autem secundum rationem quantitatis.

Intellectus humanus habet materiam, 12. Metaphys. ] Intelligitur secundum Thomam & Vuiridanum sic, id est, habet in se quandam uirtutem receptiuam specierum materialium. Vel sic dicitur, quod per materiam intelligit aliquam operationem, per quam intellectus humanus differt ab intellectu diuino, & sic dicit Albertus, quod omnis res ultra Deum habent materiam uel aliquid proportionabile materia.

Intellectus est separatus à corpore, 3. de Anima. ] Intelligitur, id est, non est alligatus aliquo organo corporeo.

Infinito nihil est magis, 3. Phys. ] Intelligitur de infinito, quo ad extensionem: quia illo modo nihil potest esse magis, quo ad quantitatem.

Idem non est causa oppositorum, 2. Phys. ] Intelligitur idem agens particulare, non est æque primo causa oppositorum, speciuocè distinctarum, dicitur particulare, propter agens uniuersale, ut est Deus uel sol. Dicitur æque primo, quia idem bene potest esse causa unius per prius & alterius per posterius, &c. Dicitur speciuocè distinctarum, quia pater habens filium, est causa oppositorum, quia patris & filii: quia quicquid est causa cause, est causa causati, ut patet secundo Phys. Sed loquendo de oppositis priuatiuè uel contradictoriè, tunc non est necesse ut addatur speciuocè distinctarum.

In multiplicibus uel æquiuocis diuisio debet præcedere diffinitionem. Boeth. in libro Diuisio num. ] Intelligitur, quando tale æquiuocum diuiditur in sua æquiuocata: sed quando non, tunc non est necesse.

Idem non mouetur sursum & deorsum, 6. Topi. ] Intelligitur non per se, sed bene per accidens: quia idem bene potest moueri sursum & deorsum, ut patet de Anima, in manu & pede existente.

Ignis, aqua, terra, aer sunt ex se idem, 1. Meteor. ] Intelligitur secundum suas partes, & non secundum suum totum.

Intellectus est potentia irrationalis, uoluntas uerò rationalis, 9. Metaphys. ] Intelligitur sic, quod intellectus non est potentia libera, quia non potest intelligere uniuersa: uoluntas est potentia libera, quia potest non uera assentire.

In mathematica non est finis, 3. Metaphys. ] Intelligitur quod demonstratio mathematica non habet causam finalem, licet habet causam materialem.

Ignis in sua sphaera corrumpitur, ut inquit Egidius. ] Et licet sibi non potest implicari contrarium formaliter, eo quod aliqua non ascendit, sed tamen potest sibi applicare uirtualiter, quia ignis potest considerari aliquo modo per constellationem frigidam: & sic, tunc descendit, quia graue mouetur deorsum, & sic per talem modum corrumpitur ignis. Vnde ignis non est corruptibilis naturaliter loquendo, secundum se totum, sed solum secundum partes, tamen per potetiam diuinam potest corrumpi.

Intellectus sequitur rem intelligendo, 3. de Anima. ] Intelligitur de intelligendo aliquo simplici conceptu & non discursiuo.

Impossibile est indigentem bona operari, 1. Ethic.

In infortunis uirtus relucet, ibidem.

In obscuris oportet uti apertis testimonijs, 2. Ethic.

In frequenti cognoscitur habitus, 3. Ethic.

Inciator maxime est uituperandus, 4. Ethic.

Iuuenis non potest esse sapiens, quia prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore, 6. Ethic.

Impossibile est prudentem non esse bonum, ibidem.

In infortunis refugiendum est ad amicos, 8. Ethic.

In actibus humanis minus creditur sermonibus quam operibus, 10. Ethic.

Impossibile est indigentem bene principari, & studio uacare, 2. Polit.

In ciuitate sunt tres species: scilicet diuites, pauperes, mediocres, inter quos optimi sunt mediocres, quia semper medium est optimum, 2. Polit.

In magnis negotijs oportet unum ordinari ad unum opus, quia melior est cura quæ incensa est circa unum quam circa plus, quarto Polit.

Iuuenem coitus est malus & prauus ad puerorum procreationem, similiter & senem, septimo Politicorum.

Iuuenes custodiendi sunt, ut non dicant aut audiant aliquid turpe: quia ex dicere aut audire aliquid turpe, sæpe facere contingit, idem ibidem.

Iustum est auxiliari pauperi, 1. Rhetor.

Ira est appetitus cum tristitia propter apparentiam sui ipsius uel suorum, 2. Rhetor.

Ira est factiua inimicitiae & odij, ibidem.

Infirmi coeutes & bellantes & amantes, scientes & uniuersaliter aliquid desiderantes, & non assequentes, illi de facili irascuntur, 2. Rhetor.

In quolibet genere: id est, in qualibet congregatione est dare aliquid bonum: & licet in ea inueniuntur aliqua mala, in 2. libro Poetriae Aristotelis.

Inferiora à superioribus reguntur, in li. de Regimine principum.

Innitium salutis, est noticia prima, ibidem.

Ille est beatissimus & securus possessor sui, qui sine solitudine expectat, ibidem.

Ille non tollit minus gratis, qui cum rogasset, accipit: quia optimum est præuenire desiderium rogantis. Seneca de Beneficijs.

Ingratus est ille qui se beneficium accepisse negat, quod accepit, ibidem.

In dando beneficia eligendus est uir simplex & integer, memor & gratus, alicui abstinentis: id est, non avarus, ut Seneca de maximè beneuolis, ibidem.

In omni tractatu fieri decet, ut inter initia consideretur quid sit de quo agatur. Plato in Timæo.

Illud quod est simplex, secundum se immobile, à nullo potest moueri, in libro de Moribus animalium.

malitiam. In ossibus leonum & porcorum modica uel nulla est medulla, in 2. lib. de Hist. animalium.

In omnibus animalibus est appetitus coitus, in libro sexto de Historijs animalium.

Inter animalia longissime uite est homo & elephas, in libro de Longitudine & breuitate uite.

In bonis exterioribus non est felicitas, quia ipse felix nullo bono exteriori indiget, 7. Politico.

Inter omnia animalia solus homo habet rationem, 7. Polit.

Intellectus nihil aliud est quam humanum corpus diuini spiritus pars immensa, 7. Polit.

In minimis rebus auxilium debet implorari, inuocandus enim est pater omnium rerum, quo prætermisso, nullum rite fundatur exordium, Boeth. 3. de Consolatione.

In plantis est una anima in actu, plures uerò in potentia, & ideo pars earum abscede uiuunt, secundo de Anima.

## L

Lumen non est corpus, 2. de Anima. ] Intelligitur lumen non est corpus substantiale: sed bene est corpus quantificatum concretuè, uel lumen non est corpus resolutum à corpore lucido, uel sic lumen non est corpus extensum seu extensiuè, siue extensione propria.

Lumen non est reflexio corporum, sed corporis: & ibidem uerum est, non est lumine reflexio corporum resolutum atomalium ab alio corpore, sicut dixit Empedocles.

Locus à coniugatis non ualet nisi in terminis quantificatiuis, per regulam topicalem: quia non sequitur, Actio est passio, ergo agens est patiens: sed bene sequitur, Albedo est color, ergo album est coloratum.

Logica est scientia speculatiua, per Commentatorem, 3. Metaphys. ] Intelligitur sic quod logica utes est habitus, quo utimur in scientijs speculatiuis, puta in scientia Metaphysicali.

Locus communis est, qui continet omnia, 4. Phys. ] Intelligitur qui continet omnia alia à se præter cælum, quod continet omnia, non tamen se ipsum.

Locus non est in loco, ibidem. ] Id est, Non est de ratione loci, quod sit in locato per se, sed bene per accidens.

Locus est æqualis locato, ibidem. ] Verum est de loco proprio, non autem de loco communi.

Loco termini descripti licet quandoque uti descriptione, 7. Phys. & 7. Metaphys. ] Intelligitur quod loco descriptionis quidditatiuè licet uti termino diffinitiuo.

Litera & syllaba carent sensu, Priscianus primi minoris. ] Intelligitur carent sensu, id est, significatione ultimata, non tamen sic quod non essent sensu exteriori perceptibiles.

Lapides sunt maxime fortunati, ex quibus fiunt altaria, 3. Phys. ] Intelligitur similitudinariè & metaphorice, quia sicut homines promoti ad dignitates & honores dicuntur fortunati, sic etiam lapides quando ornantur pannis preciosis & alijs ornamentis, dicuntur fortunati, & hoc improprie.

Laus est sermo elucidans necessarium uirtutum, 1. Rhet.

Litera est simplicissimum eorum, de quibus fit sermo, in libro secundo poetriae Aristoteles.

Logica est scientia, ueri falsiq; indagatrix, Boetius in de Disciplina Scholarium.

Locus medius, est locus principantis, in libro de Iuuentute & senectute.

Lupus gulosus comedit sine masticatione, & tantum uno tempore quod sufficit sibi ad tres dies, in 5. lib. de Historijs animalium.

Luna est inferior planeta sine luna, Mercurius sine Mercurio, Venus sine Venere, sol sine sole, Mars sine Marte, Iupiter sine Ioue, Saturnus sine Saturno, omnia alia orbis stellarum, in libro de Proprietatibus elementorum.

Linguam habet animal ut communicet aliquid alteri, 3. de Anima.

Laus & gratiarum actio debentur danti, & non accipienti, 4. Ethic.

Lex prohibet se ipsum interficere, 5. Ethic. ] Item omnes illæ autoritates incipientes ab illa, Laus est sermo, sunt simpliciter ueræ.

## M

Materia non est ens, primo Phys. ] Intelligitur sic, materia prima non est ens in actu formali substantiali, cum hoc tamen stat bene, quod sit ens deriuatum quo ad esse, sic est in rerum natura.

Motus & tempus sunt infinita, 6. Topi. ] Intelligitur sic quod capièdo Ly infinitum syncategorematicè, sic quod Ly motus & tempus stant confuse: tantum alio modo conceditur, secundum successionem & potentiam, sic quod motus, secundum successionem est infinitus.

Motis nobis mouentur omnia quæ in nobis sunt, 6. Phys. & 2. Topi. ] Intelligitur per se uel per accidens inhesiue uel permanenter. Dicitur per se, propter animam, dicitur inhesiue, propter Deum. Dicitur permanenter propter motum, qui mouetur secundum successionem.

Materia nec est quid nec quale nec quantum, 7. Metaphys. ] Intelligitur materia prima secundum se, nec est quid, id est, hoc aliquid, quia hoc aliquid est substantia per se existens: nec est quale, id est, secundum suam essentiam: non est quale secundum aliquam qualitatem per se & proprie, nec est quantum, id est, non est quanta quantitate continua.

Materia prima est mediū inter esse, & non esse, 1. Phys. ] Sed hoc uidetur falsum, quia si sic sequeretur quod inter duo contradictoria esset dare medium. Respondetur quod sic intelligitur, quod materia prima est mediū inter esse simpliciter, & inter non esse in actu formali substantiali: modo esse simpliciter, & non esse in actu formali substantiali non sunt contradictoria, & per consequens instantia non habet locum.

Materia prima generatur per accidēs. Cōmentator 1. Phyl.] Intelligitur per accidēs, id est, secundū qd. Materia prima in rei ueritate generatur, 1. Phyl.] Respondetur quod uerum est subiectiue, sic quod incipit esse subiectum formæ, non autem generatur terminatiue.

Mensura & mensurarum debent esse homogenia, 12. Metaphys.] Intelligitur de illis quæ mensurantur de se inuicem, secundum certam proportionem, & non de illis quæ mensurantur de se inuicem, secundum diffinitionem in partes æquales.

Malum entis destruit se ipsum, & uidetur uelle quod malicia nominaliter sit aliquid, quod est tamen contra philosophum, 2. de Anima.] Illa dupliciter intelligitur. Vno modo conditionaliter, ut sic si malum entis esset, tunc destrueret se ipsum, id est, malū entis significat destructionem sui ipsius. Alio modo sic intelligitur, malum entis destruit se ipsum, quia ad malum sequitur destructio sui ipsius entis, & sic tunc idem destruit se ipsum: & hoc est uerum per accidens, non autem per se.

Melius est pauperem ditari quàm philosophari, 3. Topi.] Intelligitur dupliciter. Vno modo indigentia, quo ad corpus, non autem quo ad animam melius est philosophari. Alio modo sic intelligitur, melius est pauperem ditari quàm philosophari, id est, intellectum ignarum ditari sibi per alios primo & in principio, quod philosophari, id est, studere philosophiam. Quia philosophia non potest haberi sine artibus & principaliter sine logica, quia illa est uia & semita dirigens ad omnes sciētias.

Materia prima primò recipit formam uniuersalem, deinde minus uniuersalem. commentator, 12. Metaphys.] Respondetur quod sic intelligitur, quod materia prima primo recipit formas uniuersales, id est, dispositiones accidentales pro forma introducenda, & postea minus uniuersalem, id est, formam mixti & compositi.

Mouens debet esse simul cum motu, 7. Phyl.] Verum est de mouente naturali propinquo & immediato, hoc debet esse simul tempore cum motu, quia nunquam mouens est simul cum motu, secundum locum: quia si sic, tunc sequeretur quod duo corpora essent simul in eodem loco, quod est impossibile.

Materia remanet in re facta, priuatio uerò non, 1. Phyl.] Intelligitur quod materia remanet in re facta sub illa materia: sed priuatio forma adueniente non manet sub illa ratione uel denominatione. Et est sciendum quod illa est falsa, materia est priuatio formæ: quia negatio inclusa in illo termino priuatio præcedit Ly formæ, & sic distribuit eum. Et sic tunc sensus est, materia cuiuslibet formæ est priuatio, modo illa est falsa: & ergo omnes tales propositiones sunt negandæ, materia caret forma materia priuatur forma. Sed illæ sunt cōcedendæ, materia forma caret, & materia forma priuatur, sic quod Ly forma stat determinatè.

Motus in quantitate dicitur augmentatio uel diminutio, 5. Phyl.] Intelligitur quod motus est ad quantitatem propriam, quia necesse est uariare responsones terminorum de prædicamento quantitatis propter ipsum motum.

Materia prima nunquam est sine morpheis passionibus.] Intelligitur quod materia prima nunquam est sine formis substantialibus sine accidentalibus, ut patet secundo de Anima.

Materia prima non est, 1. Phyl.] Intelligitur materia prima non est in actu formali, quia materia prima non est forma cum hoc stat, tamen quod materia prima sit in actu potentia uel essentie.

Magis & minus non diuersificant speciem per unam maximam, 2. Topi.] Intelligitur de specie essentiali sic, quod magis & minus non diuersificant speciem essentialem, sed bene accidentalem.

Medium componitur ex extremis, 5. Phyl.] Intelligitur de oppositione similitudinaria, id est, quod medium in aliquo gerit similitudinem unius extremi, & in alio alterius extremi.

Minimo nō potest dare minus, 1. Phyl.] Intelligitur in sensu cōposito, ut sic non minimo possibile est dare minus.

Materia prima non est in potentia ad formam, per commentatorem & philosophum, 5. Metaphys.] Intelligitur de potentia actiua & instrumentali, & non de potentia principali.

Magnitudo & multitudo non sunt accidentia quantitatis, 5. Metaphys.] Intelligitur capiendū ea respectiue, tunc non sunt species quantitatis: sed capiendū ea absolute, tunc sunt species quantitatis.

Mundus est æternus, 6. Phyl. & 12. Metaphys.] Intelligitur absolute, quia si sic, tunc esset contra fidem: sed uult Aristoteles, quod rationibus naturalibus non potest aliter ostendi, nisi quod mundus sit æternus.

Minus bonum coniunctum alteri, facit ipsum magis bonum, 1. Ethic.] Et sic sequeretur, quod corpus animatum esset nobilius ipsa anima, intelligitur, dummodo uuum bonum non includit aliud, propter Deum qui est infinitus.

Manifestum est, quod Deus non habet genus nec qualitatem nec quantitatem, per Auicennam.] Et uult quod ille terminus Deus non est substantia nec terminus substantialis. Vnde nota, substantia capitur dupliciter. Vno modo, ut nō dicitur à substādo, & illo modo nō Deus habet genus, & hoc intēdit Aristoteles. Alio modo substātia dicitur à per se stare, uel à per se stando: & illo modo habet Deus genus, etiam Ly Deus est terminus substātiālis in prædicamento substātiæ ponibilis, ut ibidem Auicenna dicit, nono Metaphys., quod Deus non sit contentus sub genere, nec sub diffinitione, nec sub demonstratione substātiæ, sed est expers qualitatis & quantitatis & quidditatis, uel est aliquid sibi simile, nec secum conueniendum. Et dicit beatus Augustinus, quod Deus non est substantia, ut dicit Boetius, quod relictis extremis incidit in mediū, id est, in substātiā, cōpositas, etiam Albertus Magnus dicit, Deus non est in genere substātiæ, nisi supra genus, & Themistius dicit, termini significantes, substātiā siue essentias, simplices non sunt in genere prædicamentali. Pro illis authoritatibus est sciendum, quod Ly substātia potest esse imposita ad significandum dupliciter. Vno modo, ut solum significat essentiam, quæ esset subiecta accidentibus, & sic dicitur à substādo, & si Ly substātia illo modo esset imposita, & caperetur pro generalissimo substātiæ, tunc staret autoritas in ueritate. Alio modo potest esse imposita non solum ut significat rem substāntem accidentibus, sed indifferenter quamlibet rem per se existentem, non curando an illa res accidentium sit subiectum aut non: & si Ly substātia esset illo modo imposita ad significandum, & esset genus in prædicamento substātiæ, tunc autoritas non haberet ueritatem. Et respondetur quo ad omnes authoritates sub diffinitione, quia si Ly substātia capitur primo modo, tunc procedunt authoritates, & hoc idem intendunt: si autem secundo modo, tunc nō sunt contra illos tenentes, quod Deus sit terminus prædicamentalis.

Materia prima appetit formam, sicut scēmina uirum, turpe bonum, 1. Phyl.] Intelligitur de appetitu materiali, & non animali. Vel sic, materia prima appetit formam, id est, perfici à forma.

Motus

Motus est tempus, 4. Phyl.] Respondetur quod philosophus uult quod illa non est prædicatio essentialis, sed accidentalis: ut etiam, Hic homo est risibilis.

Materia prima nullius est actiuitatis, 1. Phyl.] Intelligitur assertiue, & per se: cum hoc tamen bene stat, quod sit alicuius actiuitatis coactiue, quia materia prima non agit per se, sed bene coniuncta formis.

Materia prima est sine formis, 1. de Generatione.] Intelligitur quantum est de per se, tunc est sine formis, id est, nullam certam formam determinat: cum hoc tamen stat, quod habeat formam in potentia.

Materia non est in potentia ad formam generandam, 1. Phyl.] Intelligitur de potentia instrumentali, non autem principali.

Materiæ manente una potentiæ eius fiunt multæ, commentator ibidem.] Intelligitur secundum Marsilium sic, quod de materia prædicantur uerè plura prædicata potentialia: uel dicatur quod loquitur de potentia instrumentali, eo quod sunt multæ dispositiones accidentales habitantes & disponentes ipsam materiam ad formam recipiendam.

Metaphysicus & Dialecticus considerant circa unum subiectum reale: & sic uidetur quod logica sit scientia realis.] Respondetur quod per Dialecticam non intelligit logicam docentem, sed utentem quæ uersatur circa omnem scientiam, eo quod logica utens de per se, non habet aliquas conclusiones.

Medium est resistentia successiua, & per consequens est impedimentum motus, Respondetur quod auctoritas, tertio Cœli intelligitur scilicet, quando medium est subtile, & sic per accidens promouet motum, scilicet ratione ueritatis & utilitatis: sed de per se medium semper resistit motui, eo quod inesse appetit esse indiuisum.

Mensura debet esse quid minimum, 12. Metaphys.] Respondetur quod intelligitur quo ad sufficientiam notificationis, id est, quod non debet deficere ad minimum in notificatione mensurati.

Motus circularis cœli est prius motuum, 8. Phyl.] Intelligitur, est prius motuum, id est, diuturnior motuum. Vel sic est prius motuum, id est, perfectior motuum.

Metaphysica est de omnibus entibus mundi, 1. Phyl.] Intelligitur quo ad quidditatem eorum ex quo metaphysica res considerat sub ratione quidditatis.

Metaphysica est scientia nobilissima & difficillima, 1. Metaphys.] Intelligitur non exclusiue sic, quod solius metaphysici sit considerare difficillima, sed etiam alterius artificis: sed uult quod principaliter solius metaphysici sit considerare difficillima.

Melius est habere animam habentē sciētiam, quàm habitum corporis. Seneca ad Alexādrū. Melius est mori quàm facere contra bonum uirtutis, 3. Ethic.]

Medicinæ fiunt per contraria, 2. Ethic.]

Malum est facere facile, bonum autem difficile, ibidem.]

Medium in omnibus rebus est laudabile, 2. Ethic.]

Minus malum est eligibilius magis malo, 5. Ethic.]

Maximum bonorum exteriorum est honor, 4. Ethic.]

Maior amicitia existens bonum utile, maximè uidetur fieri in senibus, quia tales non curant delectabile, sed tantum utile, 6. Ethic.]

Matres plus amant filios quàm patres, quia certiores sunt de eis, & plures labores habent circa eos, 6. Ethic.]

Maiores datur honor, minoribus autem lucrum: quia honor est tributio uirtutis & beneficij, lucrum autem est auxilium indigentia, 8. Ethic.]

Magistris, dijs & parentibus nemo potest reddi æquiualens, 9. Ethic.]

Magis tenemur amicis largiri bona quàm extraneis, ibidem.]

Melius est cum amicis, & præcipuè quàm cum extraneis & quibuscunq; commorari, ibidem.]

Multo grauius aliquis fert, si honore priuatur, quàm si bona sua auferantur, 2. Oecon.]

Masculinum genus dignius est scēminino, 1. Polit.]

Melius est iudicare secundum leges & literas, quàm secundum propriam sententiam, 2. Polit.]

Multi serui quandoq; deterius seruiunt paucioribus, ibidem.]

Melius est ciuitatem regi ab uno optimo uiro, quàm ab una optima lege, 3. Polit.]

Maximum fortunium est omnes ciues mediocrem substātiā habere, tanquam sufficientē eis, quia per tales bene regitur ciuitas, 4. Polit.]

Minores ut fiant æquales, faciunt seditiones: æquales uerò, ut fiant minores, 5. Polit.]

Mors est recessus anime à corpore, in libro de Pomo & morte.]

Monstro similis est auaritia. Seneca in libro de Moribus.]

Mihi crede, auarus non potest esse diues nec felix, ibidem.]

Multum plus prodest, si pauca præcepta sapientiæ teneas, & illa promptè & in usu tibi sint, quàm si multa disceres, & illa non habeas in animo. Seneca de Beneficijs.]

Mali puniti feliciores sunt, quàm impuniti: quia poena bona est ratione iustitiæ, Boet. quarto de Consolatione.]

Mancipiorum raro est clementia. Boetius in de Disciplina schol.]

Miserum est eum esse magistrum, qui nunquam nouit se esse discipulum, ibidem.]

Musica ualet ad recreationem & ad delectationem, & ideo pueris bene ualet studere in musica, octauo Politicorum]

Magnæ ciuitates sunt plus, quàm paruæ, 5. Polit.]

Bedæ tom. 2.

x 2

Masculi

Masculi si non coeunt, sunt longioris uitæ femellis: quia masculus est calidior foemina, in de causa longitudinis & breuitatis uitæ.

Mutatio uocis, est signum motus ad coitum, in 4. libro de Historijs animalium.

Mulier maioris est pietatis & compassionis, quam uir, sed est maioris inuidie, & diligit lites, & de facili decipitur, 8. libro de Historijs animalium.

Menstruū in mulieribus cessat in quadragesimo anno, in aliquibus autem manet usq; ad quin quagesimum annum, & ideo uetula antiquæ sunt barbata, 9. lib. de Historijs animalium.

Moderati ditati non minus agunt, 10. Ethic.] Vnde dicit Salomon: moderati ditati sunt felices.

Meretrix est nonaria, inferni ianua, uia iniquitatis, scorpionis percussio, uiscarius sceleris, puteus interitus, Boetius in de Disciplina scholarium.

Melior est iusticia regnātis, quam felicitas tēporis ipsius subditis. in de Regimine principū. Multo grauius est male dedisse beneficium, quam non dedisse, Seneca de Benefitijs.

## N

**N**ihil agit ultra gradum suæ perfectionis, 7. Metaphys.] Verum est, non concurrente aliquo agente nobilitari, ut præmissæ causant conclusionem, modo noticia conclusionum est perfectior noticia præmissarum, quia conclusio ratione demonstrationis scitur demonstratiue: sed præmissæ sciuntur per experientiam & auctoritatem, sed ad hoc concurrunt agens nobilitatis, scilicet intellectus, & sic non est inconueniens quod præmissæ agunt ultra gradum suæ perfectionis.

Non existentibus primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere, in Prædicamentis.] Intelligitur in sensu composito, ut sic impossibile est non existentibus primis substantijs aliquid aliorum remanere, & sic tūc intelligitur dupliciter. Vno modo de rebus sic impossibile est, sic non sunt res significatæ per ipsam substantiam actu uel aptitudine, non potest aliquid aliorum remanere. Alio modo intelligitur ad sensum logicalem, ut impossibile est si due substantiæ, id est si termini singulares significantes res singulares substantiales non sunt apte natæ pro aliquo supponere, quod termini communes substantiales accidentales pro aliquo supponant.

Neq; animal dicitur esse hominem, per Porphy.] Illa auctoritas intelligitur, quod illa prædicatio, Homo est animal, non est directa, eo quod inferius prædicatur de suo superiori.

Nomina & uerba, secundum se dicta, similia sunt, 1. 70. & 1. 70. & 1. 70. & 1. 70.] Intelligitur uno modo sic, id est, uerba secundum se dicta, id est, materialiter capta, sunt nomina. Sed illa glossa non ualet, quia non est de intentione philosophi. Alio modo intelligitur sic, uerba secundum se dicta, id est, solitarie sumpta, sunt similia nominibus, quo ad hoc: quia recte sicut nomen solitarie sumptum nec significat uerè nec falsè, sic etiam uerbum solitarie positum, nec significat uerè nec falsè.

Nomina & uerba transposita, idem significant, 2. 70. & 1. 70. & 1. 70. & 1. 70.] Illa auctoritas habet duplicem sensum. Vnus est, quod solum propter transpositionem terminorum, scilicet nominum & uerborum, nomina & uerba non amittunt suas significationes essentielles, licet bene accidentales, ut est casus, numerus & figura. Sed alium sensum habet, quod propter transpositionem nominum & uerborum non mutatur ueritas propositioni, & si ille sensus debet esse uerus, tunc oportet quod seruentur proprietates logicæ, scilicet ampliatio & restrictio.

Non ens non intelligitur, 1. Phys.] Intelligitur non ens non intelligitur per propositiones categoricas affirmatiuas, sed cum hoc tamen benefiat, quod non ens intelligitur per propositiones categoricas negatiuas.

Non est necesse res ferre ad disputationem siue ad disputandum, sed utimur terminis pro rebus, 1. Elench.] Intelligitur de necessitate conditionata, ut si deberemus disputare de rebus per nomina, & non possumus res portare ad disputationem, tunc oportet nos uti nominibus pro rebus.

Nullum uiolentum est perpetuum, 1. Cœli.] Intelligitur quod pure uiolentatur modo, quamuis anima intellectiua uiolentatur in separatione à corpore, tamen illa non est pura uiolentatio, sed est naturalis: quia propter indispotionem materie, quia sicut anima coniungitur materie naturaliter bene prædispositæ, ita etiam anima separatur naturaliter à materia, ipsa existente indispota.

Numerus est infinitus per appositionem unitatum, 3. Phys.] Intelligitur quod numerus potest multiplicari in infinitum per appositionem unitatum.

Natura & principium sunt subiectum scientiæ naturalis, commentator 3. Phys.] Et sic sequeretur, quod ens mobile non esset subiectum, in libris Physicorum intelligitur, quod scientia libri Physicorum est de natura & principijs naturalibus, cum hoc tamen stat quod ens mobile sit subiectum in illo libro.

Natura dirigitur ab agente infallibili, commentator 12. Metaphys.] Verum est de natura, quæ est forma, non oportet autem de natura, quæ non est forma.

Nihil est in intellectu, quin prius fuit in sensu, 1. Physicorum, & 2. de Anima.] Intelligitur quod non oportet quod omnis cognitio intellectiua alicuius rei dependet à sensu eiusdem, quia de Deo & intelligentijs habemus noticiam intellectuam, & tamen non sunt sensibiles, sed sufficit quod omnis nostra cognitio intellectiua dependet à sensu illius uel alterius rei: modo dicitur quod noticia intellectiua de Deo causata, est ex noticia effectuum à nobis, per quam deuenitur immediatè in cognitionem substantiarum insensibilium, & hoc à posteriori.

Natura non deficit in necessarijs, nec superabundat in superfluis, 2. de Anima, & 1. Cœli.] Intelligitur quo ad imperfectionem finis ultimata, tūc natura non deficit nec superabundat, licet bene deficit & superabundat in determinatione certi finis & determinati particularis. Alio modo intelligitur, quod natura nec deficit nec superabundat quo ad totam speciem, licet bene ad partem speciei, id est, indiuidui: uel dicatur quod natura non deficit nec superabundat in pluribus, sed bene ali quando in paucis, item ponendo casum, quod tantum tres essent homines in mundo, & nati omnes in manibus scorpionum cum sex digitis, ibi est monstrum, & tunc saluando quod tota humanitas sit monstrum, est dicendum ad auctoritatis solutionem, quo ad totam speciem humanam actualem uel potentialem, & ultra potest dici tota humanitas monstrum actualiter, non autem potentialiter.

Nullum

Nullū complexū est diffinibile, 2. Topic.] Intelligitur tanquā diffinibile propinquū, licet bene ut remotū. Et ratio est, quia omne diffinibile propinquum debet esse species: sed nullum complexū est species, ergo nullum complexū est diffinibile.

Nihil scitur demonstratiue & diffinitiuè, 2. Poster.] Intelligitur secundum se totam & adequatam, cum hoc tamen stat quod una scientia sciatur secundum unam partem formæ demonstratiue, & secundum aliam partem diffinitiuè. Alio modo sic, nihil scitur demonstratiue, scilicet ut noticia simplicis conclusionis: cum hoc tamen stat, quod aggregatum scientiæ unius scilicet sciatur demonstratiue & diffinitiuè.

Non contingit sensum decipi circa proprium obiectum, 2. de Anima.] Intelligitur dummodo est bene dispositum, & dummodo obiectum est bene appropriatum: quia si non tunc contingit sensum decipi, ut sensus uisus circa carbonem, quæ apparet rubeus, & tamen est niger, hoc est ex eo quod medium non est bene dispositum, quia nigrum uisum per lucidum apparet esse rubeum: sic nigredo carbonis indicatur per lucidum ignis, ergo apparet esse rubeus, sic etiam de uaporibus sensuum uisus de mane per lucem solis.

Nihil prohibet quandam animam separare, sic quod nullius corporis est actus, 2. de Anima.] Intelligitur per inhaerentiam, est tamē actus per assistentiam siue per appropriatam existentiam, & ita est de intellectu, quæ est anima cœli. Vel secundum alios sic intelligitur, nihil prohibet animam eductam de potentia materie separari, & ita est de potentia intellectiua uel forma humana.

Nullum diuisibile est indiuisibile, 2. Cœli.] Et dicitur ibidem, quod ex non quanto sit quantum: & sic sequeretur quod uulla scientia esset in anima, ex quo scientia est diuisibilis. Respondetur quod uerum est quod nullum diuisibile quod est quantum continuum & extensum, est indiuisibile, cum hoc tamen stat, quod diuisibile quod est quantum discretum ratione intensiōis uel aggregationis, est indiuisibile: & scientia quæ est diuisibilis, est in anima, quæ est indiuisibilis.

Nulla bona diffinitio debet dari per opposita, ut elicitur ex 5. Topi.] Ratio, quia membra bonæ diffinitionis debent cōpetere diffinitio: sed opposita nō cōueniunt uni & idē. Respondetur quod illa auctoritas intelligitur de diffinitione qui dicitur, sic quod illa nō debet dari per opposita copulatiue: cum hoc tamen stat, quod aliqua potest dari per opposita disunctiue.

Nulla potentia stabit æternaliter frustra, 1. Cœli.] Verum est si fuerit potentia obiectiua, non autem subiectiua: uel uerum est, si fuerit potentia ad corruptionem sui, & non alterius.

Naturalia sunt generabilia & corruptibilia, 1. Phys. & 7. Metaphys.] Et sic uidetur quod materia prima sit magis corruptibilis, quia propter unumquodq; tale, & ipsum magis tale: sed propter materiam unumquodq; est corruptibile, ergo, &c. Respondetur, uerum est si utrumq; fuerit tale formaliter, & unum fuerit causa efficiens uel finalis alterius: modo materia prima non est corruptibilis formaliter, sed tantum subiectiue.

Natura solum intendit speciem & non indiuiduum, per Auicennam.] Respondetur quod natura non indiuidualis, sed communis, sicut cœlum solum intendit speciem semper continuare, & non indiuiduum. Alio modo dicitur, quod Auicenna in ista parte non tenetur, ex quo etiam ponit in uersalia realia.

Nihil scitur nisi uerum, 1. Poste.] Verum est tanquam diffinibile propinquum.

Necesse est excellens diuidi in illud quod excellit, 7. Phys.] Intelligitur de excellenti quantificatione, modo Deus non est excellens quantificationum.

Nullum indiuisibile mouetur, 6. Phys.] Intelligitur per se & circumscriptiue de loco ad locum.

Nulla forma est composita ex partibus diuersarum rationum, per authorem sex principiorum.] Respondetur quod loquitur de forma simplici & non composita, nec est inconueniens quod aliqua forma sit composita ex partibus diuersarum rationum, sicut forma aggregata ex pluribus.

Nescimus uerum sine causa, secundo Metaphys.] Intelligitur à priori. Vel sic, nescimus uerum propter quid sine causa, cum hoc tamen stat quod scimus uerum quod est.

Non solum regratiandum est ijs qui bene dixerunt, sed etiam ijs qui male dixerunt, ibidem, & secundo Elenchorum.] Et sic uidetur quod noticia erronea etiam sit bona habenti eam, quod tamen est falsum, & contra Aristotelem, primo de Anima: ubi dicit, quod quælibet noticia in se non est bona simpliciter. Respondetur quod illa auctoritas non est intelligenda, quod de erroribus antiquorum esset regratiandum: sed pro labore & de inquisitione ueritatis est eis regratiandum, & ergo subdit ibidem, quod isti antiqui sensum necessarium exercitati sunt.

Nullum ens per accidens est concretum in genere, 7. Metaphys.] Et sic sequeretur quod termini concreti non essent ponibiles in prædicamento. Sciendum quod termini concreti uno modo considerantur, quod non habent respectum ad significatum suppositale uel materiale, sed solum secundum rationem significati formalem, & sic est ens per accidens & unum primum nomen adiectiuum. Alio modo consideratur quo ad ambo scilicet, quo ad rationem significati formalem, & quo ad rationem siue significatum suppositale, & adhuc dupliciter considerantur. Vno modo respectu suorum inferiorum, & sic concretum est in genere, & non est ens per accidens. Alio modo considerantur in ordine, quo ad terminos substantiales, & sic iterum est ens per accidens: quia de subiectis siue substantijs concreta sunt uerificabilia accidentaliter, tunc negatur auctoritas, sed conceditur adhuc sensum. Nullum ens per accidens est in genere, respectu quorum est ens per accidens.

Natura solum habet determinare de illo, quod est corpus uel passio corporis, 3. de Anima.] Et uidetur quod naturalis non habet determinare de intellectu humano. Respondetur quod naturalis solum habet determinare de corpore uel de passione corporis, uel de eo quod dependet à corpore in operatione eius, & ens etiā habet determinare de intellectu.

Nigredo est priuatio albedinis, in de Sensu & sensato.] Respondetur, quod uult tantum quod nigredo est quantitas minus perfecta quam albedo.

Necesse est in demonstratione credulitatē uel scientiā præmissarū esse maioris credibilitatis scientiæ suæ cōclusionis, 1. Poster.] Intelligitur de necessitate conditionata, ut si debet haberi credulitas uel scientia cōclusionis per præmissas, tūc præmissæ debent esse magis scitæ, & declaratur per illud principium: Propter q. unumquodq; tale, et ipsū magis.

Nihil dat, quod non habet, 1. Elench.] Intelligitur formaliter uel uirtualiter. Si primum, tunc est uerum simpliciter: si secundum simpliciter est negandum.

Bedæ tom. 2.

x 3

Non

Non reminiscamur post mortem, 3. de Anima.] Intelligitur de reminiscencia proprie dicta, eo quod illa reminiscencia est dicta sensibilibus: & secundum illam requiritur organum corporari, quod in morte corrumpitur corrupto ipso corpore.

Noticia primorum principiorum est nobis innata, 1. Poster.] Et uidetur quod intellectus in principio suæ creationis non habet se tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, quod est contra Aristotelem tertio de Anima. Respondetur quod sic intelligitur, quod anima naturaliter est inclinata ad essentiam notitia primis principijs, quia talis est euidens & manifesta.

Nec materia est, nec forma est, sed totum compositum, 7. Metaph.] Intelligitur quod materia non est nec forma suppositaliter, sed totum compositum.

Nihil scitur sine causa, 10. Metaphys.] Intelligitur à priori & cognitione perfecta, cognitione autem imperfecta & à posteriori aliquid bene scitur sine causa, ut puta Deus: quia æterni non est aliqua causa, ut patet 8. Physic. & ex qua sit producta tanquam ex materia, cum hoc tamen stat quod æterni est aliqua causa à posteriori, quia cognoscimus Deum per suos effectus.

Nihil uidetur nisi color, 2. de Anima.] Intelligitur sic, capiendo Ly Color concretiuè pro colorato: ut sit sensus, Nihil uidetur nisi coloratum, nihil nullo modo se habens.

Nec uox nec litera docet, sed uerus est doctor, qui mentem illuminat, per commentatorem, 1. Phys.] Intelligitur quod ipsa uox non docet principaliter, sed solum instrumentaliter: sed ille uerus doctor est, scilicet intellectus principalis, qui mentem illuminat. & etiam potest exponi de spiritu sancto, siue de eius gratia.

Numerus potentiarum multiplicatur in infinitum secundum numerum specierum generabilium, per commentatorem, 1. Phys.] Intelligitur de potentijs instrumentalibus passiujs siue qualificatijs dispositionibus materie, disponentibus materiam per forme introductionem.

Nihil est quod potest rationem entis subterfugere, per Auicennam.] Intelligitur quod nihil est quin continetur sub Ly Ens, uel de quo non sit uerum dicere, quod sit ens.

Nihil habetur de tempore nisi nunc, 5. Phys.] Intelligitur quod nullum tempus est totum simul & adæquate, nisi nunc adhuc, tamen stat quod presens sit diuisibile existens in aliquo mobili quod mouetur.

Numerus est diuisibilis in suas unitates indiuisibiles, 5. Phys.] Dicitur quod uult unitas, non est diuisibilis in duas partes, quarum quælibet pars sit tota: & talis habet se taliter sicut unitas.

Nullum bonum honestum recipit additionem, per Senecam.] Intelligitur quod nullum bonum honestum recipit additionem per admixtionem sui contrarij, scilicet malicie: cum hoc tamen stat, quod capiat additionem gradus ad gradus eiusdem speciei.

Nihil est quod non generatur, 5. Phys.] Intelligitur sic, quod nihil generatur subiectiuè, quod est in actu formali substantiali respectu forme contrarie. Alio modo sic intelligitur, Nihil est res permanens, que generatur successiuè & terminatiuè & minus completiuè, quando generatur. Dicitur res permanens, propter motum localem: dicitur quod generatur successiuè, propter animam humanam, que creando infunditur, & generatur subitaneè. Dicitur subiectiuè, propter materiam primam: dicitur minus completiuè generaliter, & participaliter.

Non potest esse princeps sine amicis, 5. Ethic.] Ratio, quia de quato fortuna est maior, de tato est minus securus.

Negato uno contrariorum de aliquo, concedendum est & reliquum, per Petrum Hispanum.] Notandum quod illa auctoritas est uera saluis quatuor conditionibus. Prima est, quando subiectum est susceptibile amborum contrariorum, tunc oportet quod si unum negatur de subiecto, quod reliquum designetur inesse subiecto: & ergo non sequitur. Lignum non est agrum, ergo lignum est sanum. Secunda conditio, quod contraria sunt immutata, & ergo non sequitur: Lignum non est album, ergo est album. Tertia, quando arguitur cum constantia subiecti, tunc non sequitur, Adam non est sanus, ergo non est æger. Quarta, quod subiectum eodem modo habet se ad ampliationem & suppositionem, nam non sequitur, Animal non est agrum, ergo animal est sanum.

Nulla propositio est uera, nisi ubi idem prædicatur de se ipso.] Intelligitur de propositione de inesse & de terminis supponentibus, ut chymera est chymera, & de copula presenti ampliatina.

Nulla potentia est ad præteritum, 1. Cæli.] Intelligitur uno modo sic, Nulla potentia est que potest producere præteritum: & sic est falsa, quia Deus potest destruere Socratem, & reproducere ut ex fide credimus. Alio modo intelligitur quod nulla potentia est ad præteritum, quod fuit præteritum: & hoc est uerum, quia si uirgo perdidit uirginitatem, Deus non potest facere, quia modo perdidit.

Nos sumus domini nostrarum operationum à principio usque ad finem, 3. Ethic.] Intelligitur sic, Nos sumus domini, id est, liberi producti nostrarum operationum.

Nemo elegit iuuenes iudices, ibidem.] Intelligitur sic, Nullus elegit, secundum dictamen recte rationis iuuenes in moribus iudices siue rectores. Ratio est, quia tales non sunt prudentes, ut patet sexto Ethic. & intelligitur ibidem, quod prudentia requirit experientiam, experientia uero tempus. iuuenes enim non habent tempus, ergo non possunt esse prudentes.

Nullum accidens est pars substantiæ, commentator, 2. de Anima.] Intelligitur sic, Nullum accidens est pars substantialis, sed bene accidentalis.

Nihil agit in seipsum, 1. de Generatione.] Hoc est uerum corruptiuè tanquam totale agens & per se, cum hoc tamen stat quod aliquid agit in se ipsum saluatiuè, ut intellectus se ipsum intelligendo.

Nec est possibile materiam sui ipsius appetere speciem, id est, formam, 1. Phys.] Intelligitur sic, quod materia non appetit formam quam habet per modum desiderij, quia ille appetitus fit propter carentiam: sed appetit formam appetitu complacentiæ siue uoluptatis.

Nullum ligneum est lignum, 5. Metaphys.] Sic etiam nullum substantiale est substantia.] Respondetur quod non uult quod omnes tales sunt neganda, ubi prædicatum est substantiale: sed uult quod nullum materiale est materia, ex qua componitur, id est, materia in abstracto non debet de composito uerificari: sed bene in concreto, ut dicendo, Deus est naturalis, Domus est lignea: & non, Domus est lignum.

Necesse est omnediuisum prædicare de membris diuisidentibus, per Boetium.] Intelligitur de illis membris,

membris, que habent se ut species uel differentia, & non de illis que habent se ut analogum in sua analogata.

Nobiliora sunt que paucioribus indigent, 1. Cæli.] Intelligitur sic, Tale non habet aliquid inesse, per quod potest expellere iam indigentiam, uel dicitur quod simpliciter est falsa, quia sic rex non esset nobilior rustico, ex quo pluribus indiget quam rusticus, uel dicatur quod intelligitur de minori indigentia supra se, & non infra se, & hoc propter Deum & regem.

Nihil agit infra suam speciem, 7. Meta. & 2. de Anima.] Intelligitur uirtute propria, licet bene uirtute alie na aliquis agit infra suam speciem, & hoc uirtute agentis nobilioris.

Nihil est commune uniuocè superioribus & inferioribus, in de Substantia orbis.] Cuius oppositum uidetur esse de lumine, quia uidetur seruire tam superioribus quam inferioribus: quia non solum luminosum uidetur in inferioribus, sed etiam in superioribus. Respondetur, uniuocè sumitur dupliciter. Vno modo ut excludit analogum & æquiuocum, simul & illo modo autoritas est uera. Secundo capitur uniuocè ut contra æquiuocum distinguitur, & sic tunc est falsa. Nam tunc ualet tantum quod nihil est commune uniuocè, quod æquè primo cõuenit inferioribus & superioribus: sed improprie ibi est semper analogia cause & causati.

Nulla qualitas mixta est in simplici corpore, in de Sensu & sensato.] Intelligitur sic, quod nulla qualitas mixta equalitatibus contrarijs est in corpore simplici, existenti in sua naturali dispositione.

Non bona sunt eligibiliora, 3. Top.] Ibi dicitur quod Ly Non debet capi insuitanter, & Ly Bona non debet capi transcendenter, prout diuiditur in bonum naturale, morale & intellectuale: sed magis debet capi pro bono morali.

Nulla substantia fit à casu, 7. Meta.] Intelligitur de substantia perfecta primaria, cum hoc tamen stat quod substantia imperfecta & secundaria debet fieri à casu.

Nihil differt ætate puer, & moribus puerilis, 1. Ethic.

Nullus est bonus uel malus per superabundantiam, ibidem.

Non est omnino felix, qui specie turpissimus est, ibidem.

Nullus est beatus nec bonus, nisi uolens, 3. Ethic.

Non parum differt, sic uel sic affuecit à iuuentute, imò multum, 3. Ethic.

Nullus uult uiuere sine amicis, habens reliqua bona, 8. Ethic.

Nec lucifer nec uesperus est ita mirabilis, sicut iustitia, 5. Ethicorum.

Non facile est ex antiqua consuetudine omnes transferre ad sermones, 10. Ethic.

Natura non facit unum instrumentum, nisi ad unum opus, 1. Polit.

Natura animalium à natura habet sermonem, nisi homo, 1. Polit.

Natura facit omnia animalia propter hominem, 1. Polit.

Non idem est bonus uir, & bonus ciuis, 3. Polit.

Non contingit eum bene principare, qui nunquam sub principe fuit, ibidem.

Non solum oportet politiam à principio instituere, sed etiam oportet ipsum corrigere, 4. Polit.

Nobilitas & uirtus in paucis inueniuntur, quia nobiles & boni sunt pauci, 5. Polit.

Nullus manum mittat ad impossibilia, 5. Polit.

Non de facili potest inuadi, qui est sobrius, sed qui est ebrius: nec qui est uigilans, sed qui est dormiens, quapropter principes ut non inuadi possint, ebrietatè & somnũ multũ debet euitare, 5. Polit.

Non facile est ciuitatem sine legibus & consuetudinibus permanere, 6. Polit.

Necessè est futurum principem subditum fuisse, 7. Polit.

Non possibile est politiam esse optimam sine moderata abundantia, ibidem.

Non solum erudiendi sunt pueri in arte utili & necessaria, sed etiam in artibus liberalibus, 8. Polit.

Noli poenitere de re præterita, quia illud est propriũ debilit. Seneca in de Regimine principũ.

Nimia familiaritas contemptum parit, ibidem in libro secundo.

Nobilissimum animalium est homo, ibidem.

Non qui parum habet, pauper est, sed qui plus cupit, Seneca ad Lucillum.

Nemo est dignus Deo, nisi qui opus Dei implet, Seneca ad Lucillum.

Non iubeo te semper insistere libris aut pugillaminibus: dandum est interuallum animo, ita quod non resoluatur, sed ut magis acuatur, ibidem.

Nemo diues nascitur, ibidem.

Nemo gloriari debet, nisi de suo, ibidem.

Natura modicè sustentatur, & naturalia desideria finita sunt, ibidem.

Non refert quam multos libros legas, sed quam bonos habeas, Seneca ad Lucillum.

Nulla uictoria maior est quam uicia uincere, ibidem.

Non ex deformitate corporis denudatur animus, sed ex pulchritudine animæ ornatur corpus, (ibidem)

Non possumus: facit hoc quod nemo uitam suam respicit, ibidem epistola 89.

Non ascribe tibi quod non es ut maior, sed quod uideri uelis, esto, Seneca de forma uitæ.

Nullum beneficium dandum est negligentem, Seneca de Beneficijs.

Non refert quid aut quantum detur, sed quo animo detur: quia beneficium non in eo quod datur consistit, sed in ipso dantis animo, ibidem.

Nulli uirtus præclara est, omnibus parat, omnes admittit, omnes inuitat egenos & seruos, reges & exules: nec eligit dominum, nec seruum refutat, sed nudo homine est contentus. Seneca de Beneficijs.

Non in beneficijs nec ingeniorum, nec in agrorum, nec in prædiorum possessionibus, nec in pulchritudine, nec in fama, nec in gloria beatitudo consistit, Boetius de Consolatione.

Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus, 3. de Consolatione.



redi, propter agens spirituale, illa autoritas est uera saluis tribus conditionibus. Prima, quod tale agens non sit minoris uirtutis in resistendo, quam patiens in re agendo, ut patet in scintilla ignis proiecta in mari. Secunda conditio, quod tale agens non sit in tanta distantia à passio, ad quantum passum pergere potest. Tertia conditio, quod uirtus agentis sit sine debilitatione extrinseca, scilicet nature.

Omne determinatū agens quocūq; alio agente habet aliquā operationē propriā, 4. Meteor.] Respondetur, Verum est de ente, quod aptum est ad hoc quod à seipso potest operari sine omni alio: sic autem non est de anima.

Omne ens uel est ens in anima uel extra animam, 6. Metaphys.] Respondetur quod hoc simpliciter non est uerum, quia datur instantia de anima, ex quo idem non est in seipso neq; in seipsum. Sed philosophus uult quod omne ens aliud ab anima, aut est in anima, aut extra animam.

Omnis scientia est à posteriori uel à priori per commune dictum logicorum.] Respondetur, Verū est de notitia unius conclusionis, quia datur instantia de scientia, de anima que est partim à posteriori, & partim à priori: in de Anima. aut proceditur ab actibus ad potentias.

Omnis causa facit à priori cognoscere suum effectum, per authorem in de Causis.] Respondetur quod illa autoritas habet ueritatem in de causis per se, & non de causis secundum accidens.

Obiectū uoluntatis nō est nisi bonū, 3. Ethic.] Respondetur, uerū est de bono apparēti, non aut de bono existēti.

Oppositio contradictoria maxima est oppositio, 1. Ethic.] Respondetur, uerum est de illis que sunt contradictorie opposita, quantum ad hoc quod sunt sibi inuicem incompatibilia, scilicet quantum ad ueritatem & falsitatem.

Omnis transmutatio est uelox uel tarda, 6. Phys.] intelligitur de transmutatione que distinguitur à suis terminis. Vel dicitur quod intelligitur de transmutatione successiua & temporali.

Omnis scientia est de numero perpetuorū impossibiliter, uniuersaliter se habentū, 1. Post.] intelligitur sic, omnis scientia de seibili propinquo debet esse perpetuarum propositionum, id est perpetua ueritatis.

Opposita sunt in eodem genere, per Porphyrum.] Est uerum potentialiter siue in potentia, non autē in actu.

Omne habens contrarium, suscipit magis & minus, ex Prædicamentis.] intelligitur sic, Omne habens contrarium in eodem subiecto & in diuersis gradibus intentionis & remissionis, suscipit magis & minus.

Omnis scientia capit nobilitatem à suo subiecto, in Proemio de anima.] Respondetur, uerū est, capit nobilitatem à subiecto signato, non autem signi.

Omne intelligibile præcedit actum intelligendi, siue mouet ipsum.] intelligitur de intelligibili principali, ut sunt res extra animam, que ipsum intelligibile naturaliter præcedunt: licet non in tempore, sed intelligibile minus principale, scilicet de operatione ad intellectum non ualet.

Omne quod corrumpitur, à suo contrario corrumpitur, 5. Ethic.] intelligitur, omne quod corrumpitur directe, formaliter & per se, à suo contrario corrumpitur. Dicitur notanter per se, & directe propter substantiam, que licet corrumpitur, non tamen per se, sed per accidens: quia qualitas primo per se corrumpitur, ad quorum corruptionem consequenter sequitur corruptio substantiæ, & hoc per accidens corrumpitur.

Omnis propositio per se est necessaria uel impossibilis, per Boetium in libro Posteriorū.] intelligitur, omnis propositio per se uera, est necessaria: & omnis propositio per se falsa, est impossibilis.

Opposita contraria habent fieri circa idem, 7. Metaph.] Et sic uidetur, quod bonū & malum habent fieri circa ipsum diabolum, intelligitur, dummodo illud subiectum non est determinatum ad unum solum, siue ad alterum solum: quia tunc opposita contraria habent fieri circa idem, modo diabolus determinat se solum ad malum, & non ad bonum.

Omne certius eligibilis est incerto, 3. Top.] intelligitur, Omne bonū certius plus est eligendum, quā minus bonū incertū, dummodo ambo sunt eiusdem speciei, & dummodo minus certo bono non conuenit una conditio præterquam sit præelectio.

Omne perfectum est in tribus, per commentatorem 1. Cæli.] intelligitur uerius numerus, quem ponimus in numero plurali, est ternarius, ergo de duobus non uerè dicitur, quod sit numerus, sed de eis bene dicitur, quod sint duo, scilicet entia.

Omnis perfectio est in Deo, per commentatorem 5. Metaphys.] Sed dicitur tamen generare sibi simile, est perfectio: & generare sibi simile, est in Deo, & per consequens Deus per generare Deum, est sibi simile. Respondetur quod solum intelligitur ordinatiue sic, quod perfectio Dei excelsit omnem perfectionem creaturarum.

Oportet animal considerare & inchoare à superioribus usq; ad indiuidua, 3. Top.] Respondetur quod Ly usq; debet capi exclusiue: & ulterius dicitur, quod Ly indiuiduum debet capi pro minus consequenti.

Omnis motus naturalis est in fine uelocior quam in principio, 1. Cæli.] intelligitur, omnis motus naturalis in eodem medio equaliter disposito, ceteris paribus uno impetu ab eodem reproductus, est uelociter in fine quam in principio, dicitur in eodem medio, quia stat quod aliquod mixtum in igne uelocius mouetur quam in aere. Dicitur equaliter dispositus, quia si medium esset in principio subtilius, & in fine densius, non oporteret motum esse in fine uelociorem.

Omnis quæstio querit inter opposita, 1. Meta.] Illa autoritas simpliciter non est uera & uniuersaliter, quia aliqua quæstio querit solum unū oppositum: sed est uera ad illum sensum, quod quæstio ut problema propositionis querit inter duo opposita, ut est ista quæstio, An mundus sit æternus, an non.

Omne quod in Deo est, est Deus met, 6. Metaph.] intelligitur, Omnia que sunt in Deo formaliter & essentialiter, sunt ipse Deus met: non autem illa que sunt in Deo effectiue, & subordinatiue & conseruatiue.

Omnis nostra cognitio procedit ex sensatis, per Linconensem supra 1. Poster.] intelligitur mediatiue uel immediatiue, & etiam de illo intelligitur illud, Nihil est in intellectu, quin prius fuit in sensu.

Omne medium est medium contrariorum, 6. Phys.] intelligitur de qualitibus medijs & secundis. Vel sic, Omne mediū cōpositiue uel successiue est contrariorū, uel sic, Omne mediū diuersorū uel cōmuniter dictorū, est mediū contrariorū.

Omnis qui dicit quodlibet, quodammodo dicit multa, 2. Top.] Ex quo elicitur secunda regula, qui dicit unum antecedens, multas dicit consequentias, supple formaliter uel uirtualiter: quia qui dicit, Homo uirtualiter est, dicit animal est, corpus est, substantia est, & sic de singulis.

Omne quod est ex prioribus, hoc est magis eligendum, 3. Topic.] Si sic, tunc dicitur, aqua esset nobilior

hor uino, & materia nobilior forma, & uestis antiqua esset nobilior noua. Intelligitur ergo sic, Omne quod est bonum ex prioribus secundum perfectionem, hoc est melius, sed dices, Priora sunt nobiliora & meliora. Dicitur quod omne prius perfectione essentiali est melius suo posteriori secundum se, & proprie, & dicitur secundum se, quia secundum usum nostrum non oportet quod florenus est prior & perfectior scientia, quia est substantia, scientia autem accidens. Dicitur perfectione essentiali propter materiam, quæ non est perfectior forma essentialiter. Dicitur etiam essentialiter propter prioritatem nature, & aqua temporis, & uestis antiqua.

Omnis uoluptas est mala, 4. Ethic.] Sciendum quod uoluptas est duplex, quia quedam est uoluptas corporis, & quedam anime, uoluptas corporis est duplex, quia quedam est contra dictamen recte rationis, & illa semper est mala. Alia est subiecta rationum, & illa semper est bona. Voluptas anime est duplex, quedam est appetitus recte regulatus ratione, & ille appetitus semper est bonus. Alia est secundum appetitum priuatum, & illa semper est mala, modo dicitur quod loquitur de uoluptate, quæ est contra dictamen recte rationis.

Omne quod est propinquius bono, hoc est magis eligendum & melius, 3. Top.] Et sic sequetur, quod camista esset melior tunica. Ad illam autoritatem dicitur quod duplex est propinquitas, quedam est localis, alia uero perfectionis, modo autoritas intelligitur de autoritate perfectionis, quia alias instantia probaret uerum.

Omne difficilius est magis eligendum, & nobilius minus difficultiori, 3. Top.] Et sic sequitur quod diuitiæ essent nobiliores & meliores scientijs & uirtutibus. Similiter ars fabrilis esset eligibilior scientia grammaticali, & nigromantia esset eligibilior scientia logicali. Sciendum quod aliquid dicitur difficilius tribus modis. Vno modo in conseruando, & sic diuitiæ sunt difficilius scientijs. Alio modo in exercendo, & sic ars fabrilis est difficilius grammatica, quia difficilius est fabricare, quam orationem congruam facere. Tertio modo quoad oppositionem, & de ista difficultate debet intelligi autoritas. Et etiam intelligitur de ijs que sunt eiusdem speciei, dummodo minus difficili non conuenit præeminentie bonitatis.

Omne generabile est corruptibile, 1. Cæli.] Respondetur, uerum est, omne quod generatur completiue, est corruptibile, & hoc propter intellectum qui generatur intellectiue, ergo non obstat de intellectu similiter de materia prima, quia talis generatur subiectiue.

Omnium rerum species stabiluit creator creaturarum, per autorem 6. Principiorū.] intelligitur sicut stat illud, idem approbat Algorismus dicens: Omnia que à primæua rerum origine processerunt.

Omne quod est naturaliter bonum est, eligibilis eo quod non est naturaliter bonum, per Albertū.] intelligitur sic, Omne quod est naturaliter bonū, ut sic est magis eligēdū, eo quod nō est bonū moraliter per acquisitionē.

Omne unum est indiuisibile, 12. Metaphys.] Illa autoritas multipliciter intelligitur. Vno modo sic, Vnitatis est indiuisibilis, id est, non est diuisibilis in plura, quorum quodlibet est unum, & hoc est uerum, secundum quantitatem distinctam, secundo, Omne unū ut sic est indiuisibile, in quantum tale, Alij dicunt quod debet subintelligi, omnis res est una propter formam. Sed talis forma una, est ergo.

Omnino magno dato contingit dare maius, per regulam Metaphys.] intelligitur sic, Contingit dare maius, id est, imaginari maius.

Omnnes partes diffinitionis sunt formæ, dicit Orpheus in libro de Intentionibus circa diffinitionis primæ intentionis declarationem.] Hoc tamen uidetur esse falsum, quia in diffinitione ponitur genus, quod habet rationem materie: & ergo si omnes partes diffinitionis essent formæ, tunc materia esset forma. Respondetur quod sic intelligitur, quod omnes partes diffinitionis ipsius accidentis aliquo modo habent naturam formæ.

Omnis motus est de extremo in extremum per medium, 4. Phys.] intelligitur de motu qui fit naturaliter, nam motus qui fit in uacuo, non est naturalis, quia natura abhorret uacuum. Similiter dicitur quod motus qui fit per uacuum, non fit per uerum medium, sed solum imaginariæ, ergo autoritas habet ueritatem de motu, qui fit cum resistentia medijs.

Omnium rerum naturalium existentium idem est tempus, 4. Physicorum.] intelligitur commensuratiue, & non absolute.

Omne quod mouetur, est diuisibile, 6. Phys.] intelligitur omne quod mouetur per se de loco ad locum circumscriptiue & commensuratiue, est diuisibile. Dicitur omne quod mouetur per se, propter animam intellectiuam, quæ licet mouetur ad motum corporis, tamen hoc non est per se, sed per accidens. Dicitur circumscriptiue, quia licet angelus mouetur per se, non tamen de loco ad locum circumscriptiue. Sed dicitur tamen, Cælum mouetur per se, & tamen non est diuisibile, ut habetur primo Cæli. Respondetur, uerum est de diuisione reali, diuiditur tamen secundum assignationem partium, scilicet orientis & occidentis.

Omne quod mouetur localiter, describit sibi spacium æquale precise in eodem instanti, ex 6. Phys.] Et sic uidetur, quod indiuisibilia sicut angeli essent diuisibilia. Respondetur quod autoritas intelligitur de illo quod mouetur de loco ad locum circumscriptiue.

Omne quod mouetur, est partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, 6. Phys.] Et sic uidetur quod mobile nunquam fit in spacio sibi æquali, quod est contra authorem uel autoritatem præcedentem. Respondetur quod sic intelligitur, Omne quod mouetur interim quod mouetur, particulariter attingit terminum ad quem, & terminum à quo: id est, quod nec est perfectè nec completè in termino à quo, nec in termino ad quem.

Omnis actus distincti se habent, quod unus potest conseruari sine alio, 7. Metaphys.] Respondetur quod habet ueritatem, ubi unus non dependet in esse ab alio, quia actus Socratis & Dei sunt actus distincti, & tamen unus non potest esse cum alio: sic etiam scientia est in anima, similiter operationes uitales sunt distincte ab anima, & tamen unum potest conseruari sine alio, ut prius dictum est.

Omne quod mouetur, mouetur ab alio, 7. Phys.] Et sic uidetur quod intellectus non potest moueri obiectiue, quia anima non est ab intellectu. Respondetur quod impossibile est moueri se ipsum per se, ut habetur tertio de Anima, & cum hoc moueri: & sic impossibile est rem aliquam esse agens totale, & moueri totale, quin ad minus concurrat Deus aut materia prima.

Omnem intellectum oportet esse possibilem, per commentatorem 3. de Anima.] In oppositum est philosophus ibidem in principio, ubi dicit quod intellectus sit uirtus passiva. Respondetur quod commentator uult quod oportet intellectum esse impassibilem passione corruptiua, licet sic passibilis passione saluatiua.

Omne

Omne incorruptibile est nobilius corruptibili. 1. *Phyf.*] *Intelligitur sic, si incorruptibile non est melior cōditio annexa quàm incorruptibile.*

Omnis finis est melior ordinato in finem. 3. *Topi.* & 1. *Phyf.*] *Intelligitur de fine gratia cuius, quia talis semper est melior ordinato in finem, ex quo talis finis est gratia cuius.*

Omne ens aut est substantia aut accidens. 12. *Metaphyf.*] *Intelligitur de ente simpliciter uno, & non aggregativo. Vel capiendo Ly Ens nominaliter, & non participialiter, quia exercitius unus est ens, id est, existens, & tamen non est substantia, sed plures substantiæ.*

Omnino illud quod fit, ab aliqua eius parte præexistit. 7. *Metaphyf.*] *Et per consequens formaliter habet se in materia ante eius productionem: quod est contra philosophum primo *Phyf.* Intelligitur ergo sic, omne quod fit completiue ut compositum, habet partes præexistentes ut materiam & formam.*

Omne quod mouetur, habet partes integrales. 6. *Phyf.*] *Intelligitur de illo quod per se, & non de eo quod mouetur secundum accidens.*

Omnis motus est de contrario in contrarium. 4. *Phyf.*] *Intelligitur de motu naturali, & non uiolento.*

Omne ens in suo loco naturali quiescit à motu. 4. *Phyf.* & 1. *Cœli.*] *Intelligitur quod omne ens in loco naturali quiescit à motu locali, non autem est uerum de alijs motibus, sicut de motu alterationis & augmentationis.*

Omne corpus est in loco. 1. *Phyf.*] *Clara est per se.*

## P

**P**articularia & singularia semper in multitudine ex cōtrario diuidunt illud quod unū est per *Porphy.*] *Respondetur quod ibi per particularia & singularia debet intelligi minus commune, ut sit sensus, Particularia & singularia, id est, minus communia diuidunt, id est, in diuidendo contrahunt ex contrario illud quod unum est genus.*

Particularis in materia naturali æquipollet suo uniuersali. 1. & 2. *Phyf.*] *Intelligitur de particulari simpliciter dicta, & de predicatione directa, cuius copula est de illo uerbo Sum de presenti cum terminis non ampliatiuis, illa æquiualent in ueritate & falsitate suæ uniuersali.*

Particularis negatiua non est conuertibilis. 2. *Phyf.*] *Intelligitur quod particularis negatiua non est conuertibilis formaliter in aliam particularem negatiuam, de modo loquendi consueto: cum hoc tamen stat, quod est conuertibilis in unam de modo loquendi inconstituto.*

Proprium de uno solo prædicatur. per *Porphy.*] *Intelligitur uno modo sic, quod proprium sub ea ratione qua stat, prædicatur de pluribus subiectis adæquatè. Alio modo dicitur quod *Porphy.* uult proprium prædicatur solum de primo subiecto conuertibiliter, licet bene de pluribus non conuertibiliter: quia risibile prædicatur de homine conuertibiliter. Sed de animali & corpore prædicatur non conuertibiliter.*

Priuatio est forma materiæ. ] *Intelligitur sic, Priuatio est forma materiæ, & connotat carentiam formæ in materia.*

Priuatio per se non est ens. 1. *Post.*] *Intelligitur quod materia existens priuatio non est ens in actu formali per se, & per formam cuius est priuatio.*

Principia oportet semper manere. 1. *Phyf.*] *Dicendum quod sic debet poni, Semper oportet manere principia, sic quod Ly principia stabit confise, tantum ratione Ly Semper, & sic est uera.*

Proprium est substantiæ in subiecto non esse. per philosophum in *Prædicamentis.*] *Dicitur quod loquitur de terminis, & sic capit hic esse in subiecto logicaliter, quod prædicatur denominatiue.*

Plato non maledixit in eo quod sermonem sophisticum sub non ente locauit. 6. *Metaphyf.*] *Respondetur quod philosophus capit non ens improprie pro ente, quod gerit similitudinem alicuius: quod tamen non est.*

Penetratio dimensionum non est possibilis. 4. *Meteor.*] *Respondetur, quod duplices sunt dimensiones, quædam sunt quarum una habet se per modum actus, & alia per modum potentiæ, ut albedo uel materia prima, tunc dicitur quod in talibus dimensionibus penetratio est possibilis. Sic etiam est, quando duæ habent se per modum actus ad tertiam, quod habet se per modum potentiæ, sicut albedo & dulcedo in lacte. Aliæ sunt dimensiones, quarum una non habet se per modum potentiæ, nec ambo habent se per modum potentiæ, & sic penetratio dimensionum est possibilis.*

Processus in infinitum est prohibitus. 2. *Phyf.*] *Intelligitur in prædicatis essentialiter subordinatis, & prædicata essentialiter subordinata sunt homo & alia res particularis, scilicet cælum & Deus: & sic intelligitur in sursum & deorsum, non autem in latum, & sic est in differentijs à latere positjs, ubi præceditur in infinitum, tenendo quod illæ differentiæ inter se sunt genera & species, & sic habet ueritatem.*

Potentia opponitur actui. 9. *Metaphyf.* & 1. *de Anima.*] *Dicitur quod intelligendum est de terminis sic, quod ille terminus Potentia opponitur huic termino Actus.*

Principia non fiunt ex alterutris. 1. *Phyf.*] *Sic quod unum non fit ex reliquo, & hoc est uerum, prout Ly Ex non dicit circumstantiam partis: sed prout dicit circumstantiam totius, ut forma illud principium fit ex materia, & habet pro subiecto materiam.*

Potentia accidit materiæ. per *Commentatorem* 1. *Phyf.*] *Intelligitur quod ille terminus Potentia prædicatur accidentaliter de illo termino Materia, licet tamen potentia materiæ fit in ipsamet potens.*

Politici est considerare de anima. 1. *Phyf.*] *Et sic uidetur quod non est sciëntia libri de Anima. Respondetur quod philosophus primo *Phyf.* uult, quod politicus considerat practicè de anima, sed in libro de Anima cōsideratur de anima speculatiue.*

Priuatio & materia differunt speciuocè & ratione. 1. *Phyficorum.*] *Intelligitur quod isti termini priuatio & materia habent diuersas rationes, secundum quid nominis, cum hoc tamen stat quod habent uel significant eandem rem in numero, per quam non distinguuntur.*

Pueri beatificantur propter spem. 1. *Ethi corum.*] *Intelligitur pueri beatificantur, id est, dicuntur beati propter spem futuræ beatitudinis uel felicitatis, licet actu non sunt tales. Sed dices, Quare hoc est? respondetur secundum *Eustachium*, quod ideo coniecturamus in eis futuram spem ex naturali dispositione eorum: uel ideo, quia uidemus nos inclinari ad bona, & fugere mala: uel ideo, quia sunt procreati ex bonis.*

Præter uerum non est affirmatio uel negatio. 2. *Phyf.*] *Ratio, quia uerum habet se in propositione sicut forma, modo nihil potest esse absq; forma.*

Propositio in toto est falsa, quæ nullum singularem habet ueram. 1. *Poster.*] *Intelligitur sic, in qua genus generalissimum unius prædicamenti prædicatur de genere generalissimo alterius prædicamenti cum reduplicatione in toto, est falsa, ex quo nullam habet singularem ueram.*

Plura bona sunt eligibilia principioribus bonis. 3. *Topi.*] *Intelligitur sic, Plura bona possibilis sunt bonis paucioribus, compositilibus eligibilia, dummodo unum illorum eligibilium non fit propter aliud, & dummodo præeminentia bonitatis tenet se ex parte pluralitatis, & non ex parte materiæ. Dicitur, Dummodo unum illorum non sit eligibile propter aliud tanquam propter finem, quia propterea sanum fieri & sanitas non sunt eligibilia sanitate. Etiam dicit *Rupertus*, quod intelligitur, Dummodo ista bona sunt eiusdem, propter hoc non sequitur quod quatuor grossi essent eligibiliores florenis, licet tamen sint plura bona. Dicitur etiam, Dummodo illa bona sunt compositibilia, propter hoc non sequitur bonum esse monachum, & esse bonum coniugatum, essent eligibilia simul quàm esse monachum solum. Similiter uiuere caste, & generare sibi simile, debent esse eligibilia, quia plura sunt quàm uiuere caste solum: quod tamen est falsum, quia sunt plura bona incompossibilia. Etiam intelligitur de bonis finitis propter Deum, qui est bonum infinitum.*

Posita propositione de disiunctio prædicata cum altera pars inest determinatè subiecto, tunc ostensa una inesse ostenditur, & reliqua non inesse. 2. *Topi.*] *Intelligitur posita propositione de disiunctio prædicata in terminis supponentibus, ubi partes disiuncti non ordinantur uel conuertuntur, tunc ostensa una parte inesse subiecto, ostenditur & reliqua non inesse particulariter. Dicitur, Vbi partes disiuncti non ordinantur, propter illud argumentum, Homo est animal uel corpus, sed homo est animal, ergo homo non est corpus, quia illa consequentia non ualeat. Etiam dicitur, Nec conuertuntur propter illam consequentiam, Homo est homo uel risibile: sed homo est homo, ergo homo non est risibilis, quia consequentia iterum non ualeat. Similiter oportet, quod partes disiuncti non repugnant propter illam, Homo est asinus uel leo. Etiam dicitur, Ostenditur & reliqua pars inesse particulariter, propter illud argumentum: Omnis propositio est uera uel falsa, sed omnis propositio est uera, ergo omnis propositio est falsa. Sed debet concludi particulariter, ut sic ergo aliqua propositio est falsa.*

Passiuus quidem intellectus corruptibilis, ex eo quod nihil intelligit. 3. *de Anima.*] *Ille textus secundum commentatorem potest sic intelligi, quod per intellectum passiuum intelligitur potentia cognitiua, quæ esteducta de potentia materiæ, & nominant eum intellectum in ordine ad alios sensus propter excellentiam. Alij uerò dicunt, quod intellectus passiuus, id est, phantasticus intellectus est corruptibilis, siue potentia phantastica est corruptibilis, quo ad corruptionem specierum in phantasmatis post separationem, quia tunc ipsa phantasia corrumpitur, & sic non intelligitur per species. Alio modo intelligitur hoc de intellectu, qui non est informatus speciebus intelligibilibus, aptus tamen informari ad denominationem.*

Possibili posito inesse nullum sequitur inconueniens. ] *Ille autoritas taliter intelligitur, si sustineatur propositio possibilis tanquam uera, tunc adhuc nullum sequitur inconueniens, & sic eam intelligendo super istam autoritatem fundantur omnes regulæ syllogisticæ. Et secundum hoc sic intelligitur possibili posito inesse, &c. id est, si propositio possibilis uel dispossibilis ponitur inesse, tunc ad illam de inesse nullum sequitur inconueniens, uel sic, si propositio de possibile mutatur in suam de inesse, tunc sua de inesse non erit impossibilis. Etiam sic potest intelligi, Possibili posito, id est, ponatur ita esse sicut propositio possibilis significat, tunc nullum sequitur impossibile. Et pro ulteriori intellectu illius autoritatis est notandum adhuc, quod aliqua propositio prima possibilis ponitur inesse requiruntur tres conditiones. Prima conditio, Si aliqua propositio uniuersalis possibilis de possibili de beat poni inesse, non debet hoc fieri per uniuersalem, sed potius singularem: ut ista, Omne producibile Deus potest producere, non debet sic poni inesse producibile, Deus producit: sed sic, Hoc producibile Deus producit, & hoc producibile Deus producit, & sic de alijs. Secunda conditio, Quando in propositione de possibili subiectum & prædicatum impugnant, tunc ponendo illam inesse & loco unius extremi debet poni pronomen demonstratiuum: ut, Omne album potest esse nigrum, ponitur sic inesse, Hoc est nigrum, demonstrando per Ly Hoc illud quod prius fuit album. Tertia conditio est, Quando in propositione de possibili ponuntur aliquæ terminationes uel termini priuatiui, qui uel que in illa de inesse possunt facere aliquam repugnantiam, tunc ponendo illa inesse tales terminationes sunt obmittende: ut, Socrates habens oculos potest esse sine oculis, ponitur sic inesse, Socrates est sine oculis, sicut illa: Socrates potest cras legere, non potest sic poni inesse, Socrates legit cras, sed sicut Socrates legit.*

Posita forma substantiali ponitur etiam aliud, cuius est forma substantialis. 5. *Metaphyf.*] *Intelligitur sic: Posita forma substantiali actuali, & illo modo quæ est forma, ponitur illud cuius est forma, modo post mortem alicuius hominis forma illa non est forma eius actualis.*

Propter unumquodq; tale, & ipsum magis tale. 1. *Poster.*] *Et confirmatur illud idem primo *Metaphysic.* ubi philosophus sic dicit, Quicquid est causa aliorum ut sunt, illud maxime est tale: ut ignis est causa caloris, & maxime est talis. illa autoritas ut sonat, uidetur esse falsa, quia in nullo genere causarum est uera, & primo de genere cause efficientis: quia non sequitur, Socrates est ebrius propter uinum, ergo uinum est magis ebrium. Et tamen arguitur hic per regulam in genere cause efficientis, ergo non est uera. Secundo non sequitur, Socrates est homo propter patrem suum, ergo pater suus est magis homo. Tertiò non sequitur, Cælum mouetur propter intelligentiam sibi assistentem, igitur intelligentia magis mouetur: quia antecedens est uerum, & consequens falsum, quia dicitur duodecimo *Metaphysic.* intelligentia mouet orbem, & tamen ipsa est immobilis, cum non est diuisibilis neq; corpus. Quarto non sequitur, Aer est calidus propter solem, igitur sol est magis calidus: quia sol non est calidus formaliter, similiter non sequitur, ista inferiora alterantur propter corpora cœlestia, ergo corpora cœlestia magis alterantur. patet, quia non sunt alterabilia alteratione corruptiua, quia non sunt receptiua peregrinam impressionem, & tamen arguitur semper per regulam in genere cause efficientis. Deinde etiam probatur, quia illa autoritas non habet ueritatem in genere cause formalis. Nam non sequitur, Paries est albus propter albedinem, igitur albedo est magis alba: quia antecedens est uerum, & consequens falsum. Secundo non sequitur.*



quitur. Homo est rationalis propter animam intellectuam, igitur anima intellectiva est magis rationalis: quia antecedens est uerum, & consequens falsum. Nam Ly Rationalis est differentia essentialis & substantialis hominis adequate & convertibiliter supponens pro homine, & non pro alio similiter, non habet ueritatem in genere cause materialis: quia non sequitur. Homo est corruptibilis propter materiam primam, igitur materia prima sit magis corruptibilis, cum materia prima sit magis incorruptibilis & in generabilis, quamuis est causa corruptionis compositi. Tertio modo non sequitur in eodem genere cause, Socrates est generabilis propter materiam appetentem aliam formam, igitur illa forma est magis generabilis. Vltimo arguitur de causa finali, ubi etiam presens auctoritas non habet ueritatem, quia non sequitur: Clericus uadit Romam propter beneficium, igitur beneficium magis uadit Romam. Item non sequitur, intelligentia secunda mouet orbem finaliter propter primam intelligentiam, ergo prima intelligentia magis mouet orbem: quia antecedens est uerum, & consequens falsum. Nam dicitur duodecimo Metaphys. Primum ens, id est, prima intelligentia non mouet, nisi sicut animatum uel desideratum. Pro solutione istarum obiectionum notandum, quia ad hoc quod ista regula sit uera uniuersaliter, sex requiruntur conditiones. Prima est, quando illud in quo fit comparatio, uniuoce conueniat utriusque comparatorum, & propter defectum illius conditionis non sequitur, Socrates est ebruius propter uinum, ergo uinum est magis ebruius. Secunda conditio est, quod illud in quo fit comparatio, suscipiat magis & minus: ergo non sequitur, Socrates est homo propter patrem, ergo pater est magis homo, &c. Tertia conditio, quod effectus talis uel tantus sit propter talem causam uel causatam: & propter hoc non sequitur, Partes est albus propter pictorem, ergo pictor est magis albus. Quarta conditio est, quod regula intelligatur in genere cause particularis & non uniuersalis, & precipue in genere cause efficientis: propter hoc non sequitur, Socrates est homo corruptibilis propter materiam, igitur materia plus est corruptibilis: tamen ista instantia soluitur per primam conditionem, eo quod esse corruptibile non conuenit Socrati & materia uniuoce. Quinta conditio est, quod causa post productionem effectus non sit remissa in esse tali uel tanto, ut si b post generationem esset in sua caliditate remissum ipso a in sua intensioe manente, constat quod quamuis a esset calidior propter b, non tamen esset calidius quam a, imo minus calidum. Sexta conditio, quod effectus talis uel tantus sit, quod non propter aliquam causam particularem affirmatiuam. Vnde propter hoc non sequitur, Socrates diligit Platonem propter equum suum, scilicet Platonis, ergo Socrates magis diligit equum suum, scilicet Platonis. Nam in casu in quo Socrates diligeret Platonem adhuc propter multas alias causas: antecedens est uerum, & consequens falsum. Istitis sic notatis facilliter potest responderi ad obiectiones in oppositas factas.

**Plantæ penitus sunt simplices, de Anima.]** Intelligitur in organis suis sunt simplices, quia non habent tantam diuersitatem in suis organis, sicut alia animalia habent in suis partibus.

**Potentia sensitua contrariatur intellectu, de Ethic.]** Respondetur quod philosophus uult quod iudicia harum potentiarum sunt contraria, quia iudicium unius non potest se ita alte ostendere, sicut iudicium alterius, etiam sensuality re pugnat semperrationi.

**Principium sensituum est in corde, de Anima.]** Et sic uidetur quod organum sensus communis sit in corde, eo quod est principium sensituum. Respondetur quod sensus communis, quæ est differentia sensibilibus secundum proprias rationes cognoscendi est in corde tanquam in organo, secundum philosophos: quia est sibi perfectum etiam, quia cor principiat omnes sensus, sed secundum medicos residet in prima parte concauitatis anticipatis. Sed hoc est uerum, quantum ad receptionem & collectionem specierum, non autem ad iudicium perfectum: quia quantum ad illud, habet locum in corpore, utique, stat quod sensus communis residet in capite, sed residet in corde, quantum ad perfectionem & iudicium.

**Primus motus est in oriente, de Polit.]** Respondetur uerum est antonomatice, id est, per excellentiam, quia ibi refulcent nobiliores effectus.

**Potestas & uoluntas sunt causa finalis in uoluntarijs ad effectum producendum, de Consolatione profa secunda.]** Intelligitur sic, dummodo referuntur ad actionem certitudinem, & dummodo sunt relati ad idem tempus: ergo non sequitur, Ego sum & possum legere, ergo lego, sed bene sequitur, Ego sum & uolo legere, & possum legere, ergo nunc lego.

**Principium & causa conuertuntur, de Metaphys.]** Intelligitur de principio essendi, quod est quadruplex, scilicet licet secundum quatuor causas, ut efficientem, finalem, formalem & materialem: & capiendo principium sic, tunc principium & causa conuertuntur.

**Particularibus autem unus, communis uero plures, per Porphy.]** Intelligitur de particularibus & singularibus huius speciei conuenit unus, id est, quodlibet individuum huius speciei homo significat simpliciter unum hominem singularem, & communis plures homines communiter, & representat omnes homines sub conceptu communi.

**Participatione speciei plures homines sunt unus homo, per Porphy.]** Intelligitur secundum sanctum Thomam realiter, plures homines sunt unus homo participatione speciei, id est, sunt unum in specie. Et non sequitur, sunt unum in specie, ergo sunt unum, quia omne unum in specie est esse unum secundum quid. alij sic dicunt, plures homines sunt unus homo participatione speciei, id est, continue unam speciem humanam, & sic species humana est perpetua. Alio modo exponitur logicaliter, plures homines sunt unus homo, id est, plures homines significant per illum terminum homo participatione speciei. Alio modo, id est, naturalis similitudo hominis uel unus conceptus communis hominis pluribus hominibus conuenit.

**Perpetuum est corruptibile.]** Dicitur quod corruptibile dicitur hic potentiam corrumpendi, illud non est corruptibile, quod potest corrumpi modo stat aliquid perpetue manere, & tamen esse corruptibile: ut, intellectus humanus est perpetuus, & tamen in aeternum manet & manebit. Et tamen sicut eum Deus produxit ex nihilo, sic etiam potest redigere eum in nihilum. Sed quando dicitur, possibile posito inesse sequitur impossibile: dicitur quod non debet inesse poni in propria forma. Sed sic hoc non corrumpitur demonstrando, id est, uel potest esse perpetuum modo, licet talis anima potest corrumpi, tamē adhuc est illud quod est perpetuum.

**Plantæ sunt omnia corpora simplicia, de Anima, tractatu 10, cap. 1.]** Dicitur quod plantæ sunt omnia corpora simplicia, quod plantæ sunt magis perfecte quam corpora uiuentia, & non uult quod omnino sunt simplices.

**Potentia naturalis est irrationalis, de 9. Metaphys.]** Respondetur quod uult quod bene ualeat consequentia cum speciuocatione: ut, potentia est, ergo ut sic est irrationalis. & non ualeat simpliciter sine speciuocatione, quia homo aliquando agit materie naturaliter, & aliquando secundum intellectum.

Quæcumq;

Q

**Quæcumq; mouentia & non mota amplius non sunt physice considerationis, 1. Phys.]** Et sic uidetur quod de Deo sit scientia, quia ipse est immobilis, ut patet 8. Phys. Respondetur quod auctoritas tantum uult, quod entia mouentia considerata non in ordine ad motum non sunt Physice considerationis, ita quod Physicus non habet aliquid considerare de ijs nisi per attributionem ad motum, cuius motus natura est principium.

**Quælibet diffinitio ponibilis est in prædicamento, 1. Topi.]** Intelligitur quod quælibet diffinitio secundum suas partes & reductiue est ponibilis in prædicamento, non autem per se & proprie.

**Quæstio quid non est non habet locum in simplicibus, 7. Metaphys.]** Intelligitur de diffinitione quæ dicitur, ubi diffinitio connotat essentiam ipsius diffiniti: sed quæstio simplex bene potest habere differentiam, quæ sumitur à diffinitione essentiali.

**Quantitati nihil est contrarium, ex Prædicamentis.]** Intelligitur de terminis, uel uerum est particulare & non uniuersaliter.

**Quot sunt species entis, tot sunt species motus, 1. Phys.]** Intelligitur quotquot terminos inferiores habet motus, tot habet etiam ens.

**Quod fit, non est quod sit, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.**

**Quælibet propositio reduplicatiua, in qua reduplicatur prædicatum, est falsa & impossibilis, 1. Priorum.]** Respondetur uerum est, ut patet de illa, Homo est animal in quantum animal: illa est falsa & impossibilis, ut patet ibidem.

**Quæcumq; uni & idem sunt, eadem illa inter se sunt eadem, 1. Phys.]** Intelligitur, quæcumq; diuisim sumpta sunt uni & eidem, eadem inter se sunt eadem. & hoc etiam debet intelligi, Quæcumq; uni termino singulari sunt eadem, inter se sunt eadem, & sic excluditur species.

**Quicquid potest causa prima cum secunda, hoc potest se solo, per authorem in de Causis.]** Intelligitur de causa simpliciter prima in genere cause efficientis, & secundum potentiam eius absolutam: sed in genere cause formalis siue materialis non oportet, potentia enim primæ cause absoluta est, quando agit sine concursu influentiarum.

**Quædo aliqua duo sunt idem in essentia, si unum per se est corruptibile, etiam & reliquum, 4. Metaphys.]** Modo uidemus quod materia & compositum sunt eadem res in essentia, & sic uidetur quod materia esset corruptibilis, & consimiliter potest probari de forma intellectiua. Respondetur quod uerum est, quando penitus sunt idem & unum secundum essentiam. Sed materia simpliciter & forma ipsius compositi sunt essentialia principia ipsius compositi, & partes essentielles quæ non possunt dici esse sicut compositum.

**Quæcumq; differunt genere, differunt numero & specie, 3. Metaphys.]** Intelligitur dupliciter. Vno modo sic, Quæcumq; genere & numero differunt realiter, differunt numero & specie realiter. Alio modo sic intelligitur, Quæcumq; differunt genere prædicamentaliter, differunt numero & specie prædicamentaliter. Vel dicitur quod illa auctoritas intelligitur in genere substantiæ, & non in genere accidentium.

**Quantitas non est de uirtutibus actiuis & passiuis ad inuicem, 4. Metaphys.]** Respondetur quod philosophus uult quod esse actiuum & passiuum non attribuitur quantitati, sed bene attribuitur speciebus qualitatis.

**Quid recipit esse post non esse est generabile, 4. Phys.]** Respondetur quod uerum est de illo quod recipit esse à forma, quia forma est que dat esse rei, ut patet per philosophum primo Phys. Et uerum est de esse formali, non autem entitatio.

**Quæstio est dubitabilis propositio, per Boetium.]** Et sic uidetur quod quæstio sit propositio, quod tamē est falsum. Respondetur quod quæstio capitur uno modo pro signo interrogatio & oratione, cum qua interrogatur, & sic quæstio non est propositio, & hoc uult Boetius. Secundo sumitur pro oratione, cui signum interrogatiuum additur, & sic quæstio est propositio: & sic illa oratio, Cælum habet materiam in tali oratione posita, Vtrum cælum habet materiam, est propositio, & hoc uult Boetius.

**Quæcumq; differunt plus quam numero, differunt specie, 3. Metaphys.]** Respondetur quod philosophus uult, quod quæcumq; differunt plus quam numero essentialiter, illa differunt specie, & sic non oportet quod uir & mulier differunt specie, ut Socrates albus & Plato niger differunt specie, quæ solum differunt specie accidentaliter.

**Qui non unum intelligit, nil intelligit, 4. Metaphys.]** Respondetur quod intelligitur sic, qui non unum intelligit ad minus, id est, nihil intelligit. Vel sic capiēdo Ly Non infinitate, ut qui non unam intelligit, nihil intelligit. & hoc est uerum.

**Qui in Dialectica solum terminos uniuersalia dicitos, & non res, illum non Dialecticum sed Dialecticè hæreticum dicimus, quia uniuersalia realia sunt ponenda, per Anshelmum.]** Respondetur quod uult quod ille qui ponit solum uniuersalia in signis, & non res, non facit uniuersaliter intellectas per illa signa, illum dicimus Dialecticum hæreticum. Nam ille dicitur Dialecticè hæreticus, qui ponit aliquid falsum in Dialectica siue logica.

**Quicquid caret operatione, caret & essentia, per commentatorem, 9. Metaphys.]** Respondetur quod illa auctoritas uniuersaliter non est uera, quia datur instantia de materia prima, sed tamen communiter intelligitur de istis qui sunt in actu formali, & non in potentia siue actu potentie.

**Quod non est, contingit scire, 1. Post.]** Verum est, quod uerum uel ueritatem entis, uel ueritatem propositionis non contingit scire tanquam scibile propinquum, sed bene remotum.

**Quiditas rei, est forma rei, 7. Metaphys.]** Respondetur uerum est in simplicibus, non autem in compositis.

**Quæcumq; habent differentiam in eodem subiecto, differunt speciuoce, 4. Metaphys.]** Si igitur illi gradus in alteratione proprie dicta acquirantur successiue, & habent differentiam eodem subiecto, & ergo differunt speciuoce, ut uult auctoritas: & sic qualitas secundum quam fit alteratio, proprie dicta non esset simplex, sed diuersarum rationum. Respondetur quod uult, quod qualitas intensibilis & remissibilis existens in eodem subiecto, non faciens unam qualitatem partialem, ille differunt specie, sed si illæ qualitates facientes unam totalem qualitatem, tunc non oportet, uerbi gratia, albedo & nigredo sunt in eodem

dem subiecto, & sunt intensibiles & remissibiles, & tunc in illo subiecto non faciunt unam qualitatem, ergo differunt specioco. Quicquid est causa causæ, est causa causati. per authorem de Causis. ] Intelligitur quod quicquid est causa causæ, loquedo de causa essentiali & positiva, hoc est causa causati. dicitur positiva propter uicia, quæ sunt causata primatiue. Qui tollit à rebus proprias operationes, etiam tollit ab eis essentias, per commentatorem, s. Meta. ] Intelligitur qui tollit operationes proprias à rebus, quæ ad actum & potentiam simul pertinet, ille tollit ab eis suas essentias. Quicquid per superabundantiam dicitur, uni soli rei conuenit, s. Topi. Ergo sequitur, quod superlatiuus est proprie qualitatis. ] Respondetur uerum est, superlatiuum exponendo affirmatiue & non negatiue, & tunc dicitur exponi affirmatiue, quando ultima exponens est affirmatiua. Quicquid mouetur, hoc est diuisibile, s. Topi. ] Hoc simpliciter non est uerum, quia anima habet se in corpore tanquam nauta in nauis: sed nauta mouetur motu nauis, ergo anima mouetur motu corporis, & per consequens est diuisibilis, quia est mobilis, quod tamen est contra philosophum. Respondetur quod sic debet intelligi, quod mouetur per se, hoc est diuisibile, modo anima non mouetur per se, sed per accidens.

Quæcunq; sunt eiusdem speciei, quicquid uni conuenit, conuenit & reliquo. est communis animi conceptio. ] Intelligitur essentialiter uel de prædicatis essentialibus. Dicitur essentialiter propter partem plumbi paruum & magnam, quæ sunt eiusdem speciei, & tamen quicquid conuenit uni, conuenit & reliquo: quia portare magnam partem plumbi, non conuenit sicut conuenit nobis portare paruam partem, similiter in accidentibus propriis uerum est. Nam sicut Socrati conuenit esse susceptibilem disciplinæ, sic & Platoni.

Quandocunq; extremitates conuertuntur inter se inclusiue, tunc necesse est extremitates conuertiri cum medio, s. Topic. ] Respondetur, uerum est arguendo in primis quatuor modis primæ figuræ directè concludentibus propter argumentum in Darapti. ut, Omnis homo est animal, & omnis homo est substantia animata, sensitiua: ergo substantia animata sensitiua est animal: ibi conclusione extremitates conuertuntur, quia omnis substantia animata, sensitiua est animal, ergo etiam am deberent conuertiri cum medio, & per consequens sequeretur, quod homo esset asinus, sed hoc non oportet, ex quo iste syllogismus non est in aliquo modo primæ figuræ, sed in tertia figuræ.

Quandocunq; signum uniuersale interimitur per signum exclusiuum, additum ad unam sui partem: si tunc exclusiua est uera, uniuersalis fuit uera, s. Topi. ] Intelligitur dummodo tale signum uniuersale affirmatiuum additur termino, habenti actu plura supposita: si tunc exclusiua est uera, sua uniuersalis fuit uera.

Qui dicit animam gaudere uel tristari, dicit eam texere & ædificare, s. de Anima. ] Intelligitur, qui dicit se solo animam gaudere uel tristari, dicit eam texere, sic quod philosophus uult, quod non solum conuenit animæ, sed pro ut est coniuncta corpori. & dicit Egidius ibidem, Verum est ille minus proprie dicit, qui solum animam dicit gaudere uel tristari: sed magis proprie loquendo, tunc homo dicitur gaudere uel tristari, & hoc est uerum.

Quicquid potest in maius, potest in minus, s. Cœli. ] Intelligitur per se & uirtute propria, & de illis quæ sunt eiusdem speciei.

Quod semel dictum est, amplius resumere non potest, in libro Prædicamentorum. ] Verum est naturaliter & in numero, potest tamen idem resumere super naturaliter & in specie.

Quorum generationes sunt bonæ, & quorum effectus sunt boni, illa sunt bonæ, s. Topi. ] Intelligitur cuiuscunq; generatio uel effectus uel generans particulare est bonum, illud est & erit bonum ex parte efficientis, si non erit impedimentum aliunde. Dicitur particulare, propter agens uniuersale: dicitur est uel erit, propter effectus, qui producuntur successiue, quia illi non sunt boni, sed sunt uel erunt boni. Dicitur in quantum est, ex parte efficientis, quia stat patrem esse bonum, & filium non, & hoc propria uoluntate. Dicitur si non est aliud impedimentum, quia quilibet effectus propter malum uisum potest deuariari.

Quorum corruptiones sunt bonæ, ipsa corrupta sunt mala. ] Intelligitur si corruptiones sunt bonæ, tunc corrupta sunt mala: & si corrupta sunt mala, tunc corruptiones sunt bonæ, & hoc est uerum de iis quæ fuerunt bona uel mala. Alio modo intelligitur, quod corruptiones tales sunt male omnino moraliter, quia non torquens est malus, ergo sur est bonus, quia illa corruptio furis non est omnino mala. Tertio intelligitur, quando corruptum non habet se ut causa corruptionis: & ergo non sequitur, interficere tyrannum est malum, ergo tyrannus est bonus, ex quo malitia eius est causa corruptionis.

Quandocunq; aliqua duo sunt coniuncta & si unum reperitur sine aliquo, tunc est aliquod sine reliquo, s. Phys. ] Intelligitur sic, Quandocunq; duo sunt coniuncta secundum magis & minus, si tunc reperitur minus perfectum seorsum sine magis perfecto, tunc etiam magis perfectum potest reperiri sine minus perfecto, sed non e conuerso: & sic materia prima est minus perfecta quam forma, tamen forma reperitur sine materia, & non e conuerso.

Quod non est, nulli accidit, s. Phys. ] Intelligitur uno modo sic, quod Ly Est dicit in herentiam accidentalem, & illo modo substantia nulli accidit. Alio modo intelligitur sic, ut Ly Accidit dicat denominationem uel prædicationem accidentalem, & sic prædicta autoritas est falsa: ut, Album est substantia.

Quod omni tempore est uilius, hoc est eligibilis, s. Topi. ] Et sic sequeretur quod fortitudo sit intelligibilior temperantia uel iustitia, eo quod fortitudo omni tempore est utilis. Respondetur quod fortitudo capitur dupliciter. Vno modo quo ad habitum, alio modo quo ad actum, & sic fortitudo est operatio fortitudinis, & illo modo semper est utilis actualiter: quia si omnes essimus iusti, fortitudine non indigeremus.

Quicquid est in effectu, est in causa, communis propositio Metaphys. ] Et sic sequeretur quod omnis imperfectio esset in Deo, & præcipue materia prima esset in Deo, cum sit perfectissima, consequens est falsum, intelligitur ergo sic, Quicquid est perfectionis in effectu, hoc etiam est in causa non formaliter, sed uirtutaliter uel reductiue uirtutaliter, ut prima causa quæ habet uirtutum producendi omnem effectum uel perfectionem supereminet, quia prima causa supereminet omnem perfectionem ordinatam, quia omnis perfectio ultimè ordinatur in primam causam.

Quicquid in uno est substantia, in alio non potest esse accidens, per Auicennam. ] Et sic sequeretur, quod scientia quæ est in Deo substantia, non potest fieri in nobis accidens. Notandum quod aliquid in uno esse substantiam, & in alio non posse esse accidens, intelligitur dupliciter. Vno modo, quod ipsum capitur utrobique, uniuocè, & sic non est uerum. Alio modo

modo capitur æquiuocè, dicitur & sic de Deo & de nobis. Ratio est, quia secundum philosophum duodecimo Metaphys. Sapientia dicitur æquiuocè de Deo & creaturis, ex quo in uno est substantia, & in alio accidens.

Quantitas non est de genere actiuorum, s. Phys. ] Intelligitur uno modo, quod quantitas ut quantitas non est de genere actiuorum, & sic est uera: sed quantitas ut substantia, bene est de genere actiuorum. Alio modo dicitur, quod quantitas secundum suam essentiam non est de genere actiuorum, licet bene secundum suas dispositiones: sic simili modo dicitur, quod superficies secundum se non est de genere, licet secundum dispositiones corporis, cuius est superficies.

Quicunq; negat multitudinem idearum in mente diuina, est infidelis & hæreticus, per beatum Augustinum. ] Et ex hoc uidetur quod plures sunt dii ponendi quod sic intelligitur: Quicunq; negat multitudinem idearum, id est, multitudinem personarum in mente diuinitatis, est hæreticus. Nā talis multitudo est ipse Deus met, qui est trinus & unus.

## R

Rerum quædam sunt uniuersalia, & quædam singularia, s. Phys. ] Intelligitur sic de numero rerum, quædam sunt singulares, & quædam uniuersales.

Ridiculosum est tentare seu demonstrare naturam esse, quia hoc est per se notum, s. Phys. ] Sed diceres, Tamen philosophus diffinit naturam ibidem: constat autem quod quælibet diffinitio est demonstrabilis de suo diffinito, & sic uidetur quod natura sit demonstrabilis. Intelligitur dupliciter. Vno modo, quod philosophus non uult quod sit ridiculosum demonstrare naturam esse, & hoc bene est uerum. Sed ridiculosum est tentare demonstrare naturam esse, & hoc bene est uerum, quia tentare importat difficultatem, modo non est difficile, imò est facile demonstrare naturam esse. Alio modo dicitur, quod uult ridiculosum est demonstrare naturam esse, quo ad questionem si est, quia hoc est notum de se. Sed quia ad alia genera quæstiuina, scilicet quid est, non importat difficultatem.

Radices in plantis sunt similes ori in animalibus, s. de Anima. ] Ratio quia secundum philosophum ibidem, tam radix quam os recipit alimentum, per quod res inesse in diuiduali conseruatur.

Res naturales & artificiales sunt distinctæ, s. Phys. ] Intelligitur secundum denominationem sic, quod denominatio artificialis est posterior naturali, & sic distinguuntur secundum rationem, non autem secundum rem.

Relictis primis substantiis, Aristoteles agit de medijs, per Boetium. ] Intelligitur sic, relictis primis substantiis tanquam extremis, id est, Deo, quia Deus non est in prædicamento, quia nec genus, nec species, nec differentia, ex quo est simplex, imò simplicissimus: igitur aiunt aliqui, quod non est limitabilis per positionem prædicamentalem. Similiter prima pars in autoritate datur intelligi, quia etiam non est in prædicamento: ideo Aristoteles agit de medijs, id est, de substantiis compositis, ita quod substantia composita ponatur in prædicamentis, forma etiam proprie non est in prædicamento, quia est altera pars compositi, quæ per se non stat, sed inheret.

Relatiua sunt simul natura in prædicamentis. ] Intelligitur, relatiua consequuntur se in consequentia bona eum uerbo conformi, sed non sunt simul, quo ad tempus: quia stat unum procedere, aliud in tempore manere.

## S

Semper enim diuisio generis est in plures species, per Porphy. ] Intelligitur, quodlibet genus est semper diuisibile diuisione logica, per differentias oppositas speciocoas in plures species actuales, aptitudine in genere existentes: & illarum specierum ad minus debent esse duæ, cum hoc tamen fiat quod possunt esse plures.

Sunt ergo ea quæ sunt in uoce earum, quæ sunt in anima passionum notæ, s. ἡδὴ ἔγλυ ἐὰς. ] Respondetur quod per ea quæ sunt in uoce, intelligit signa uocalia, & per passionem in anima intelligit terminos mentales & conceptus, & tunc sensus autoritatis est, quod signa uocalia sunt nota, id est, signum conceptuum seu terminorum mentalium: tunc ex illa autoritate colligitur commune dictum, quod uoces significant conceptus ad placitum ultimè, licet conceptus quibus subordinantur, significant naturaliter.

Sola species habet proprium, per Porphy. ] Intelligitur quod proprium magis attribuitur speciei quam alteri, quia proprium insuit ab essentia rei, id est, spiritu. Vel dicitur quod ipse caput speciem communiter pro quolibet subiecto communi.

Sophista plus appetit apparenter esse sapiens & non existenter quam existenter & non apparenter, s. Elenchorum. ] Intelligitur quod philosophus uult tantum, quod propriū sophisticæ est apparere, & non existere.

Solius Metaphysici est de quiditatibus omnium rerum considerare, s. Metaphys. ] Respondetur uerum est absolute & immediatè modo, quamuis naturalis philosophia considerat illos terminos Homo uel terra, formando illas conclusiones, Homo est corruptibilis, terra est sphaera: tamen non considerat illos terminos absolute & immediatè ut Metaphysicus, sed per respectum ad motum formando de ipsis conclusiones.

Si hoc uerbum Est, purum dixeris, ipsum quoque nihil est, s. ἡδὴ ἔγλυ ἐὰς. ] Intelligitur si hoc uerbum est purè dixeris, id est, solitarie, ipsum quoque nihil est, id est, nec significat uerè nec falsè. Alij autem habent aliam autoritatem sic, Nec hoc uerbum est purum dixeris: & tunc intelligitur sic, non ita quod si hoc uerbum purum dixeris, quod ipsum nihil sic significet, imò aliquid significat: quia significat quandam compositionem, quam sine extremis non est intelligere.

Singularia sunt sensui propinquiora, s. Posteriorum. ] Sed tamen dicitur ibidem, quod uniuersalia sunt notiora singularibus. Respondetur quod intelligitur de uniuersalibus in causando, & de singularibus uagis, item singulare uagum, est terminus significans rem alteri rei æqualiter, per oppositum est de simpliciter signato. Sed ad philosophum primo Phys. Dicitur quod intellectus prius cognoscit rem naturali ordine cognoscendi, sub conceptu magis uniuersali: sed ad secundam dicitur, quod intellectus cognoscit primo sub conceptu singulari magis uago, quia natura semper incipit à facilioribus, à quibus solius est uiuere inter pauciora indiuidua.

Simile non agit in simile, s. de Generatione. ] Intelligitur merè naturaliter & principaliter, cum hoc tamen stat quod unum simile agat in reliquum, ut patet de duabus negationibus mutuo se impediuntibus: ut, Non nullus homo currit.

Separatur autem hoc ab hoc, sicut perpetuum à corruptibile, s. de Anima. ] Intelligitur sic, Potentia

tia intellectiva separatur ab alijs potentijs tanquam perpetuum à corruptibili. Alij autem dicunt, quòd philosophus comparat ibi potentiam intellectuam in homine ad animam sensitiuam in animali bruto, & uegetatiuam in plantis: & sic est uerum, quod intellectus separatur à uegetatiuo & sensitiuo, quia perpetuum à corruptibili, non tamen est uerum prout ille potetia sunt in uno subiecto, scilicet in homine. Alter dicitur, quòd philosophus ibi uoluit animam intellectuam esse perpetuam: sed tamen hoc non est uerum mere naturaliter loquendo, quia ipsum formare perpetuum rationibus naturalibus non est ostensibile. Sed alij intelligunt sic, separatur autem hoc, id est, intellectus diuinus ab hoc, id est, intellectu humano tanquam perpetuum à corruptibili.

Sensus est quædam alteratio, 2. de Anima.] Respondetur quod sensus siue sensitio est quædam alteratio saluatiua. Sola Metaphysica est scientia communis, 1. Metaphysic.] Respondetur quod philosophus ibi considerat scientiam esse communem ratione principiorum uel obiectorum, & sic Metaphysica communis est, quia considerat primò cõmuniõra.

Sophisticus dialecticus & Metaphysicus uersantur circa idem: quia dicit commentator, Metaphysicus & dialecticus conueniunt in subiecto.] Respondetur quod uerum est, quia conueniunt in subiecto naturali, sed tamen differunt in subiecto formali. Vnde Metaphysica formaliter & de per se siue principaliter considerat ens, in quantum ens: sed sophisticus siue dialecticus considerat ens rationis per se & principaliter, & sic ex consequenti ens considerat, & sic conueniunt in subiecto naturali, & hoc modo est inconueniens, ut etiam patet de triuio.

Sicut res habet esse, ita etiam habet cognosci, 4. Metaphysic.] Intelligitur uno modo, sicut res habet esse per causam, sic etiam habet cognosci per causam. Secundo sic, sicut res habet esse à Deo, sic etiam habet cognosci à Deo. & hoc est uerum. Sed tamen illud non conuertitur sic, quòd res habeat tunc esse sicut cognoscitur modo uniuersaliter, non tamen habet esse uniuersaliter: quia omne quod est, ideo est, quia idem numero est, ut patet per Boetium.

Sola species diffinitur per Boetium in libro Diffinitionum.] Verum est, sola species diffinitur tanquam diffinibile propinquum diffinitione quiditatiua & essentiali, licet tamen genus & indiuiduum possunt diffiniri tanquam diffinita remota: & nulla æquiuoca sunt alicuius speciei, & ergo nullum diffinitur.

Solius substantiæ est diffinitio, 7. Meta. per Boetium.] Respondetur, solius substantiæ est diffinitio quiditatiua & essentialis, non tamen uoluit negare quin accidens possit diffiniri per additamentum suæ substantiæ.

Substantia prior est accidente tempore, natura & diffinitione, 7. Metaphysic.] Intelligitur sic quòd res melius ut prius cognoscitur per prædicata substantiæ & quiditatiua, & per conceptus quiditatiuos quam cognoscatur per prædicata accidentia siue denominatiua: quia illa res homo perfectus & melius cognoscitur per conceptum illius prædicati animal rationale, quam per prædicatum, scilicet album uel nigrum.

Sensus uisus præ omnibus sensibus diligitur in Procemij Metaphysic.] Intelligitur respectu scientiæ, & secundum representationes, quas sciunt sensus secundum se, tunc sensus uisus præ omnibus diligitur: quia plures differentias differentiarum nobis ostendit etiam, quia clarius & remotius plures res sunt sensibiles, cum minori difficultate nobis uisus representat.

Secundum sensum tactus nos discernimus sapientes ab insipientibus, 2. de Anima.] Et subditur ratio ibidem, quia molles quidem carnes aptæ mente dicimus, & sic philosophus non uult quod simus sapientes secundum tactum: sed uult quod secundum tactum dicimus dispositos & aptos ad scientiam, & hoc est uerum ex mollicie sanguinea, non autem stigmatica, quæ est in mulieribus.

Similia sunt quorum qualitas est una, 5. Metaphysic.] Et sic sequeretur quod terminus uocalis non significaret terminum scriptum, ex eo quòd non est sibi similis, quia eorum qualitas non est una. Respondetur quod intelligitur de qualitate reali siue similitudine reali, modo terminus uocalis & scriptus sunt similes in genere representationis, & pro tanto unus significat alium, & non in reali qualitate, & secundum sanctum Thomam Ly Vna debet tantum ualere sicut similes.

Scientia est de numero perpetuorum, 1. Poster.] Intelligitur de scientia strictissime capta, & de perpetuorum ueritate, non autem essentialiter.

Sacerdotes in Aegypto acquisitis uitæ necessarijs incæperunt philosophari.] Intelligitur sacerdotes in Aegypto acquisitis uitæ necessarijs, id est, in artibus liberalibus, quæ sunt necessariæ ad uitam sacerdotalem, incæperunt philosophari, id est, in philosophia studere.

Scientia diuiditur in utile & in inutile, 2. Metaphysic.] Respondetur quod philosophus per scientiam utilem intelligit scientiam practicam, per inutilem intelligit speculatiuam: & sic cõmuniter uidetur, quod scientia de Anima non sit utilis, quia est speculatiua. Respondetur quod utile capitur dupliciter. Vno modo improprie, scilicet pro practico, & inutile pro speculatiuo. Nã scientiæ speculatiuæ dicuntur inutiles quo ad operationes, quia nõ possunt à nobis operari, & ita accipit philosophus utile. Alio modo capitur proprie, & sic utile est illud quod est ordinabile, uel ordinatur in aliquo bono, & illo modo scientia de anima est utilis.

Species rerum se habent ad numerum, 8. Metaphysic.] Intelligitur rectè, sicut numerus denarius additur alteri numero, & tunc resultat una noua species numeri, & addendo decem ad decem, erunt uiginti, & addendo unum ad tria, erunt quatuor, & sic simili modo, quando uni speciei additur aliquid essentialis, quod non est de essentia temporis, resultat alia species.

Subtiliter mentitur, qui dicit quaternarium esse binarium, 4. Metaphysic.] Respondetur quod hoc est uerum, de numero quaternario entium separatorum, cum hoc tamen stat quod numerus quaternarius ad inuicem est binarius, & econuerso, ut patet in continuis practicis.

Subiecti non est demonstratio, 1. Poster.] Intelligitur quod nulla scientia habet demonstrare suum subiectum esse, sed illud præsupponitur: quia de primo Posteriorum in omni scientia, in qua est subiectum, debet præsupponi si est, & quid est, sed quid sit subiectum, potest inuestigare.

Sensus est singularium, intellectus uero uniuersalium, 3. de Anima.] Respondetur quod intellectus solum intelligit uniuersalia seu uniuersaliter, sic quod nulla alia potentia hoc facit: quia sensus est presentium, intellectus uero absentium, & non est sic uniuersalium, quod intellectus non intelligit singularia.

Substantia non est idem cum accidente, 1. Topi.] Intelligitur accidentaliter, quia accidens & suum subiectum faciunt unum numero de per accidens, ut patet septimo Metaphysic.

Sol est pater uirorum, 2. de Anima.] Intelligitur quantum ad illuminationem huius, Ratio est, quia sol generat hominem.

hominem, nam dicitur secundo Physicorum, Homo generat hominem & sol.

Sanatio est in prædicamento relationis, 6. Metaphysic.] Respondetur quod philosophus uult quod sanatio connotat quandam respectum, propter quem per accidens & reductiue est in prædicamento ad aliquid.

Si infinita puncta concurrerent, lineam non facerent, 1. Cœli.] Respondetur quod philosophus loquitur de punctis indiuisibilibus, sic quod tantum uult: si infinita puncta indiuisibilia concurrerent, lineam non facerent.

Separatio formæ à materia, est eius corruptio, 4. Physic.] Respondetur quod philosophus loquitur ibi de forma, quæ est educta de potentijs materiæ, ut forma bruta.

Solius incomplexi est definitio, 6. Topi.] Respondetur, uerum est de definito propinquo, non autem remoto.

T

TVnc unquamque arbitramur scire, cū causas eius cognoscimus, 1. Physic.] Intelligitur de cognitione propter quid, & de effectu naturali dicitur propter quid: propter cognitionem, quia est & dicitur de effectu naturali propter Deum.

Tres sunt species oppositionis, 1. 2. & 3. Physic.] Respondetur quod philosophus capit ibi oppositionem proprie, prout attribuitur propositionibus ratione ueritatis uel falsitatis.

Tantum unum opponitur, 1. 2. & 3. Physic.] Intelligitur in eadem specie oppositionis, quia in diuersis speciebus est inconueniens, quia uni plura opponuntur.

Tantum duo sunt elementa, 5. Metaphysic.] Intelligitur, Tantum duo sunt elementa uera & principia, scilicet materia & forma: & quatuor sunt elementa uocata, scilicet aer, ignis, aqua & terra.

Tale additum suo tali, facit ipsum magis tale, 1. Poster.] Intelligitur de qualitatibus positius & naturalibus sic, quod tale additum suo tali, hoc est, qualitas positia addita qualitati positius ad idem subiectum, illud erit magis tale. Et dicitur positius, quia in priuatiuis non est uerum, ex quo una negatio addita alteri, eius uirtutem non fortificat, sed magis interimit: etiam intelligitur de tali, quod est infinitum, quod notanter dicitur propter perfectionem Dei, quæ est infinita.

Triples est substantia, scilicet forma, materia, & totum compositum, 2. de Anima & 8. Metaphysic.] Et sic philosophus uidetur uelle, quod materia & forma distinguuntur contra totum compositum: & uidetur esse contra eum 1. Physic. ubi dicit quod totum est siue partes. Respondetur quod philosophus distinguit materiã & formã, & totum compositum diuisum sumpta, & nõ coniuncta. Sed illa autoritas philosophi 1. Physic. intelligitur quod totum nihil aliud est, nisi siue partes coniunctæ uel simul sumptæ.

Ternarius est prima multitudo, 1. Physic.] Et sic uidetur quod duo non sunt multa, Respondetur quod philosophus uult quod ternarius est prima multitudo, excedens alium numerum, & sic est uerum.

Talia sunt subiecta, qualia permittuntur ab eorum prædicatis, per regulam Topicalem.] Intelligitur ad hunc sensum, quando subiecta sunt æquiuoca & prædicata secunde intentionis, tunc subiecta sumuntur pro talibus significatis, pro quibus sua prædicata eque conueniunt: ut, Homo est species. Ly Homo est æquiuocum à consilio, & Ly species est terminus secunde intentionis, ergo Ly homo à parte subiecti accipitur pro talibus significatis, pro quibus prædicatum sibi conuenit. Sed quia illud prædicatum non conuenit sibi pro conceptu naturali, ergo etiam non accipitur pro eo.

Theorica finis est ueritas, practica uero opus, 1. Metaphysic.] Respondetur quod philosophus loquitur de operatione quæ sit ab extra, & licet logica & aliæ artes operantur speculatione, id tamen est ab intra.

Tunc unumquodque est perfectum, cum tangit propriam uirtutem, 7. Physic.] Respondetur quod philosophus uult, quòd unumquodque maxime est perfectum, dum tangit debitum gradum, & extremum perfectæ uirtutis sibi conuenientis.

Tempus non est motus, 4. Physic.] Respondetur quod philosophus uult, quòd illa non est prædicatio essentialis, Tempus est motus, sed bene accidentalis & conuertibilis, quia propria passio prædicatur de suo subiecto.

Tempus est ubique, 4. Physic.] Intelligitur commensuratiue, quia omnis successio mensuratur tempore.

Tempus non est numerus, quo numeramus, 4. Physic.] Verum est capiendum numerum pro numero numerante principali, & etiam instrumentali intrinseco, scilicet ratione anime discretiue, licet sit numerus extrinsecus, scilicet res cognita subiecta mensura, secundum quam anima uenit in cognitionem mensura minus nota.

Tempus est sensibile consequentiæ, eo quòd tempus est motus: sed motus est sensibile consequens, ergo tempus, 2. de Anima.] Nam duplex est esse temporis secundum commentatorem, scilicet formale & materiale. Formale est ratio discretiua anime, sed materiale est motus, modo auctor est uera, quo ad esse materiale.

Tactus est in carne, 2. de Anima.] Sed tamen dicitur 2. de Anima, quod organum tactus sit quidem neruus radicans in corde per plures ramunculos, diffusos per totum corpus, & medium eius est caro, ubi innuitur oppositum. Respondetur quod commentator glossans dictum per hoc, attestatur ibidem iuueniliter & pueriliter dixisse, & dicit quod corrigat se in 2. de Anima. Alij autem glossant, quod tactus sit in carne, uel in ore, non autem uult quod organum tactus. Vel etiam dicitur quod autoritas tenetur, & in tenore uerborum dicitur, quod tunc locutus est secundum uiam suorum magistrorum, sed corrigat se 2. de Anima.

Tantum quatuor sunt prædicata, 1. Topi.] Scilicet genus, definitio, proprium & accidens. Respondetur quod uerum est de prædicatis essentialibus siue dialecticis.

Totum compositum est primo, & de per se est generabile, 7. Meta.] Intelligitur compositum totum est generabile completiue & secundum totalitatem, non autem principaliter & per se, quia principaliter forma generatur.

Totum est suæ partis simul, 1. Physic.] Intelligitur sic, prout Ly Simul non dicit ibi separationem partium, uel nullius partis exclusionem: & sic ualet in tantum, Totum est suæ partis, & nulla exclusiua: uel intelligitur coniunctim, & non diuisim.

Terra est res quiescens, per commentatorem, qui dicit: Si omnes dii descenderent, nõ possunt mouere terrã.] Intelligitur secundum se totam, licet moueatur secundum partes, quia quotidie alteratur secundum eius partes.

Terra est in aqua tanquam in loco proprio & naturali, 4. Physic.] Respondetur quod philosophus habet ibi modum loquendi uulgarium, secundum quem modum id dicitur esse in alio, cuius maior pars secundum se & quamlibet sui ab alio circumdatur: & sic terra est in aqua secundum ueritatem, tamen non habet unum locum proprium, qui esset aqua tantum, uel mare tantum.

Totum sapit naturam suarum partium. communis propositio.] Verum est, quo ad significatum, non autem quo ad modum significandi.

Totum & perfectum sunt penitus idem. 2. Phyl. & 4. Metaphys.] Intelligitur quando totum capitur ea tegorematicè, & non quando capitur syncategorematicè.

Tolle logica, & ablata est omnis scientia, & si aliquid remanet, est tanquam fabula. per Iliodorū in lib. Etymologiarū.] Respondetur quod non est in se fabula, sed apparet habenti simile, & audienti tanquā fabula.

Termino singulari non conuenienter additur signum uniuersale. 5. Metaphys.] Intelligitur immediate. Sed tamen uidetur fore falsum, quia proprie dicimus, Omne ens quod est Socrates est risibile. Respondetur quod duplex est terminus singularium, uidelicet singularis, ut Socrates & Plato. Alius est circumlocutus, ut ens quod est Socrates mouetur. Dicitur quod signum uniuersale non potest proprie addi termino singulari in complexo, & hoc uult philosophus.

## V

Vniuersus rei tantum una est natura. per commentatorem. 1. Cæli.] Intelligitur quod natura productiua unius motus est, & non diuersorum secundum speciem distinctorum, licet unius rei sunt plures nature, quarum una est productiua motus & forma, & alia subiectiua ut materia.

Vna & multa opponuntur. 2. Metaphys.] Et sic sequeretur, quod termini de Predicamento quantitatis conueniantur. Respondetur quod hic æquiuocatur oppositio pro qualibet repugnantia.

Vniuersale est unum in multis, & unum de multis. 1. Poster.] Intelligitur sic, vniuersale est unum in multis, sicut inferius in suo superiori uel significatiue: sic est uerum, & est unum de multis, id est, predicatur de pluribus.

Vniuersale nihil est, aut posterius est suis singularibus. 2. de Anima.] Intelligitur uniuersale in essendo secundum imaginationem Platonis: nihil aut posterius est, aut est conceptus communis posterior rebus singularibus, à quibus causatur, & hoc est uerum, uel sic uniuersale, id est, conceptus uniuersalis nihil est, aut posterius est singularibus uagis: & quamuis illa expositio est uera, non tamen est de intentione Physici.

Vnius cause tantum unus est effectus. 1. Poste.] Intelligitur, vnius cause eode modo se habentis, respectu eiusdem causati, est unus effectus: quia cause diuersimode se habent, aliquando sunt plures effectus, scilicet unus mediatu alicuius immediatus.

Vniuersale est ubique. 1. Poster.] Intelligitur de uniuersali in causando, & tale est Deus gloriosus, similiter dicitur quod uniuersale est ubi quod, id est, est aliqua res à quo potest fieri conceptus uniuersalis, & hoc est uerum.

Vniuersalia sunt formæ repertæ in quidditatibus rerum, à quibus res sunt illud quod sunt, per Lintoniensem.] Intelligitur, uniuersalia sunt formæ, id est, modi intelligendi, uniuersaliter intellectæ, repertæ in quidditatibus rerum, & in conceptibus quidditates rerum notificantes, à quibus modi essendi & res sunt idem quod sunt.

Vniuersalia per se subsistunt. 2. Metaphys.] Intelligitur quod uniuersale ille terminus significat res per se subsistentes. Aliter dicitur, quod uniuersalia per se subsistunt, id est, ex terminis communibus possunt constitui propositiones uniuersales.

Verba quidem secundum se dicta nomina sunt. 1. 2. de Interpretatione.] Intelligitur sic, Verba materialiter capta, sunt nomina: & forte non intendit hoc philosophus, dicatur ergo aliter sic, id est, uerba sunt similia nominibus, quo ad esse uerum uel falsum: quia rectè, sicut nomina solitariè sumpta, nec significant uerum uel falsum, sic nec uerba solitariè sumpta.

Ubi quæritur est sensus, ibi est appetitus. 2. de Anima.] Intelligitur secundum Themist. de appetitu concupiscibili, qui est appetitus delectabilis & cōueniēs, & non intelligitur de appetitu irascibili & intellectu, quia sensum uisus plura animalia non habet.

Ubi quæritur naturalis dimittit, medicus incipit. in de Sensu & sensato.] Per quam authoritatem Hugo de sancto Victore uult probare, quod medicina non sit speculatiua. Sed tenendo communem uiam, scilicet quod sit scientia speculatiua, tunc potest dici quod authoritas intelligitur de medicina practica.

Vniuersale est causa suorum singularium. 1. Poster.] Respondetur, quod philosophus ibi loquitur secundum opinionem Platonis, qui dixit quod uniuersale est quidditas singularium.

Vniuersale est æternum & incorruptibile. 1. Poster.] Intelligitur, quod propositio uniuersalis posterioristica, est æternæ ueritatis: uel sic, quod ex terminis uniuersalibus potest constitui propositio æternæ ueritatis.

Ubi maximus intellectus, ibi minima fortuna, per Boet.] Et ratio autoritatis est, quia hominibus, intelligentibus & magis sapientibus, minus ueniunt effectus fortuiti, quam in insipientibus, eo quod sapientes semper agunt cū deliberatione.

Verum & falsum præsupponunt congruum. 1. Poster.] Respondetur, Verum & falsum præsupponunt congruum simpliciter uel figuratiue quo ad esse, sic quod non potest esse uerum uel falsum, nisi sit congruum, sed non supponunt congruum quo ad cognoscendum, quia aliquis cognoscit ueritatem propositionis, & nullam ibi congruitatem ponit.

Vniuersalia sunt notiora singularibus. 1. Phyl.] Respondetur quod philosophus loquitur ad hunc sensum, uidelicet quod uniuersalia, id est, magis confusa, doctrine sunt notiora singularibus, id est, minus confusa.

Visus & illuminatio fiunt in instanti, similiter & delectatio. 2. de Anima, & 10. Ethic.] In oppositū est philosophus in libro Meteororum. Patet hac ratione, quia quando debet fieri illuminatio mediæ de nouo, oportet quod hoc fiat per applicationem lucidi ad medium, & per generationem noui lucidi & per priuationem obstaculi, modo nullum prædictorum potest fieri in instanti. & ergo ad philosophum dicitur, quod lumen in quantum est de se, tunc sibi repugnat producere in instanti sensus nec uisus nec delectatio. Unde si per impossibile lucidū mediū applicaretur in instanti, utiq; lumen in instanti produceretur ab eo: sed quia lucidū non potest ibidem per potētiam naturalem applicari, ideo per potētiam naturalem illuminatio mediæ non potest fieri in instanti.

Ubi quæritur datur primum, ibi datur ultimum, per animi conceptionem.] Respondetur ubique datur ultimum in essentialiter subordinatis, ibi datur primum, sed non oportet in accidentaliter subordinatis: & per consequens non oportet quod ubi sit danda ultima pars, quod ubi data sit prima pars motus. Nam quicquid mouetur, mouebatur uel mouetur.

Vnum & idem ens est naturale & artificiale. 2. Phyl.] Intelligitur respectu diuersorum, & sic stat, quod anima sit actus corporis, & etiam naturalis corporis: ergo etiam illa consequentia non ualet, Et consimilis anima est actus corporis artificialis, & ergo non est in actus corporis naturalis.

Virtutes

Virtutes sunt fortiores in dextra parte, quam in sinistra parte. per philosophum in Problem.] Et super hoc problema fundatur ratio, quare anima incipit motum à parte dextera, & non sinistra, & etiam agit ex illa parte, dicendum est quod dictum intelligendum est de uirtutibus motiuis, non autem cognitiuis.

Virtus est habitus, quia habentem se perficit, & opus eius laudabile reddit. 2. Ethic.] Ibi dicitur quod uirtus non reddit opus bonum principaliter, sed dispositiue: quia disponit uoluntatem semper ad bonū & delectabile reijcere, nihilominus uoluntas ex sua potentia etiam potest elicere bonum, sed non potest tam providere sicut uirtus, & ita delectabiliter.

Virtus consistit in diuisibili. 2. Top.] Respondetur quod philosophus loquitur de uirtute perfecta.

Virtus habet generationē instantaneā. 7. Phyl.] Respondetur quod loquitur ibi de uirtute morali perfecta, si saltē sit aliqua talis: & uult q. illa quo ad uocē intensionis & remissionis consistit in diuisibili, sic quod non potest remitti uel intendi.

Virtuosus & felix non operantur odibilia & mala. 1. Ethic.] Respondetur quod philosophus non uult quod uirtuosus nullo modo possit operari mala & odibilia: sed uult quod raro ut de facili de tanto hoc faciat, de quanto rarius & minus facili de tanto in uirtute & magis formatus & perfectus.

Vnus est tantum princeps. 12. Metaph.] Ibi dicitur quod non ualet pluralitas principum, & subdit philosophus: Sit ergo unus princeps sit naturaliter, id est, unus est motor uel una causa prima. Sed secundum fidem sic intelligitur, Vnus est tantū princeps, id est, unus est Deus singularis in essentia, & trinus in personis, à quo cunctis dominatum est esse, & uiuere his quidē clā eius, his obsecutus, ut patuit in principio huius, ubi dicitur: Ab hoc quidem ente dependet cælum & tota natura ab hoc ente, id est, à Deo qui Deus est, & presentialiter eius nunc est, & in æuum, sit benedictus in secula seculorum, Amen.

SENTENTIARVM ARISTOTELIS, FINIS.

# VENERABILIS BEDÆ

presbyteri, Anglosaxonis, ex selectissimis M. T. Ciceronis sententiis, Liber.

## P R A E F A T I O.



V N C quoniam auctoritatum Aristotelis longitudo & magnitudo creuit, commodius est in secundo presentis opusculi tractatu de cæteris beatæ uitæ prouerbijs deinceps exponere, ne qua possit animum defatigatio retardare. Non est enim temerè factum, eos addere flores, quibus imago uirtutis ante oculos locatur, quæ sole stemmatis addunt æternitatem, ut ille dicit: Sola nobilitas atq; unica uirtus est, profecto uehemens & constans animi militia uirtus, quæ festidioso aditu excitata, inuida ingenia ad se penetrare patitur: quo euenit ut & humili loco nati, ad summam dignitatem consurgant, & generosissimi homines in aliquod reuoluti dedecus acceptam à maioribus lucem, in tenebras conuertant. itaq; maturabitur, & quod negotio diminutum fuerit, ex æquabitur industria, ut pro uestro in nos officio, & pro nostro uitæ studio munus hoc accumulatiuè uestræ largiatur uoluntati.

Itaq; inter Aristotelis Ciceronisq; libros, quos de Republica utrunq; constituisse constat, hoc interesse prima fronte perspicitur, quod ille Rempublicam ordinauit, hic retulit: alter qualis esse deberet, alter qualis esset à maioribus instituta, differuit. Aristotelis autem libros superiori libro excerptos dedimus, nunc Ciceronis dare presentis est intentio, quem præterire turpe & extremū dedecus esset. Nam studij humanitatis maximus fuit cultor, qui ingenio ab adolescentia eruditus, & in dicendo plurimum exercitatus, facile & sine labore cogitationes suas mandare literis poterat. Hac igitur felicitate ingenij, hoc naturæ munere, hac deniq; sapientia & eruditione fretus, à pueritia ad exitum uitæ multa præscripsit: inter quæ quædam studiorum & doctrinæ sunt opera, quæ adolescentiam agunt, senectutem oblectant: secundas res ornant, aduersis profugium ac solatium præbent: delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum; reddunt nos simillimos dijs immortalibus, & ob excellentem illarum artem & uenustatem uidemur omnino non mori posse debere. itaq; primo de omni officio humano ex Officiorum libris Marci Tullij Ciceronis deleguntur auctoritates.

Ex libro

Bedæ presbyteri  
Ex libro primo Officiorum M. T.  
Ciceronis.



**N**ULLA enim uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, uacare officio potest, in eoq; excolendo sita est uitæ honestas omnis, & negligendo turpitudine.

Omnis enim quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de quo disputatur.

Cum enim utilitas ad se rapere honestas e contra à se reuocare uideatur, sit ut distrahatur in deliberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitandi.

Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, uitam corpusq; suum tueatur, declinetq; ea quæ nocitura uideantur: omniaq; quæ sint ad uiuendū necessaria inquirat & pareat, ut pastum & latibula, & alia eiusmodi generis.

Commune autem omnium animantium est coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura quardam eorum quæ procreata sunt. Sed inter hominem & beluam hoc maxime interest, quod hæc tantum sensu mouetur, ad id solum quod adest, quodq; præsens est se accommodat, paululum ad modum sentiens præteritum aut futurum. Homo autem qui rationis est participes, per quam consequentia cernit, causas rerum uidet, earumq; progressus & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusq; præsentibus adiungit atq; annexit futuras: facile totius uitæ cursum uidet, ad eamq; degendam præparat res necessarias.

His enim rebus quæ tractantur in uita, modum quendam & ordinem adhibentes, honestatem & decus conseruabimus.

Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulcrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi & malum & turpe dicimus.

Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur, id iure laudabitur. Virtutis enim laus omnis in actione consistit, à qua tamen sit intermissio. Sæpe multiq; dantur ad studium reditus.

Omnis enim cogitatio motusq; animi aut in consilijs capiendis de rebus honestis, & pertinentibus ad bene beateq; uiuendum, aut in studijs scientiæ cognitionis uersabitur.

Iustitia est, in qua uirtutis est splendor maximus, ex qua uiri boni nominantur: & huic coniuncta beneficentia, quàm eadem uel benignitatem uel liberalitatem appellari licet. Et iustitiæ primum munus est, ut ne cui quis noceat nisi laesisset iniuria: deinde ut communibus pro communibus utatur, priuatis ut suis.

Præclare scriptum est à Platone, Non nobis solum nati sumus, ortusq; nostri partem patriæ uedicat, partemq; amici.

Atq; ut placet Stoicis, ea quæ in terris gignuntur, ad hominum usum omnia creari, homines autem hominum causa esse procreatos, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possint. In hoc naturam debemus ducem sequi communes utilitates afferre in medium, commutatione officiorum dando, accipiendo: cum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem: fundamentum autem omnis iustitiæ est fides, id est, dictorum conuentorumq; constantia & ueritas.

In iustitiæ duo sunt genera: unum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab ijs quibus inferuntur, si possunt, non propulsant iniuriam. Nam qui iniuste impetum in quempiam facit aut ira aut per turbatione aliqua incitatus, is quasi manus uidetur inferre socio: qui autem non defendit, nec obstitit si potest iniuriæ, tam est in uicio quàm si aut parentes, aut amicos, aut patriam deserat.

Expetuntur autem diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. Delectant etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cum elegantia & copia: quibus rebus effectū est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est, sed fugienda semper iniuria est.

Maxime autem adducuntur pleriq; ut eos iustitiæ capiat obliuio cum in imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem inciderint. Quod enim est apud Ennium, Nulla sancta societas nec fides regni est: id latius patet. Nam quicquid eiusmodi est, in quo non possunt plures præcellere, in eo sit plerumq; tanta contentio, ut difficillimum sit seruare sanctam societatem.

In omni iustitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumq; breuis est & ad tempus, an consulto & cogitata fiat iniuria. leuiores enim sunt ea quæ repentina & mortu aliquo accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. hoc ipsum iam iustum est quod recte sit, si est uoluntarium.

Est enim difficilis cura rerum alienarum.

Acquitas enim per se lucet.

Nec

Nec promissa seruanda sunt ea quæ sunt ijs quibus promissa sunt inutilia. Nec se plus tibi ea noceant, quàm illi pro sint cui promiseris. contra officium enim est, maius damnum anteponi minori.

In Reipub. maxime conseruanda sunt iura belli. Nam cum sunt duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per uim, cumq; illud sit proprium hominis, hoc beluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace uiuatur: parta autem uictoria conseruandi sunt hi, qui non crudeliter in bello, neq; immanes fuerunt.

Mea quidem sententia paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper consulendum putauit. Et cum ijs quos ui deiceris, consulendum est, tum hi qui armis positis ad imperatoris fidem confugerint, quamuis murum aries per cufferit recipiendi.

Etiã si quid lingulis temporibus sacramento adacti hosti promiserint, in eo ipso fides seruanda est. Meminerimus autem etiam aduersus infimos iustitiam esse seruandam. est autem infima conditio & fortuna seruorum. Cum autem duobus modis, id est aut ui aut fraude fiat iniuria: fraus quasi uulpecula, uis leonis uidetur, utrunq; ab homine alienissimum.

Totius autem iniustitiæ nulla capitalior, quàm eorum qui tum cum maxime fallunt, id agunt ut uiri boni esse uideantur.

Beneficentia ac liberalitate nihil est natura hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum, ne oblit benignitas & ijs ipsis, quibus benigne uidebitur fieri & cæteris. deinde ne maior sit benignitas quàm facultates: tum ut pro dignitate cuiq; tribuatur, id est enim iustitiæ fundamentum, ad quam referenda sunt omnia. Nam & qui gratificantur cuiquam, quod oblit illi cui prodesse uelle uideantur, non benefici neque liberales, sed perniciosi & assentatores iudicandi sunt. Et qui alijs nocent ut in alios sint liberales, in eadem sunt iniustitia, ut si in suam rem alienam conuertant. Sunt autem multi quidem cupidi splendoris & gloriæ qui eripiunt alijs, quod alijs largiantur. hicq; se arbitrantur beneficos in suos amicos uisum iri, si locupletent eos quacumq; ratione. Id autem tantum abest ab officio, ut magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur ut ea liberalitate utamur, quæ pro sit amicis, nemini noceat. Qui benigniores esse uolunt quàm res patitur, primum in eo peccat, quod iniuriosi sunt in proximis, quas enim copias his suppeditari æquius est & relinquere, eas transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumq; rapiendi & auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppeditent copias. Videre enim licet plerosque non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos, multa facere ut benefici uideantur, quæ proficisci ab ostentatione magis quàm à uoluntate uidentur.

Talis autem simulatio uanitati est coniunctior, quàm aut liberalitati aut honestati. Mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferetur, ut animus erga nos, & communitas ac societas uitæ, & ad nostras utilitates beneficia collata.

Nemo omnino est negligendus, in quo aliqua significatio uirtutis apparet. Primum illud est in officio, ut & plurimum de amemus, à quo plurimum diligimur. Sed beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus.

Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus qui iam profuerunt.

Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio, uel modo in omnes, uel repentino quodam quasi uento impetu animi incitati: quæ beneficia ita æquè magna non sunt habenda, atq; ea quæ iudicio considerato constantiq; delata sunt. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia si cætera paria sunt, hoc maxime officij est, ut quisquis maxime opis indigeat, ita est potissimum opitulari, quod contra fit à pleriq; à quo enim plurimum sperant, etiam si illi his non eget, tamen ei potissimum inseruiunt. Optime autem societas hominum coniunctioq; seruabitur, si ut quisq; erit coniunctissimus, ita in eam benignitatis plurimum conferetur.

In Græcorum pro uerbo est, Amicorum esse communia omnia. Sanguinis aut coniunctio & beneuolentia deuincit homines charitate. magnum est enim eadem habere maiorum monumenta, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia.

Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cum uiri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Nihil enim amabilius nec copulatius, quàm morum similitudo honorum. In his in quibus eadem studia sunt, eadem uoluntates, in his fit ut æquè quisq; altero delectetur ac seipso. efficiturq; id quod Pythagoras uult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.

Est ea iocundissima amicitia, quàm similitudo morum coniugauit. Sunt officia, quæ alijs magis quàm alijs debentur, ut uicinum citius adiuueris in fructibus percipiendis, quàm aut fratrem aut familiarem: at si his in iudicio sit, propinquum potius & amicum quàm uicinum defenderis.

Nemo qui fortitudinis gloriam consecutus est, insidijs aut malitia laudem adeptus est, itaque uiros fortes, magnanimos, eosdem bonos & simplices ueritatis amicos, minimeq; fallaces esse uolumus.

Societas quæ est remota à iustitia, calliditas potius quàm sapientia est appellanda. Difficile est cum

cum præstare omnibus concupiueris seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria.

Nullum enim tempus est quod iustitia uacare debeat: fortes igitur & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.

Etenim qui ex errore imperitiæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non est habendus.

Vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Pecuniæ est fugienda cupiditas: nihil enim est tam angusti animi, tamque parui, quam amare diuitias. Nihil honestius magnificentiusque quam pecuniam contemnere, si non habeas: si uero habeas, ad munificentiam libertatemque conferre.

Cauenda est etiam gloriæ cupiditas. eripit enim libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet esse contentio. Nec uero imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam.

In omnibus negotiis prius quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

Parua enim sunt foris arma, nisi sit consilium domi.

Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quaesita uideatur: fortis uero animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultu animo uti ac consilio, nec à ratione discedere.

Temerè autem in acie uersari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & beluarum simile est. Sed cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, & mors seruituti turpi tudinisque anteponenda.

Fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius.

In tranquillo tempestate aduersam optare, dementis est: subuenire autem tempestati quous animo, quauis ratione, sapientis est.

Omnino qui reipub. præsumunt, duo Platonis præcepta teneant: unum, ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Alterum, ut totum corpus reipub. curent, ne dum partem aliquam tueantur, reliquas deferant. Ut enim tutela, sic procuratio reipub. ad eorum utilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est. Qui autem partem ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam. Ex quo euenit ut alij populares, alij studiosi optimi cuiusque uideantur, pauci uniuersorum.

Miserissima omnino est ambitio, honorumque contentio. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate atque clementia. Omnis autem animaduersio & castigatio contumelia uacare debet: neque ad eius qui punit aliquem, aut uerbis castigat, sed ad reipublicæ utilitatem referri debet.

Cauendum est etiam ne maior poena quam culpa sit, & ne ipsidem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem, prohibenda autem maxime est ira in puniendo. Nunquam tantum iratus qui accedet ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum.

Optandum est ut hi qui præsumunt reipublicæ, legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Atque etiam in rebus prosperis, & ad uotum nostrum fluentibus, superbiam magnopere & fastidium arrogantiamque fugiamus.

Nam ut aduersas res, sic secundas immoderate ferre leuitatis est. præclaraque est æquabilitas in omni uita, & idem semper uultus eademque frons. Recte præcipere uidentur, qui monent ut quanto superiores sumus, tanto submissius nos geramus.

In secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum, ipsique maior etiam quam ante est tribuenda autoritas: his temporibus cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, neque adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus, ut iure laudemur, ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irritentur, & in maximis uersantur erroribus.

Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

Omnis autem actio uacare debet temeritate & negligentia, nec uero agere aliquid cuius non possis causam probabilem reddere. Efficiendum est enim, ut appetitus obediant rationi, eamque neque præcurrat propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deferant: sintque tranquilli, atque omni perturbatione animi careant, ex quo eluceat omnis constantia, omnisque moderatio.

Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt, excitandaque animaduersio & diligentia, ut ne quid temerè ac fortuito inconsiderate negligenterque agamus. Neque enim à natura ita generati sumus, ut ad ludum & iocum facti esse uideamur: sed ad seueritatem potius, & ad quadam studia grauiora atque maiora. Ludo autem & ioco uti illo quidem licet, sed sicut somno & quietibus ceteris, tum cum grauius feris que rebus satisfecerimus, ipsumque genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum esse debet. Ut enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena: sic in ipso ioco aliquid probi ingenij lumen eluceat.

Ludendi etiam est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elati que uoluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur.

Hominis

Hominis mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquiri aut agi, uidenturque & audierunt oblectatione ducitur.

Si quis est paulo ad uirtutem erectior, quam uis uoluptate capiatur, occultat & dissimulat appetitum uoluptatis propter uerecundiam. Ex quo intelligitur corporis uoluptatem non satis esse dignam hominis præstantia, eamque contemni & reijci oportere: si sit quispiam qui aliquid tribuat uoluptati, diligenter & tenendum esse eius fruendæ modum. Itaque uictus cultusque corporis ad ualitudinem referantur, & ad uires non ad uoluptatem. Atque etiam si considerare uolumus quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, facile intelligimus quam sit turpe dissuere luxuria, & delicatè ac molliter uiuere, quamque honestum parcè, continenter, seuerè, sobriè.

Ut enim in corporibus magna dissimilitudines sunt, alios enim uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere: itaque in formis alijs dignitatè inesse: alijs uenustatem, sic in annis existunt etiam maiores uarietates.

Neque enim attinet naturæ repugnare, neque quicquam sequi quod assequi non queas.

Ideoque, ut aiunt, nihil decet inuita minerua, id est, aduersante & repugnante natura.

Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimum elaborabimus. Si aliquando necessitas nos ad ea detruferit, quæ nostri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decore, attamen minime indecore facere possimus. Nec tamen est enitendum, ut bona quæ nobis data non sint sequamur, quam ut uicia fugiamus.

Nam regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes & ea quæ sunt his contraria, in casu sita, temporibus reguntur & gubernantur. Ipsi autem quam personam gerere uelimus, à nostra uoluntate proficiscitur. Itaque se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant, ipsarumque uirtutum in alia alius mauult excellere. Quorum uero patres aut maiores aliqua gloria præstituerunt, hi student plerumque eodem in genere laudis excellere.

In primis autem constituendum est, qui nos & quales esse uelimus, & in quo genere uitæ, quæ deliberatio est omnium difficillima. Ineunte enim adolescentia, cum inest maxima imbecillitas consilij, tum id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maxime adamauit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque uiuendi, quam potuit quod optimum esset iudicare. Plerumque parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem moremque deducimur. Alij multitudinis iudicio feruntur, quæque maiori parti pulcherrima uidentur ea maxime exoptant.

Multo enim firmitior est & constantior natura quam fortuna.

Amicitia quæ minus delectant, & minus probatur, magis decere censent sapientes sensum diluere, quam repente præcidere. Commutato autem genere uitæ omni ratione curandum est, ut id bono consilio fecisse uideamur.

Est igitur adolefcētis maiores natu reuereri, ex hisque deligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur.

Maxime autem hæc ætas à libidinibus est arcenda, exercendaque in labore patientiaque & animi & corporis, ut eorum in bellicis & ciuilibus officijs uigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos, & dare se iocunditati uolent, caueant intemperantiam, meminerint uerecundiæ: quod facilius erit, si in eiusmodi quidem rebus maiores natu uelint interesse.

Sensibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur. danda uero est opera, ut & amicos & iuuentutè, & maxime reipub. consilio & prudentia quam plurimum adiuuent. Nihil autem cauendum magis est senectuti, quam ne languori se delidique dant. Luxuria uero cum omni ætate sit turpissima, tum senectuti est foedissima. Si autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, quod & ipsa senectus dedecus concipit, & adolefcēntium facit impudentiorem intemperantiam.

Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, leges seruare, iura distribuere, eaque fidei suæ commissa meminisse.

Nihil autem est quod tam deceat, quam in omni re gerenda, capiendoque consilio seruare constantiam.

Duo maxime sunt fugienda, ne quid effœminatam aut molle, & ne quid durum aut rusticum fiat.

Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero uenustas sit, in altero dignitas: uenustatem muliebrem dicere solemus, dignitatem uirilem. ergo & à forma remoueatur omnis, uiro non dignus ornatus, & huic simile uicium in gestu motuque caueatur. formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est, & color exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea munditia non odiosa neque exquisita nimis, tantumque effugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda uestitus, in quo licet in plerisque rebus mediocritas optima est. Cauendum est autem ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uideamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutatur, ora torquentur, ex quibus magna significatio fit non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus à natura recedant, quod assequimur si cauebimus ne in perturbationes atque exanimationes incidamus, & si attenos animos

Bedæ tom.

z

ad

ad decoris conseruationem tenebimus. Curandum est ut cogitatione ad res optimas utamur, appetitum rationi obedientem præbeamus.

In omni uita rectissimè præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios rationi non obtemperantes.

Maximè curandū est, ut eos quibus cū sermonem conferimus, & uereri & diligere uideamur.

Ira procul ablit, cum qua nihil recte fieri, nihil consideratè potest. Magna autem parte clemēti castigatione licet uti, grauitate tum adiūcta, ut seueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Quæ cū aliqua perturbatione fiūt, ea nec cōstātè fieri possunt neq; ab his qui assunt approbari.

De formæ etiam de ipso prædicare falsa præfertim, & cum irratione audientium imitari militem gloriosum.

Ornanda est enim dignitas domo, at non ex domo tora quærenda: nec domo dominus, sed domo domus est honestanda.

Mediocritas ad omnem usum cultumq; uita transferenda est. In omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda, primum, ut appetitus rationi pareant, quo nihil est ad officia conseruanda accommodatius. Deinde ut animaduertatur quanta illa res sit, quam efficere uelimus, ne ue maior minor ue cura & opera suscipiatur, quam causa postulat. Tertium ut caueamus, ut ea quæ pertinet ad liberalem speciem & dignitatem moderata sint, horum trium tamen præstantissimū est, appetitus obtemperare rationi.

Turpe enim ualdeq; uiciosum est in re seuera, conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem.

Decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Fit etiam nefcio quomodo, ut magis in alijs cernamus quàm in nobis ipsis si quid delinquitur. Sine uerecundia nihil rectum esse potest nihil honestum.

Omnium rerum ex quibus aliquid requiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.

Studijs officijsq; scientiæ præponenda sunt officia iustitiæ, quæ pertinent ad hominum utilitatem, qua nihil homini debet esse antiquius.

Magnitudo animi remota iustitia humanaq; comitate & coniunctione feritas quædam fit, & immanitas. Omne officium quod ad coniunctionem hominum & societatem tuendam uales, anteponendum est illi officio, quod coniunctione & scientia continetur.

Cogitationem prudentiamq; sequitur considerata actio. Ita fit ut agere consideratè pluris sit, quàm cogitare prudenter.

Prima officia dijs immortalibus, secūda patriæ, tertia parentibus. Deinde gradatim reliquis debeantur. Et hæc ex primo libro officiorum M. T. C. Sequitur nunc ex secundo.

## Ex libro secundo Officiorum M. T. Ciceronis.



**Q**UID enim est per Deos optabilius sapientia, quid præstantius, quid melius, quid homine dignius, hanc igitur qui expetunt philosophi nominantur, nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari uelis, præter studium sapientiæ.

Qui parum perspicunt, hi sæpè uersutos homines & callidos admirantes, malitiam sapientiæ iudicant, quorum error eripiendus est, opinioq; omnis ad eam speciem traducenda, ut honestis consilijs iustisq; factis, non fraude & malitia se intelligant, eaq; uelint consequi posse.

Deos placatos pietas efficiet & sanctitas.

Proprium hoc statuo esse uirtutis, conciliare animos hominum, & ad suos usus adiungere.

Secundæ res, honores, imperia, uictoria: quanquam fortuna sint, tamen sine hominum operibus & studijs neutram in partem effici possunt.

Malè enim se res habet, cum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia.

Atq; etiam subijciunt se homines imperio alterius & potestati de causis pluribus, ducuntur enim aut beneuolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis præstantia, aut spe sibi uel futuro, aut metu ne ui parere cogantur, aut spe largitionis promissionisq; capti, aut postremo mercedè conducti. Omnium autem rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quàm diligi, nec alienius quàm timeri.

Malus enim cultus diurnitatis metus, contraq; beniuolentia fidelis uel ad perpetuitatem.

Quod igitur latissimè patet, neq; ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes, & potentiam ualet plurimum, id amplectamur, ut metus ablit, charitas retineatur: ira facillime quæ uolumus & priuatim in rebus & in repub. consequimur. Etenim qui se metui uolunt à quibus metuitur, eodem metuant ipsi necesse est.

Nec uerò ulla uis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna.

Certum

Certum igitur hoc sit, idq; & primum & maximè necessarium familiaritates habere fidas animantium nos amicorum & mirantium nostra.

Vehementer autem multitudinis amor commoetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fideiq; omniumq; earum uirtutum quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem.

Fides autem ut adhibeatur, duabus rebus effici potest, si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. Nam & his fidem habemus, quos plus intelligere quàm nos arbitramur, quosq; & futura prospicere credimus. & cum res agat, in discrimenq; uentum sit, experire rem, & consilium ex tempore capere posse. Hanc enim utilem homines existimant, ueramq; prudentiam: iustis autem & fidis hominibus, id est, bonis uiris ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis iniuriæq; suspicio. itaq; his salutem nostram, his fortunam, his liberos rectissimè committi arbitramur. harum igitur duarum iustitia plus pollet ad fidem faciendam: quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine iustitia nihil ualet ad fidem faciendam. Quo enim quis uersutos & callidior, hoc inuulior & suspectior probabitur detracta opinione probitatis.

Popularibus enim uerbis est agendum & uisitaris, cum loquimur de opinione populari.

Non enim omnes eos contemnunt, de quibus malè existimant. Contemnuntur autem hi qui nec sibi nec alteri, ut dicitur, profunt, in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratio autem afficiuntur hi qui anteire cæteros uirtute putantur, & cum omni carere decore, tum uerò his uitijs quibus alijs non possunt facile obfistere.

Nemo iustus esse potest qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea quæ sunt his contraria, æquitati antepont.

Maximè admiramur eum qui pecunia non mouetur, quod in quo uiro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitramur. Omnis ratio atq; institutio uitæ hominum adiumenta desiderat, in primisq; ut habeat quibus cum familiares possit conferre sermones, quod est difficile, nisi spectem per te boni uiri feras.

Iustitia tanta uis est, ut ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula iustitiæ uiuere. Nam qui eorum cuiuspiam qui unà latrocinantur, furatur aliquid, aut eripit, is sibi ne in latrocinio quidem relinquat locum. Cum igitur tanta uis iustitiæ sit, ut ea etiam latro num opes firmet atq; augeat, quantum eius uim inter leges & iudicia & instituta fore putamus?

Omnis igitur ratio colenda & retinenda iustitia est, tum ipsa per se, nam aliter iustitia non esset, tamen propter amplificationem honoris & gloriæ.

Preclare Socrates hanc uiam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset. Quod si qui simulatione & inani ostentatione, & ficto non modo sermone, sed etiam uultu, stabilem se posse gloriam consequi, uehementer errant. Vera enim gloria radices agit atque etiam propagatur, ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.

Nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Qui igitur adipisci ueram gloriam uolet, iustitiæ fungatur officijs.

Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis, aut à patre acceptam aut aliquo casu aut fortuna, in hunc oculi omnium conspiciuntur, atq; in eum quid agat, aut quemadmodum uiuat inquiritur, tanquam in clarissima luce uersetur, nullum eius dictum aut factum potest obscurum esse. Quorum autem ætas prima propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignorantia uersatur, hi simul ac iuuenes esse ceperint, magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere: quod eo firmiore animo facient, quia non modo non inuidetur illi ætati, uerum etiam fauetur. Vt reliquis in rebus multo maiora sunt opera animi quàm corporis, sic et res quas ingenio ac ratione prosequimur, gratiores sunt quam illæ quas uiribus.

Facillimè autem & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros, sapientes uiros, bene consulentes reipub. contulerunt, quibus cum si frequentes fuerint, opinionem asserunt populo, eorum fore se similes quos sibi ipsi delegerint ad imitandum.

Difficile dictum est quantum opere conciliet animos comitas affabilitasq; sermonis.

Magna est admiratio copiose sapienterq; dicentis, quem qui audiunt, intelligere etiam & sapere plus quàm cæteros arbitrantur. Si uero inest in oratione mixta modestiæ grauitas, nihil ad mirabilius fieri potest, eoq; magis si ea sunt in adolescente.

Hoc præceptum officij diligenter tenendum est, ne unquam innocentem iudicio capitis arcesas, id enim sine scelere nullo modo fieri potest. Nam quid est tam inhumanum quàm eloquentiam à salute hominum & conseruationem datam ad honorem pestem perniciosam conuertere. Ne tamen ut hoc fugiendum, ita est habendum religioni nocentem, quandoq; & ne pharium impiūq; defendere. Vult hoc multitudo, patitur conuetudo, fert etiam humanitas.

Iudicis est semper in causis uerum sequi, patroni uerò nonnunquam uerisimile, etiam si minus sit uerum defendere. Maximè autem & gloria paratur & gratia defensionibus, eoq; maior, si quædo accidit ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri uergetiq; uideatur.

Preclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione beneuolentiam Macedonum cōficeretur: Quod te malum, inquit, rationis in istam spem induxit, ut eos

tibi fideles fore putares, quos pecunia corrupisset? An tu id agis Macedones non teregem suū, sed ministrum & prabitorum existimant? Quid sordidius regi, melius etiam, quam largitionem corruptelam esse dixit. fit enim deterior qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior.

Nonnunquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum. & sapē idoneis hominibus de re familiari impendendum est, sed diligenter atque moderate. Multi enim & patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Quid autem est stultius, quam quodlibet facias, curare ut id diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur largitionem rapinæ. cum enim dando egere coeperint, alienis bonis manus inferre coguntur. Ita cum beneuolentiæ comparandæ causa beneficij esse uelint, non tanta assequuntur studia eorum quibus dederunt, quanta odia eorum quibus ademerunt. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reteranda, ut omnibus pateat. Modus adhibeatur, isque ad facultates referatur. Omnino meminisse debemus id quod à nostris hominibus sæpissime usurpatum est, iamque in prouerbij consuetudinem uenit, largitionem fundum non habere. uitanda tamen suspicio auaritiæ est. Causa igitur largitionis est, si aut necesse est aut utile, in his autem ipsis mediocritatis regula optima est: propensior autem benignitas esse debet in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate.

Conueniet autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum: in omnique contrahenda, emendo, uendendo, conducendo, locando, uicinitatibus & confinijis æquum & facilem, multa multis de suo iure concedentem: à litibus uero quantum liceat, & nescio an & paulo plus quam liceat abhorrentem. Est enim non modo liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem ratio est rei familiaris: quæ quod dilabi sinere flagitiosum est: sed ita, ut illiberalitatis auaritiæque ablit suspicio.

Rectè à Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem uidetur, ualde decorum patere domus hominum illustrium illustribus hospitibus. Est autem etiam uehementer utile ijs, qui honestè multum posse uolunt, per hospites apud extraneos populos ualere opibus & gratia.

Nam in iure cauere, consilio iuuare, atque hoc scientiæ genere prodesse multis, uehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam. Itaque cum multa præclara maiorum, tum eisdem optime constituta iuris ciuilibus summo semper in honore cognitio fuit atque interpretatio.

Cum autem omnes non possint, ne multi quidem aut iuris periti esse aut disertissimi, licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem, commendare iudicibus aut magistratibus, uigilantem pro re alterius, aut eos ipsos qui consulunt aut defendunt rogando, quod qui faciunt, plurimum gratiæ consequuntur. Iatissimeque eorum manat industria. Iam illud non sunt admonendi. est enim in promptu, ut animaduertant cum iuuare alios uelint, ne quos offendant. Sapē enim aut eos laudant quos non debent, aut eos quos non expetit, si scientes, temeritatis: si imprudentes, negligentia est. Utendum est etiam excusatione aduersus eos quos inuitus offendas, quacunque possis. quare id quod feceris necesse fuerit, nec aliter facere potueris. Melius apud bonos quam apud fortunatos beneficium collocari puto. danda tamen omnino opera est, ut omni genere satisfacere possimus. Sed si res in contentionem ueniet, nimirum Themistocles est autor adhibendus, qui cum consulere tur, utrum bono uiro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret: Ego uero, inquit, malo uirum qui pecunia egeat, quam pecunia quæ uiro. Sed corrupti mores deprauati sunt admiratione diuitiarum, quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum pertinet, illum fortasse adiuuat qui habet, nec id quidem semper.

Extremum autem præceptum in beneficijs operaque danda est, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro iniuria. Fundamentum enim perpetuæ conseruationis & fame, est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile.

In primis uidendum erit ei qui rempub. administrabit, ut suum quisque teneat, neque de bonis prauatorum publicè diminutio fiat.

Hanc enim ob causam maximè, ut sua tuerentur, respublica ciuitatesque constitutæ sunt. Nam & duce natura homines congregabantur. tamen spe custodiæ suarum urbium præstida quærebant.

Danda erit opera, ut omnes intelligant, si salui esse uelint, necessitati parendū. Atque etiam omnes qui rempublicam gubernabunt, consulere debent ut earum rerum copia sit, quæ sunt necessaria.

Caput autem est in omni procuratione negocij & muneris publici, ut auaritiæ pellatur etiam minima suspicio. Nullum igitur uiciū tetrius est, ut eo unde egressa est, reuertatur oratio, quam auaritia, præsertim in principibus rempub. gubernantibus, habere enim quasi uiu rempub. non modo turpe est, sed sceleratum & nepharium.

Nulla autem re conciliare facilius beneuolentiæ multitudinis possunt hi qui rempub. præfunt, quam abstinentia & continentia.

Nam cui res erepta est, est inimicus: cui data est, etiam si dissimulat se accipere uoluisse, & maxime in pecunijs creditis, occultat suum gaudium, ne uideatur non fuisse soluendo. At uero ille qui accipit iniuriam, & meminit & præ se fert suum dolorem.

Ea est

Ea est summa ratio & sapientia boni ciuis, comoda ciuium non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere.

Qui Rempub. tuebuntur, in primis operam dabunt ut iuris & iudiciorum æquitate suum quisque teneat, & neque tenuiores propter humilitatem circumueniantur, neque locupletibus ad sua uel tenenda uel recuperanda oblit inuidia. Res autem familiaris quæri debet ijs rebus à quibus abest turpitudine, conseruari autem diligentia & parsimonia, eisdem etiam rebus augeri. Hæc ex secundo Officiorum.

## Ex libro tertio Officiorum M. T. Ciceronis.



**V**BITANDVM non est, quin nunquam possit utilitas cum honestate contendere.

Detrahere autem alteri sui commodi causa, & ex hominis incommodo suum commodum augere, est magis contra naturam quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera cuncta quæ possunt aut corpori accidere aut rebus externis. Nam ut sibi quisque malit quod ad usum uitæ pertineat, quam alteri acquirere, concessum est non repugnante natura. Illud quidem natura non patitur, ut aliorum spolijs nostras facultates, copias opesque augeamus. Neque hoc uero solum natura, id est, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus respub. continetur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa alteri nocere. Hoc enim spectant leges, hoc uoluit incolumen esse ciuium coniunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, uinculis, damno coercent. atque hoc efficit multo magis ipsa naturæ ratio, quæ est lex diuina & humana: cui parere qui uelit (omnes autem parebunt qui secundum naturam uolunt uiuere) nunquam committet ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. Etenim multo magis est secundum naturam excellentia animi & magnitudo, itemque communitas, iustitia, liberalitas quam uoluptas, quam auaritia, quam diuitia. Quæ quidem contemnere & pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi est & excelsi. Itemque magis est secundum naturam pro omnibus gentibus (si fieri possit) conseruandis aut iuuandis maximos labores molestiasque suscipere, imitantes Herculem illum, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit, quam uiuere in solitudine non modo sine ullis molestijs, sed etiam in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copijs, ut etiam excellas pulchritudine & uiribus. Quocirca optimo quisque splendidissimoque ingenio longè illa uita huic anteponitur. Ex quo efficitur, hominem naturæ obediens homini nocere non posse.

Qui autem rationem suorum ciuium dicunt habendam, externorum negant, hi dirimunt communitatem humani generis societatem: qua sublata beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia, funditus tollitur. quæ qui tollunt, etiam aduersus deos immortales impij iudicandi sunt.

Iustitia enim una uirtus omnium est, domina & regina uirtutum.

Suum cuique incommodum ferendum est potius quam de alterius commodis detrahendum.

Nihil uero utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile: & ubi turpitudine, ibi utilitas esse non potest. ad honestatem enim nati sumus.

Satis enim nobis (si modo in philosophia aliquid proficimus) persuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinentè esse faciendum.

Honestæ enim bonis uiris occulta quærentur.

Nec nostræ nobis utilitates obmittendæ sunt, alijsque tradendæ cum ijs ipsi egeamus: sed suæ cuique utilitati quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est.

Scitè enim Chrysiptus, qui stadium (inquit) currit, eniti & contendere debet quam maximè possit, ut uincat: supplantare eum qui cum certet, aut manu pellere nullo modo debet. Sic in uita sibi quemque petere quod pertineat ad usum, non iniustum est: sed alteri diripere, ius non est.

Neque contra tempus, neque contra iusurandum ac fidem, amici sui causa uir bonus faciet. Nam si omnia faciendæ sint quæ amici uelint, non amicitia tales, sed coniurationes putandæ sunt. Nam cum id quod utile uidetur in amicitia, cum eo quod honestum est comparatur, iaceat utilitatis species, ualeat honestas. Cum autem in amicitia, quæ honesta non sunt postulant, religio & fides anteponatur iustitiæ.

Nihil quod crudele, utile, est enim hominum naturæ, quæ sequi debemus, maximè in uita crudelitas.

Male etiam quæ peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant. Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum esse non licere: usu uero urbium prohibere peregrinos, sanè inhumanum est.

Ex omni uita simulatio dissimulatioque tollenda est: tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium.

Ennius ait, nequicquam sapientem sapere, qui sibi prodesse non querit. Est autem sapientis nihil contra mores, leges, instituta facere, habere rationem rei familiaris. neque enim solum nobis



diuites esse uolumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximèq; reipub. Singulorum enim facultates & copia, diuitiæ sunt ciuitatis.

Nec ulla pernicietas uitæ maior inueniri potest, quàm in malicia simulatio intelligentiæ. Mihi quidem etiam ueræ hereditates non honestè uidentur, si sunt maliciosi officiorum blanditijs non ueritate, sed simulatione quæritæ. atque in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum uideri falso solet.

Homo iustus, quem sentimus bonum uirum, nihil cuiquam quod in se transeat, detrahet. hoc qui admiratur, is se quid sit uir bonus, nescire fateatur. At uerò si quis uoluerit animi sui complacitam notionem euoluere, iam seipsum doceat eum bonum uirum esse, qui pro fit quibus possit, & noceat nemini nisi lacessitus iniuria. itaq; talis uir non modo facere, sed nec cogitare quidem quicquam audebit, quod non ualeat prædicare. Nec uero turpe est philosopho, dubitare quæ nec rustici quidem dubitant. Cedit igitur in uirum bonum, mentiri emolumentum sui causa, criminari, eripere, fallere, nihil profectò minus. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut uiri boni & splendorem & nomen amittas. Quid est quod afferre utilitas ista possit, si boni uiri nomen arripuerit, & fidem iustitiæq; detraxerit. Quid enim interest, utrum ex homine conuertat se quis in beluam, an hominis figura immanitatem gerat beluæ. Qui si omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequuntur, nonne immanitatem beluæ gerunt? Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, si lebit ne filius? Imò uerò obsecrabit patrem filius, ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem salutis patris anteponet.

Pacta & promissa semper seruanda sunt, quæ nec ui nec dolo malo (ut prætores dicere solent) facta sunt.

Necq; semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis sana mente apud te deposuerit, & repetat insanus, reddere peccatum, officium non reddere. Quod si quis qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, pactum ne reddes depositum? non credo. facies enim contra rem pub. quæ debet esse charissima. Sic multa quæ honesta uidentur natura, temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita commutata utilitate fiunt non honesta.

Peruertunt homines ea quæ sunt fundamenta naturæ, cum utilitatem ab honestate seungunt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamq; rapimur: nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est qui utilia fugiat, aut quis potius est qui ea non studiosissimè prosequatur? sed quia non possumus nisi laude, decore, honestate utilia reperire, propterea illa & prima & summa habemus. Utilitatis uerò nomen non tam splendidum quàm necessarium putamus, unde omnium regula una est. quam tibi cupio esse notissimam: Aut illud quod utile esse uideatur, ne turpe sit aut si turpe, ne uideatur esse utile.

Est enim iurandum, affirmatio religiosa: quod autem affirmando quasi Deo teste promiseris, id seruandum est. Non enim falsum iurare, periurare est: sed quod animi tui sententiam iuraueris, sicut uerbis concipitur in ore nostro, id non facere, periurium est. nam nullum uinculum adstringendam fidem iure iurando nostri maiores esse arctius uoluerint. Est autem ius etiam bellicum fidelisq; iuramentum sæpè cum hoste seruanda.

Non debet ratum esse, quod actum est per uim, quasi uerò forti uiro uis non possit adhiberi. Et hæc ex libris Officiorum M. T. C. Sequitur nunc de amicitia eiusdem.

## Ex M. T. Ciceronis libro de Amicitia.



**X**ISTIMARE debes hominum oculos in te esse coniectos, unum te sapientem & appellant & existimant, non solum natura & moribus, sed etiam studio & doctrina: nec sicut uulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem. hanc esse sapientiam in te existimant, quod omnia tua in te posita esse ducas, humanosq; casus uirtute inferiores putes.

Tu autem quod mihi tantum attribui dicis, quātū ego nec agnosco nec postulo, facis amicè.

Nulla casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officij.

Suis incommodis grauiter angere, non amicū, sed seipsum amantis est.

Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, libertate in sorores, bonitate in suos, iustitia in omnes: hæc omnia nota sunt nobis.

Quam autem hic ciuitati charus fuit, moerore funeris iudicatum est. Quid ergo paucorum anorum accessio hunc iuuare potuisset. Quam obrem uita quidem talis fuit uel fortuna uel gloria, ut nihil ultra posset accedere, moriendi autem sensum celeritas abstulit.

Ego uerò uos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Nil est tam naturæ aptum, tamq; conueniens ad res uel secundas uel aduersas: sed hoc in primis censeo, nisi inter bonos amicitiam esse non posse.

No9

Nos autē ea quæ sunt in usu uitæq; cōmuni, non ea quæ finguntur aut optantur spectare debemus.

Agamus igitur pingui (ut aiunt) minerua, qui ita se gerunt, ita uiuunt, ut eorum probetur fides, integritas, equabilitas, liberalitas: nec sit in eis ulla cupiditas, libido, auaritia, sitq; magna constantia: hos uiros bonos ut habiti sunt, sic etiam appellandos putemus, qui assequantur quantū homines possunt naturam optimam bene uiuendi ducere.

Sic enim perspicere uideor mihi, ita natos esse nos, ut inter omnes societates quedam sit maior, aut ut quisq; proxime accedit, itaq; ciues potiores quàm peregrini, propinqui quàm alieni. cum his enim natura ipsa peperit amicitiam, sed ea nihil non habet firmitatis. Namq; hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. sublata enim beneuolentia, amicitia nomen tollitur, propinquitatis manet.

Quanta autem uis amicitia sit, ex hoc intelligi potest maxime, quod ex infinita societate humani generis, quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, in angustumq; deducta, ut omnis charitas aut inter duos aut paucos coniungeretur.

Est enim amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate consensio. Qua, quod haud scio an excepta sapientia quicquam melius sit hominibus à dijs immortalibus datum, diuitias alij præponunt, bonam alij ualitudinem, alij potentiam, alij honores, alij quidem uoluptates corporis. Beluarum hoc quidem extremum est, illa autem superiora & caduca & incerta, sunt posita non tam in nostris consilijs quàm in fortunæ temeritate. Qui autem in uirtute summum bonum ponunt, illi quidem præclare agunt: sed hæc ipsa uirtus amicitiam & gignit & continet, quia nec sine uirtute amicitia ullo pacto esse potest. Tales igitur inter uiros amicitia tantas oportunitates habet, quantas uix quoque dicere. Principio qui potest esse uita uitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat? Quid dulcius quàm habere qui cum omnia audeas sic loqui ut tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis æquè ac tu ipse gauderet? Aduersas uerò res ferre, difficile esset sine illo qui grauius etiam quàm tu ferret. Deniq; cetera res quæ expetuntur, opportunè sunt singule rebus serè singulis. Diuitia ut utare, opes ut colare, honores ut laudare, uoluptate ut gaudere, ualetudo ut dolore careas, & muneribus fungare corporis. Amicitia res plurimas continet, quocunq; te uerteris præsto est, nullo modo, nullo loco excluditur: nunquam intempestiua, nunquam molesta est, itaq; non aqua, non igne (ut aiunt) locis pluribus magis utimur quàm amicitia. Neq; ego de uulgari aut de mediocri, quæ tamen & ipsa delectat & prodest: sed de uera & perfecta loquor, qualis eorum qui pauci nominantur, fuit. Nam & secundas res splendidiore facit amicitia, & aduersas patiens communicansq; leuiore. Cumq; plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tamen illa nimirum præstat omnibus, quod bonam spem præluceat in posterum, nec debilitari animos aut cadere patitur: uerum etiam amicū qui intuetur, tanq; exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles ualent: & quod difficile est dictu, mortui uiuunt. Tantos eos honores memoria desiderium prosequitur amicorum, ex quo illorum beata mors uidetur, horum uita laudabilis. Quod si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit, nec agricultura permanebit. Id si minus intelligitur, quanta uis amicitia concordiaq; sit, ex dissensionibus atq; discordijs percipi potest. Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ non odijs & dissidijs funditus possit eueri: ex quo quantum boni sit in amicitia, iudicari potest.

Amor enim ex quo amicitia nominata est, princeps est, ad beneuolentiam coniungendam. Nam utilitates quidem etiam ab his percipiuntur sæpè, qui simulatione amicitia coluntur, & obseruantur temporis causa.

In amicitia autem nihil fictum est, nihil simulatum, & quicquid est id, uerum est & uoluntarium. Quapropter à natura mihi uidetur potius quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestijs quibusdam animaduerti potest, quæ ex se natos ita amant ad tempus, ab eisq; amantur, ut facile earum sensus appareat, quod in homine est multo euidentius. Primum ex ea charitate, quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest: deinde consimilis sensus extitit amoris, si aliquem nati sumus, cuius & moribus & natura coniugamus, ita quod in eo quasi lumen aliquid probitatis & uirtutis perspicerem uideamur.

Nihil enim est uirtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter uirtutem & probitatem etiam eos quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Quod si tanta uis probitatis est, ut eam uel eos quos nunquam uidimus (uel quod magis est etiam) in hoste diligamus, quid mirum est, animi hominū moueantur cum eorū quibuscumq; usu cōiun-  
cti esse possunt, uirtutem & probitatem conspicerem uideatur. quancq; confirmatur amor & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. quibus rebus ad illum primum motū animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo, quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut res sit per quam assequatur quod quisq; desideret, humilem sanè relinquunt & minime generosum (ut ita dicam) ortum amicitia, quam ex inopia atque indigentia notam uolunt.

Ut enim

Nihil enim est uirtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter uirtutem & probitatem etiam eos quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Quod si tanta uis probitatis est, ut eam uel eos quos nunquam uidimus (uel quod magis est etiam) in hoste diligamus, quid mirum est, animi hominū moueantur cum eorū quibuscumq; usu cōiun-

cti esse possunt, uirtutem & probitatem conspicerem uideatur. quancq; confirmatur amor & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. quibus rebus ad illum primum motū animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo, quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut res sit per quam assequatur quod quisq; desideret, humilem sanè relinquunt & minime generosum (ut ita dicam) ortum amicitia, quam ex inopia atque indigentia notam uolunt.

Ut enim

Nihil enim est uirtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter uirtutem & probitatem etiam eos quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Quod si tanta uis probitatis est, ut eam uel eos quos nunquam uidimus (uel quod magis est etiam) in hoste diligamus, quid mirum est, animi hominū moueantur cum eorū quibuscumq; usu cōiun-

cti esse possunt, uirtutem & probitatem conspicerem uideatur. quancq; confirmatur amor & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. quibus rebus ad illum primum motū animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo, quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut res sit per quam assequatur quod quisq; desideret, humilem sanè relinquunt & minime generosum (ut ita dicam) ortum amicitia, quam ex inopia atque indigentia notam uolunt.

Ut enim

Nihil enim est uirtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter uirtutem & probitatem etiam eos quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Quod si tanta uis probitatis est, ut eam uel eos quos nunquam uidimus (uel quod magis est etiam) in hoste diligamus, quid mirum est, animi hominū moueantur cum eorū quibuscumq; usu cōiun-

cti esse possunt, uirtutem & probitatem conspicerem uideatur. quancq; confirmatur amor & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. quibus rebus ad illum primum motū animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo, quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut res sit per quam assequatur quod quisq; desideret, humilem sanè relinquunt & minime generosum (ut ita dicam) ortum amicitia, quam ex inopia atque indigentia notam uolunt.

z 4

Ut enim

Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium fœneramur) scilicet natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod eius omnis fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. Nam si utilitas amicitiam conglutinaret, eadem commutata dissolueret: sed quia natura mutari non potest, idcirco ueræ amicitia sempiternæ sunt. Scipio nihil difficilius esse dicebat quam amicitiam, usque ad extremum uitæ diem permanere. mutari etiam mores hominum sepe dicebat: aliàs ex diuersis rebus, aliàs ætate ingravescente, atque earum rerum exemplum ex similitudine ineuntis ætatis capiebat, quod summi puerorum amores sepe unâ cum prætexta uel toga deponerentur. Sin autem longius in adolescentiam produxissent, dirimi tum interdum contentione uel luxurie, uel conditionis uel commodi alicuius, quod idem adipisci uterque non possit. Quod si qui longius in amicitia prouecti essent, tamen sepe labefactari, si in honoris contentione incidissent. pestem enim nullâ maiorem esse in amicitijs, quam in plerisque pecuniæ cupiditatem in optimis quibusque honoris certamen & gloria, ex quo in inicitias maximas sepe inter amicissimos extitisse: magna etiam dissidia plerumque iuxta nasci dicebat, cum aliquid ab amicis quod rectum non esset, postularetur, ut aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam, quod qui recusarent quamuis honestè id facerent, ius tamen amicitia deferere arguerentur ab his quibus obsequi nollent. Illos autem qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri omnia se amici causa esse facturos eorum querela inueterata, non modo familiaritates extinguere solere, sed etiam odia gigni sempiterna, item dicebat Scipio.

Nulla enim excusatio peccati si amici causa peccaueris, nam cum conciliatrix amicitia uirtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam permanere, si à uirtute deflexeris. Quod si rectum statueris uel concedere amicis quicquid uelint, uel impetrare ab his quicquid uelimus, perfecta quidem sapientia sumus si nihil habeat res uicij. Hæc igitur in amicitia lex sancitur, ut neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. Turpis enim excusatio est & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra rempub. se amici causa fecisse fateatur.

Mihi non minor cura est qualis res publica post mortem meam futura sit, quam qualis sit hodie. Hæc igitur prima lex in amicitia sancitur, ut ab amicis honesta petamus, & amicorum causa honesta faciamus: nec expectemus quidem dum rogemur, studiū semper adsit, cunctatio absit: consilium uerum dare gaudeamus libere. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium ualet autoritas, eaque adhibeatur ad monendum non modo apertè, sed etiam acriter si res postulat, & adhibita pareatur.

Solem enim è mundo tollere uidentur, qui amicitiam de uita tollunt, qua nihil à dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius.

Uideas rebus iniustus iustos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos, ergo hoc proprium est animi bene constituti, & letari bonis rebus, & dolere contrarijs. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor, qui profecto cadit nisi ex eius animo extirpetur, humanitatem arbitramur, qui causa est cur amicitiam funditus tollamus è uita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias.

Quid enim tam absurdum est quam delectari multis rebus inanibus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut uestitu cultuque corporis, animo autem uirtute prædito, atque eo uel qui amare, uel ut ita dicam, remunerari possit non admodum delectari. Nihil est enim remuneratione beneuolentia, nihil uicissitudine studiorum officiorumque iucundius, quod si etiam illud addimus, quod recte addi potest, nihil esse quod ad rem se ulla tam allicit & tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo. Conceditur profecto uerum esse, ut bonos boni diligant, accersentque sibi quasi propinquitatem coniunctos atque natura.

Nam quis est pro deorum atque hominum fidem, qui uelit ut neque diligat quequam, neque ipse diligatur ab ullo, circumfluere omnibus copijs, atque in omni rerum abundantia pauperrimè uiuere. Nec enim in tyrannorum uita, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis potest beneuolentia esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita sunt, nullus amicitia locus. Quis enim aut eum diligat quem metuat, aut eum à quo se metui putat. Coluntur tamen simulatione duntaxat ad tempus: quod si forte (ut fit plerumque) ceciderint, tum intelligunt quam fuerint inopes amicorum.

Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque cæcos efficit, quos complexa est. Itaque illi efferuntur ferè fastidio & contumacia, nec quicquam insipiente fortunato intolerabilis fieri potest. Quid autem stultius quam cum plurimis copijs, facultatibus, opibus possint cetera parare, quæ parantur pecunia, equos, famulos, uestem egregiam, uasa preciosa: amicos uero parare optimam & pulcherrimam uitam (ut ita dicam) supellestem. Etenim cetera cum parant cui parantur nesciunt, nec cuius causa laborant. Eius enim est istorum quodque qui uincit uiribus. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & firma possessio, ut etiam illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen uita inculta & deserta ab amicis non possit esse iucunda.

Quam multa enim quæ nostris causa nunquam faceremus, amicorum causa facimus: precari pro amico indigno, supplicare, tum in aliquem acerbis inuehi, insectarique uehementius, quæ in nostris rebus non satis honestæ, in amicorum sunt honestissimæ. Multaque sunt res in quibus de suis commodis uiri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur, ut his amici potius quam ipsi fruantur.

fruantur. Beneuolentiam ciuium blanditijs & assentando colligere turpe est, uirtus quam sequatur charitas minimè repudianda est.

Sunt igitur firmi & stabiles & constantes eligendi, quos amicitiam idoneos iudicamus, cuius generis est magna penuria, & iudicare difficile est sanè, nisi prius sit expertum. Experiendum est autem in ipsa amicitia, ita præcurrat amicitia iudicium, tollitque experiendi potestatem.

Vbi eos inuenimus qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitia non anteponant: ut cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera uis amicitia non multi illa malint. Imbecilla est enim natura ad continendum potentiam. Vbi enim istum inuenies qui honorem amici anteponat suo? Itaque uerè amicitia difficillimè reperiuntur in his qui in honoribus reipub. uersantur. Qui omni in re grauem, constantem, stabilem se in amicitia præstitit erit, hunc maxime ex raro hominum genere debemus iudicare, & penè diuino. Firmamentum autem stabilitatis constantiaque eius quam in amicitia querimus, fides est. Nihil enim stabile, quod infidum est. Simplicitatem præterea & communem & consentientem, qui rebus eisdem moueatur, elegi par est: quæ omnia pertinent ad fidelitatem. Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium & tortosum.

Neque uero qui non eisdem rebus mouetur, naturæ consentit aut stabilis aut fidus esse potest. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblati, quæ omnia pertinent ad eam quam dudum tracto constantiam: ita sit uerum illum quod dicitur, amicitiam nisi inter bonos esse non posse. Est enim boni uiri, quem eandem sapientem licet dicere, hæc duo tenere in amicitia, primum ne quid fictum sit, ne uel simulatum. Apertè enim amare uel odisse magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam. Deinde non solum illatas ab aliquo criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico fuisse uiolatum. Accedat huc firmitas quædam sermonum oportet, atque morum haud quoque mediocre condimentum amicitia. Tristitia quidem & in omni re seueritas absit: habent illa quidem grauitatem, sed amicitia remissior esse debet & liberior & diuicior, & ad omnem communitatem facilitatemque proclinator. Non enim debent esse amicitiarum sicut aliarum rerum societates. Veterima quæque, ut uina quæ uetustatem ferunt, esse debent suauissima. Verum illud est quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitia munus expleatur. Nouitates autem si speciem offerant, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt ille quidem repudiandæ, uetustas tamen suo loco seruanda est.

Maxima enim uis est consuetudinis, atque in ipso equo si nulla res impediatur, nemo est qui non eo quo consueuit libentius utatur quam intacto & nouo. Nec uero in hoc quod est animal, sed in his etiam quæ sunt in animata, consuetudo ualet cum locis ipsis delectemur motuosis & syluestribus, in quibus diutius commorati sumus. Sed maximum est in amicitia superiorè esse inferiori.

Fructus enim ingenij & uirtutis, omnisque præstantia tum maximus capitur, cum in proximum quemque confertur. Vt igitur qui sunt in amicitia conjunctionisque necessitudine superiores, ex æquitate se cum inferioribus debent: sic inferiores non dolere se à suis amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium, quæ in eandem nisse debet is potius in quem collata sunt, non commemorare qui contulit.

Dispares mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo separat amicitias: nec ob aliã causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxime potest esse morum studiorumque distantia.

In omni re considerandum est, & quod postules ab amico, & quod patiare à te impetrari.

Nihil est enim turpius quam cum eo bellè gerere quo cum familiariter uixeris. Quamobrem primum danda est opera, ne qua amicorum dissidia fiant, tumque etiam cauendum est, ne in graues inimicitias amicitia se conuertant ex quibus iurgia, maledicta contumeliaque gignantur: quæ tamè si tollerabiles fuerint, ferendæ erunt, & is honos ueteri amicitia tribuendus est, ut is in culpa sit qui faciat, non is qui patiatur iniuriam. Omnino omnium uiciorum horum atque incommodorum una cautio est atque una prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiant, ne uel non dignos, digni autem amicitia sunt, quibus in ipsis inest causa cur diligantur. Charum genus equidem omnia præclara rara, nec quicquam difficilius quam reperire quod sit ex omni parte in suo genere perfectum. Sed plerique neque in rebus humanis quicquam bonum norunt, nisi quod fructuosum est, & amicos tanquam pecudes eos potissimum diligunt, à quibus sperant se maximos fructus esse capturos. Itaque pulcherrima illa & naturalis maxime carent amicitia per se & propter se expetenda, nec ipsi sibi exemplo sunt. Verus igitur amicus nunquam reperitur. Est enim is quidam tanquam alter idem, qui & se ipse diligit, & alterum acquirit, cuius animum ita cum suo miscet, ut efficiat penè unum ex duobus. Sed plerique peruersæ, ne dicam imprudenter, talem amicum uolunt, quales ipsi esse non possunt, quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab ipsis desiderant. Par est autem, primum ipsum esse uirum bonum, tum alterum similem sui querere. In talibus enim stabilitas amicitia confirmari potest, cum homines beneuolentia cõiuncti primum cupiditatibus his quibus ceteri seruiunt, imperabunt: deinde æquitate iustitiaque gaudebunt, omniaque alter pro altero suscipiet, nec quicquam unquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit, neque solum colent inter se ac diligunt, sed etiam uerebuntur. Nam maximum ornamentum amicitia tollit, qui ex ea tollit uerecundiam: itaque perniciosa error est in his, qui existimant libidinum peccata

peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum amicitia adiutrix à natura data est, non uiciorum comes, ut quoniam solitaria non possit uirtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniuncta & consociata cum altera perueniret.

Cum iudicaueris, diligere oportet, non cum dilexeris, iudicare.

Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus cultusque delectat: honores uero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnant, ut nihil minus, nihilque esse leuius existiment. Itemque cætera quæ quibusdam admirabilia uidentur, permulti sunt qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. & hi qui ad rempub. se contulerunt. & hi qui in rerum cognitione doctrinæque delectantur, & hi qui suum negocium gerunt ocio si: postremo hi qui se totos uoluptatibus tradiderunt, sine amicitia uitam esse nullam sentiunt, si modo aliqua uelint ex parte liberaliter uiuere. Serpit enim nescio per omnium uitas amicitia, nec ulla ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui, quinetiam si asperitate ea est aliis, & inhumanitate nature, ut congressus hominum fugiat atque oderit, tum is pati non possit, quin noscet aliquem, apud quem spiritum suæ acerbicatis euomeret.

Natura nihil solitarium amat.

Est enim uariis & multiplex usus amicitia, multaque causæ suspicionum offensionumque dantur, quas tum euitare, tum eleuare eum uelle ferre, sapientis est. Vna illa subleuanda est offensio, ut & utilitas in amicitia & fides retineatur.

Nam & monendi amici sæpe sunt & obiurgandi: & hæc accipienda sunt amice, cum beneuole fuerint.

Sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria meus familiaris dixit: Obsequium amicos, ueritas odium parit. Molesta est enim ueritas, siquidem ex ea nascatur odium, quod est uenenum amicitia: sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem animum ferri sinit: maxima autem culpa in eo qui & ueritatem aspernat, & in fraudem obsequio impellitur. Omni igitur hæc in re habenda est ratio & diligentia, primum ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

In obsequio autem communitas adit, assentatio uiciorum adiutrix procul amoueat: quæ non modo amico, sed ne libero quidem digna est. Aliter enim cum tyranno, aliter cum amico uitur. Cuius autem aures ueritati clausæ sunt, ut ab amico uerum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum enim est illud prouerbium Catonis: multo melius acerbos inimicos de quibusdam mereri, quam eos amicos qui dulces uideantur. Illos uerum sæpe dicere, hos nunquam: atque illud absurdum est, quod dum mouentur, eam molestiam capiant, qua debent uacare. peccasse enim se non anguntur, obiurgari molestè ferunt, quod contra oporteret: ut igitur & mone re & moneri proprium est ueræ amicitia, & quidem alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere non repugnanter. sic habendum est nullam in amicitia pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditiam & assentationem.

Cum autem omnium rerum simulatio uiciosa est (tollit enim iudicium uerè, idque adulterari) tum amicitia repugnat maxime. delet enim ueritatem, sine qua nomen amicitia manere non potest. Nam cum amicitia uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus, quomodo id fieri poterit, si non in uno quoque unus animus erit, idque semper: sed uariis, commutabilis & multiplex. Quid enim potest esse tam flexibile, tamque deuium, quam animus eius qui ad alterius non modo sensum atque uoluntatem, sed etiam uultum atque nutum conuertitur. Negat quis, nego: ait, & aio: postremo imperari egomet mihi, omnia assentari, ut Terentius ait.

Secerni autem blandus amicus à uero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata & simulata à sinceris atque ueris.

Assentatio quamquam perniciofa sit, nocere tamen nemini potest nisi ei qui eam recipit, atque in illa delectatur. Virtute enim ipsa non tam multi præditi esse quam uideri uolunt, hos delectat assentationis uictus: ad eorum uoluntatem sermo cum adhibetur, orationem illam uanam testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur hæc amicitia, cum alter uerum audire non uult, alter ad mentium paratus est. Nec paralitorem nobis assentatio in comœdijs faceta commendaretur, nisi essent milites gloriosi. Semper enim auget assentator id, quod is ad cuius uoluntatem dicitur, uult esse magnum. Quamobrem quamquam ista blanda uanitas apud eos ualeat, qui ipsi illam allecant & inuitant: tamen etiam grauiores constantioresque admonendi sunt, ut animaduertant ne callida assentatione capiantur. Apertè enim adulantem nemo non uidet, nisi qui admodum est excors. Callidus ille & occultus adulator, ne se insinuet, studiosè cauendū est: nec enim facillitè agnoscitur, quippe qui etià assentando sæpe aduersetur, & litigare se simulans blanditur, atque ad extremum det manus, uincique se patiat, ut is qui illusus sit, plus uicisse uideatur. quid autem turpius quam illud, quod ne accidat, magis cauendum est.

Virtus & conciliat amicitias, & conferuat. In ea est enim rerum & morum convenientia, in ea est stabilitas, in ea constantia, quæ cum se extulit & ostendit suum lumen, & idem aspexit & agnouit in alio, ad id se admouet, uicissimque accipit illud quod in altero est, ex quo exardescit siue amor siue amicitia. utrunque enim ab amando dictum est. Amare enim nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem amas nulla utilitate qualita: hac nos adolescentes beneuolentia senes dileximus, hæc etiam magis elucet inter æquales. Sed quoniam res humanæ fragiles caducæque sunt, semper

Omnia breuia tolerabilia esse debent, etiam si magna sint. Vos autem horror, ut ita uirtutem loceris, sine qua amicitia esse non potest: ut ea excepta, nihil amicitia præstabilis putetis. Et hæc sufficiant de Amicitia, sequitur de Senectute.

### Ex M. T. Ciceronis libro de Senectute.



NON QUAM satis dignè laudari philosophia poterit, cui qui pareat, omne tempus ætatis suæ sine molestia possit degere. Quibus enim nihil est in ipsis opus ad bene beatèque uiuendum, his omnis ætas grauis est.

Qui aut omnia bona à seipso petunt, his nihil potest malū uideri, quod naturæ necessitas afferat. quo in genere in primis est senectus, quam ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam, tanta est inconstantia, stulticia atque peruersitas. Obrepere quidem eam aiunt, & citius quam putauissent.

Pares cum paribus ueteri pro uerbio, facillimè congregantur.

Moderati enim & non difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem.

Importunitas autem & inhumanitas omni ætati molesta est.

Propter opes & copiam & dignitatem tolerabiliorem senectutem uideri, aiunt nonnulli. Neque enim in summa inopia leuis esse senectus potest, nec sapienti quidem, nec insipienti senectus in summa quoque copia non grauis. Apertissima omnino non sunt arma senectutis, artes scilicet exercitationesque uirtutum, quæ in omni ætate cultæ, cum diu multumque uixeris, mirificos afferunt fructus: non solum quia nunquam deserunt, ne in extremo quidem ætatis tempore (quanquam id quidem maximum est) uerum etiam quia conscientia bene actæ uitæ, multorumque beneficiorum recordatio iucundissima est.

Non omnes possunt esse Scipiones aut Maximi, ut urbium expugnatores ut pedestres nauales ue pugnas, ut bella à se gesta, ut triumphos recordentur. Est etiam quietè & purè atque elegantè actæ ætatis, placida ac leuis senectus, qualem accepimus Platonis, qui uno & octuagesimo anno scribens, mortuus est, qualem Isocrates, qui eum librum qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur. uixitque quinquennium postea, cuius magister Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos, neque unquam in studio suo atque opere cessauit. Qui cum ex eo quaereretur, cur tam diu uelit esse in uita, nihil habeo, inquit, quod accusam senectutem, præclarum responsum, & docto homine dignum. Sua enim uicia insipientes, & suam culpam quam in senectute conferunt. Ennius iam annos LX. natus, ita ferebat duo quæ putantur maxima onera, paupertatem & senectutem, ut eis penè delectari uideretur.

Etenim cum complector animo, quatuor causas reperio, cur senectus misera uideatur. Vnā, quod auocet à rebus gerendis: alteram, quod corpus faciat infirmius: tertiam, quod priuè ferè omnibus uoluptatibus: quartam, quod haud procul ablit à morte. A rebus gerendis senectus abstrahita quibus: an his quæ geruntur in iuuentute & uiribus? Nullæ ne igitur res sunt seniles, quæ uel infirmis corporibus, animo tamen administrantur? Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda cessare senectutem negant, similes sunt, ut si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, cum alij malos scandunt, alij per fores cursent, alij sentinam exhauriant: ille autè manu clauum tenens, sedeat quietus in puppi. Non facit ea quæ iuuenes, at uero multa maiora & meliora facit. Non uiribus, aut uelocitate, aut celeritate corporum res magna geruntur: sed consilio, auctoritate, sententia: quibus non modo orbari, sed etiam augeri senectus solet.

Nam manet memoria senibus, modo permaneat studium & industria. memoria enim minuitur, nisi eam exerceas.

Nemo est tam senex, qui se annum non putet uiuere posse: sed idem in his elaborant, quæ sciunt omnino nihil ad se pertinere. ferunt arbores, quæ alteri seculo profunt, ut ait Statius nos in Senephebis. Aedepol senectus si nihil aliud quicquam uicij apporet secum cum aduenit, unum id satis est, quod diu uiuendo multa quæ non uult, uideret.

Ut enim adolescentibus bona indole præditi sapientes senes delectant, leuiorque sit senectus eorum qui à iuuentute coluntur & diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus iuuenes ad uirtutum studia ducuntur.

Solonem ueribus gloriantem uidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem dicit senè fieri.

Nec hunc quidem uires. is enim erat locus alter de uicij senectutis, plus quam adolescens uires tauri aut elephantis desiderabatur. quicquid est, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro uiribus.

Nec illi bonarum artium magistri non beati putandi, quamuis consenuerunt uires, atque deseruerunt, & si ipsa ista deflexio uirium adolescentia uicij sepius efficitur quam senectutis. libidinosæ etenim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

Cursus est certus ætatis & una uia nature, eaque simplex, suaque propria. Cuique parti tēpestiuitas est data: ut est infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic & senectutis maturitas naturale sibi quidem habet, quod suo tempore percipi debeat.

Potest

Potest exercitatio & temperantia etiam in senectute conseruare aliquid pristini roboris. Nō sunt in senectute uires, nec postulantur quidem uires à senectute. Ergo & legibus scriptis & institutis uacat ætas senum, & muneribus his quæ possunt sine uiribus sustineri. Itaque nō modo quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur. Atque ita multi sunt imbecilles senes, ut ullum officium omnino aut munus exequi possunt, ad id quidem non proprium est uicium senectutis, sed commune in ualitudinis & senectutis.

Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum id nec adolentes quidem effugere possint. Relistendum senectuti est eiusque uicia diligentia compensanda. pugnandum namque sicut contra morbum, sic contra senectutem, habenda est ratio ualitudinis: exercitationibus utendum modicis: tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. nec uerò corpori solum subueniendum est, sed etiam menti atque animo multo magis. Nam hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instillaritis, extinguuntur senectute. & corpora quidem defatigatione exercitationum ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. Senilis ista stulticia, quæ deliratio appellari solet, senum leuium est, non omnium. Nam quatuor filios robustos, & quinq; filias tantam domum, & tantas clientelas Appius regebat & senex & cæcus. Intentum ei animum tanquam arcum habebat, nec languescens succumbebat senectuti. Tenebat non solum auctoritatem, sed & imperium in suos, metuebant serui, reuerbantur liberi: charum omnes habebant, uigebat in ea domo mos patrius & disciplina. Itaque senectus honesta est, si seipsam defendit, si ius suum retinet, si sine uicio, si nulli mancipata est, si usque ad extremum spiritum dominatur in suos. Ut enim adolentem, in quo senile aliquid: sic senem in quo aliquid adolentia sit probo, quod si sequetur, senex esse corpore poterit, animo nunquam erit. hæc sunt exercitationes ingenij, hæc mentis curricula, in his defundans atque laborans corporis uires non magnopere desiderat, neque intelligit, quando obrepit senectus.

Senectutem uituperant quidam. & hæc quidem tertia obiurgatio senectutis, quod eam care re dicunt uoluptatibus: sed o præclarum munus ætatis, si quidem id aufert nobis, quod est in adolentia uiciosissimum. Archyta enim Tarentinus nullam capitaliorem pestem, quam uoluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius uoluptatibus auida libidines temere & effrenate ad potiendum incitarent. hinc patrie prodiones, hinc rerum publicarum euerfiones, hinc cum hostibus clãdestina colloquia nasci dicebat. Nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impelleret. Stupra uerò & adulteria & omne tale flagitium nullis alijs illecebris incitari nisi uoluptatibus. Cumque homini siue natura siue quis Deus nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri ac dono nihil esse tam inimicum quam uoluptatem. Neque enim libidine dominante temperantiæ locum esse, neque omnino in uoluptatis regno uirtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem uoluptate corporis, quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin tamdiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile, tamque pestiferum, quam uoluptatem, si quidem ea cum maior esset atque longior, omne animi lumen extingueret, impedit autem consilium uoluptas rationi inimica, ac mentis (ut ita dicam) perstringit oculos, nec habet ullum cum uirtute commercium. Quorsum igitur tam multa de uoluptate, quia non modo uituperatio ulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod eas uoluptates nullas magnopere desiderat & caret epulis, extructisque mensis & frequentibus poculis. Caret ergo uinolentia, cruditate & insomnia.

Quamquam autem immoderatis caret epulis senectus, modicis tamen conuiujs delectari potest. Neque ipsorum conuiuiorum delectationem uoluptatibus corporis magis quam cœtu amicorum & sermonibus metiri debemus.

Si uerò senectus habet aliquid tanquam pabulum studij atque doctrinæ, nihil est ociosa senectute iucundius.

Quæ sunt igitur epularum, aut ludorum, aut scortorum uoluptates cum his uoluptatibus comparanda: atque hæc quidem studia doctrinæ, quæ prudentibus & bene institutis pariter cum ætate crescunt: qua uoluptate animi nulla certe maior esse potest.

Uoluptates agrivolarum, quibus maxime delector, nulla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis uitam proxime uidentur accedere. habent enim rationem cum terra, quæ nunquam sine usura reddit quod accepit: quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terræ uis ac natura delectat. neque uerò segetibus solum, & pratis, & uineis, & arbutis res rustica læta sunt, sed hortis etiam & pomarijs: tum pecudum pastu, tum apum examinibus, & florum omnium uarietate. Agro namque bene culto nihil potest nec usu esse uberius, nec specie ornatius, nec natura pulchrius, ad quem fruendum non modo retardat, uerum etiam inuitat atque oblectat senectus. Mea quidem sententia hæud scio an ulla uita possit esse beatior. Neque solum quidem officio hominum cultura agrorum est salutaris, sed delectatione & saturitate copiaque rerum omnium quæ ad uitam hominum, ad cultum etiam deorum pertinent. hæc igitur fortuna senibus frui licet, nec eos impedit, quo minus & cæterarum rerum studia teneant, usque ad tempus ultimum senectutis.

Curio ad locum sedenti, magnum auri pondus Samnites cum attrulissent, repudiari sunt. Non enim aurum habere præclarum duxit sibi uideri, sed aurum habentibus imperare. poterat ne

tantus

tantus animus iucundam non efficere senectutem.

Extrema ætas hoc beatior est, quam media, quod auctoritatis habeat plus minus ue laboris. Apex est autem senectutis auctoritas, habet præsertim senectus honorata tantam auctoritatē, ut ea plura sit quam omnes adolentia uoluptates. Sed in omni oratione mementote me eam senectutem laudare, quæ fundamentis adolentia constituta sit. Ex quo illud efficitur, miseram esse senectutem, quæ se oratione defendit. Non cani non rugæ repente auctoritatē eripere possunt, sed honeste acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos. hæc enim ipsa sunt honorabiliora, quæ uidentur leuia atque communia, scilicet salutaris, appeti, decedi, assurgere, deduci, reduci, consulti: quæ & apud nos & in alijs ciuitatibus, ut quæque res optime morata est, ita diligentissime obseruatur.

In fragili corpore odiosa omnis offensio est.

Vt enim non omne uinum, sic non omnis ætas naturæ uetustate coacescit.

Auarcia senilis quid sibi uelit non intelligo. potest enim quicquam esse absurdus, quæ quo minus uia restat, eo plus uaticini querere. Quarta restat causa, quæ maxime angere, atque sollicita habere nostram ætatem uidetur, appropinquo mortis, quæ à senectute non potest longe abesse.

O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa ætate non uiderit, quæ aut planè negligenda est, si extinguit omnino animum: aut etiam optanda multo magis, si aliquod eum deducit, ubi sit futurus æternus, atque certè tertium nihil inueniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam futurus sim. Quamquam quis est tam stultus, tam sufidens, quam uis adolens, cui sit exploratum se ad uesperum esse uicturum: quin etiam ætas illa multo plures quam nostra mortis casus habet. facilius in morbos incidunt adolentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Itaque perpauci ueniunt ad senectutem, quod accideret, si melius & prudentius uiuerent. Mens enim & ratio & consiliū in senibus est. Omni inquit Scipio ætati mortem esse communem. At sperat adolens diu se esse uicturum, quod sperare idem senex nō potest, insipienter sperat. Quid enim stultius quam incerta pro certis habere, falsa pro ueris? At senex ne quidem habet quod sperat, at est eo meliore conditione, quam adolens, cum id quod ille sperat sit consecutus: ille uult diu uiuere, hic diu uixit. quamquam o dii boni, quid est in uita hominis diu.

Mihi quidem nec diuturnum quicquam uidetur, in quo est aliquid extremum, cum enim id aduenit, tum illud quod præterit effluxit, tantum remanet, quantum uirtute & benefactis consecutus sis. Horæ quidem cedunt & dies & menses & anni, nec præteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest, quod cuique temporis ad uiuendum datur, eo debet esse contentus.

Breue enim tempus ætatis satis longum est ad bene honesteque uiuendum: sin processeris longius, nō magis dolendum quam agricolæ dolent præterita uerni temporis suauitate, æstatem autumni que uenisse. Ver enim tanquam adolentiam significat ostenditque fructus futuros. Reliqua autem tempora demetendis fructibus & percipiendis accommodata sunt. fructus autem senectutis est ante parturitionem honorum copia & memoria. Omnia uerò que secundum naturam sunt, sunt habenda in bonis, quid est aut tam secundam naturam, quam senibus emoritur? quod idem contingit adolentibus aduerfante ac repugnante natura. Itaque adolentes mori mihi sic uidentur, ut cum aquæ multitudine flammæ opprimitur. Senes autem sic cum sua sponte nulla uel adhibita consumptus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus cruda si sint, uel auelluntur, si matura & decocta, decidunt: sic uitam adolentibus uis aufert, senibus maturitas, quæ iam mihi tam iucunda est, quo propius ad mortem accedam, quasi terram uideri uidear, & aliquando in portum ex longa nauigatione uenturus. Senectutis autem nullus certus est terminus, recteque in ea uiuitur, quoad minus officij exequi possis & tueri, & tuto mortem contemnere, ex quo fit, ut animosior etiam sit senectus, quam adolentia & fortior.

Sed uiuendi est finis optimus, cum integra mente certisque sensibus opus ipsa suum eadem que conglutinauit natura, dissoluit, ut nauem & ædificium facillime idē destruit, qui cōstruxit: sic hominem eadem optime quæ composuit natura, dissoluit, iam omnis cōglutinatio recens ægrè, in ueterata facillime dissoluitur. Ita fit ut facile illud breue uitæ reliquum nec auidè appetendum senibus, nec sine causa differendum sit: ueritatē Pythagoras iniussu imperatoris, hoc est Dei de præsidio & statione uitæ discedere.

Solonis quidem sapientis eulogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum, & lamentis uacare. Sed hæud scio, an melius Ennius: Nemo me lachrymis decoret neque funera fletu, Faxit cur uolito uiuus per ora uirum, non censeat lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur.

Hoc præmeditatum ab adolentia debet esse, mortem ut negligamus, sine qua meditatione tranquillo esse animo potest. Moriendum enim certum est, & incertū an hoc ipso die, mortem igitur horis singulis independentem metuens, quis poterit animo securo consistere?

Dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. Est enim cœlestis animus ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram, obtinens diuinæ naturæ locum æternitatique contrarium. Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quicque cœlestium ordinem con-

templantes imitentur eum, uitæ modo atq; constantia. Nec me ratio impulit ut ita crederem, sed disputatio etiam & autoritas ueterum & nobilium philosophorum, & in primis Pythagore, qui ex uniuersa mente diuina delibatos nos animos habere demonstrauit. præterea Socratis, qui supremo uitæ die de immortalitate amicorum differuit. Quid multa: sic persuasi mihi, sic sentio, cum tanta celebritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumq; prudentia, tot artes, tante scientiæ, tot inuenta: non posse eam naturam quæ res tantas contineret, esse mortalem. Plato etiam noster apud Xenophontem moriens hæc dixit: Nolite arbitrari o mihi charissimi filij, cum à uobis discessero, me nusquam aut nullum fore. Nec enim dum eram uobiscum, eum uidebatis: eundem igitur esse creditote, etiam si nullum uidebitis. Mihi quidem persuaderi nunquam poterat, animos dum in corporibus essent mortalibus, uiuere: cum exissent ex eis, mori. Nec uero eum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore euasisset: sed cum admixtione corporis liberatus, purus & integer esse cepisset, tunc esse sapientem. atq; etiam cum natura hominis morte dissoluitur, cæterarum rerum perspicuum est, quo neq; discedat. Abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt. Animus autem solus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Iam uero uidetis nihil esse morte similitum quæ somnum, atq; dormientium animi maxime declarant diuinitatem suam: ex quo intelligitur facile, quales futuri sint, cum se plane uinculis corporum relaxauerint. non enim multi præstantes uiri, quos numerare non est necesse, tanta essent conati, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi iudicassent animos immortales post defunctum corpus existere. Nonne melius multo fuisse otiosam ætatem & quietam sine ullo labore maximo & contentione traducere? Quod quidem nisi ita se haberet ut animi immortales essent, non optimi cuiusq; animus maxime ad immortalitatis gloriam nitere. Quid? quod sapientissimus quisq; æquissimo animo moritur stultissimus iniquissimo? Nonne uidetur uobis is qui plus cernit, & longius uidet, nosse se ad meliora proficisci? Ille autem, cuius obrutior sit acies, non uidere? Non libet enim mihi deplorare uitam, quod multi indocti sæpè fecerunt: neq; me uixisse poenitet, quoniam ita uixi, ut non frustra me natum existimem: & uita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam e domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. O præclarum diem, cum ad illud diuinorum animorum conciliū cœtumq; proficiscar. Et si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, nec uero uelim quasi decurso spatio à calce iterum ad carceres reuocari. Quid enim habet uita commodi? quid non potius laboris? Leuis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam iucunda. Quod si non sumus immortales futuri, tamē extingui homini suo tempore optabile est. Nā habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic uiuendi modum. Senectus autem ætatis est peractio tanquam fabule, cuius defatigationem fugere debemus, præsertim adiuncta societate.

Et hæc de senectute, ad quam utinam perueniamus, ut ea quæ dicta sunt, re experti probare possimus. Sequitur de Paradoxis eiusdem Marci Tullij Ciceronis.

### Ex M. T. Ciceronis libro de Paradoxis.



**N**ihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridū, nihil tam incultum, quod non splendescat oratione.

Nunquam meliorem neque pecunias, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque uoluptates in bonis rebus expetendis esse duxi.

Potest ne bonū cuique malo esse, aut potest quisque in abundantia honorum ipse esse bonus? Irrideat si quis uult, plus apud me uera ratio ualebit, quam uulgū opinio. Neque ego unquam dicam illum bona perdidisse, si quis pecus aut suppellectilem amiserit. Nec non sæpè laudabo illum sapientem Biantem, cuius cum patriam Prienen cepisset hostis, cæteriq; ita fugerēt, ut multa de suis rebus secum asportarent, cum esset admonitus à quodam, ut ipse idem faceret. Ego uero inquit, facio. Nam omnia mea mecum porto. ille hæc ludibria fortunæ nec sua quidem putauit, quæ nos etiam appellamus bona.

Quid est igitur (quaeret aliquis) bonum? Si quid recte sit, & honeste, & cum uirtute, id solum opinor bonum. Illud recte quidam tenent, accurateq; defendunt, uoluptatem esse summū bonum: quæ quidem mihi uox pecudum uidetur esse, non hominum. Tu cum tibi siue Deus siue mater (ut ita dicam) omnium rerum natura dederit animū, quo nihil est præstantius neque diuinius, sic te ipse abijciet atq; præternes: ut nihil inter te & quadrupedem putes interesse: ut enim quisque maxime est boni percipiens, ita & laudabilis maxime. Neque est ullū bonū, de quo is qui id habeat, honeste non possit gloriari. Quid nam horum est in uoluptate, meliorem ne efficit, aut laudabiliorum uirum, an quicquam in potiundis uoluptatibus gloriando in prædicatione se effereret? Atque si uoluptas, quæ plurimum patrocinijs defenditur, modo in rebus bonis habenda non est: eaque quo maior est, eo magis mentem ex sua sede & statu dimouet: profecto nihil est aliud bene & beate uiuere, nisi honeste & recte uiuere,

Nemo

Nemo potest non beatissimus esse, quicquid in se uno sua ponit omnia. Cui spes omnis & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilque quod exploratum habeat per mensem sibi unum diem.

Mors terribilis his quorum cum uita omnia extinguntur, non his quorum emori laus non potest. Exilium terribile illis quibus quasi circumscriptus est habitandi locus, non his qui omnem orbem terrarum unam orbem esse dicunt.

Ut peccata non rerum euentu, sed uicijs hominum metienda sunt.

Quæ uis est quæ magis arceat homines ab omni improbitate, quam si senserint nullum esse in delicijs discrimen.

Modum rerum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus.

Nihil neque meum est neque cuiuspiam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest.

Quomodo igitur & cui tandem hic libero imperabit, qui non potest suis cupiditatibus imparare? Refrenet primū libidines, spernat uoluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiā, & cæteras animi labes repellat. Tunc incipiet alijs imperare, cum ipse improbissimis dominis dedecori aut turpitudini parere deserit: dum quæ his obediunt, non modo imperator, sed liber omnino habendus non erit.

Dicitur est ab eruditissimis, nisi sapienter liberum esse neminem. Quid est enim libertas, nisi potestas uiuendi ut uelis. Quis igitur uiuit ut uult, nisi qui recta sequitur: qui gaudet officijs, cui uiuendi uia considerata atq; prouisa est, qui legibus quidem nisi propter metum parat, sed eas sequitur atq; tollit, idque salutare maxime iudicat esse. Qui nihil facit, nihil dicit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac libere, cuius omnia consilia resque omnes quas gerit ab ipso proficiscatur, eodemque feruntur. Nec est uia res quæ plus aquo eum polleat, quam ipsius uoluntas atque iudicium. cui etiam qui uim maximam habere dicitur, fortuna cedit ipsa. Sicut sapiens dicit poeta, Suis quisque fingitur moribus. Soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Unde illud breue cōstitutū est, nisi qui ita effectus sit, esse liberum neminem. Serui igitur improbi omnes, nec hoc tamen est factū inopinatum atque mirabile. Non enim ita dicunt eos esse seruos ut incipia, quæ sunt dominorum facta nexu aut aliquo iure ciuili: sed sic seruitus sit, sicut est obedientia fracti animi atque abiecti, & arbitrio carentis suo. Quis neget, licet reges omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos. An ille mihi liber uidetur, cui mulier imperat, cui leges imponit, præscribit, uetat, iubet quod uidetur? qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet? si possit, dandum est: si uocat, ueniendum est. eijcit abeuntem, minatur extimescendum. Ego uero non istum modo seruū, sed nequissimum seruum, etiam mihi in amplissima familia natus sit, appellandum puto. An etiam eorum seruitus dubia est, qui peculijs cupiditate nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis: hæreditatis spes quod iniquitatis in seruiendo non suscipit, quæ nutum locupletis orbi se uis non obseruat. loquitur ad eius uoluntatem, quicquid denunciatur sit, facit, assentatur, assidet, inuitat. Quid horum est liberi, quid denique serui non inertis? Quid iam illa cupiditas, quæ uidetur esse liberalior honoris & imperij prouinciarum, quam dura est domina, quæ imperiosa, quæ uehemens? Iudex uero quantum habet dominatum, quo timore nocentes afficit, an non est omnis metus seruitus? Omnis animi debilitas, & humilitas & fracti timiditas seruitus est.

Nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non reddere. Quæ enim intelligimus diuitem, at hoc uerbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta possessio est, ut & liberaliter uiuendum facile cõtentus sit. Qui nihil quaerit, nihil appetat, nihil optet, animus oportet tuus se iudicet diuitem, non hominū sermo. neque possessiones tuæ: qui nihil de esse sibi putet, nihil curet amplius, factus est, aut contentus etiam pecunia, concedo diues est. Sin autem propter auiditatem pecuniæ nullum questum turpe putas, cum isti ordini non honestus quidē possit esse ullus, si quotidie fraudas, decipis, posscis, pacificeris, aufers, rapis, si socios spoliās, grarium expilas, si testamenta amicorum expectas quidem, atque te ipse supponis: hæc utrum abundantis, an egentis signa sunt? Animus hominis diues, non arca appellari solet, quamuis illa sit plena, dum te inanem uidebo, diuitem non putabo. Etenim ex eo quantum cuique satis est meriuntur homines diuitiarum modum. Filiam quis habet, pecunia opus est. duas, maiore: si plures, maiore etiam. At si (ut aiunt) Danaï quin quaginta sint filiaë alicut, tot dotes magnam quærunt pecuniam. quantum enim cuiquam opus est ad id accommodatur, ut ante dixi. diuitiarum modus. Qui igitur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore magnas copias exhaurire possint: hunc ego quomodo appellabo diuitem, cum ipse egere se sentiat? Etenim diuitiarum fructus in copia est, copiam autem declarat facietas rerum, atque abundantia. Quis igitur (siquidē ut quisque quod plurimum sit possideat, ita ditissimus sit habendus) dubitet, quoniam in uirtute diuitiæ sint, quoniam nulla possessio, nulla uis auri & argenti plurius quam uirtus estimanda est.

O diu immortales, non intelligunt homines quam magnum uectigal sit parsimonia. Vter igitur est ditior, cui deest an cui superat, qui eget an qui abundat: cui possessio quo maior est, eo plus requirit ad se tuendam, an qui suis uiribus se sustinet. Non æstimatio ne census, uerum uictu atque cultu terminatur pecuniæ modus. Non esse cupidum pecuniæ, non esse tenacem uectigalis contentum uero suis esse rebus, maxime sunt certissimeque diuitiæ. Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata & areas quædam magnæ æstimant, quod ei generi possessionum minime quali noceri possit: quæ estimanda uirtus, quæ nec eripi nec furrari potest, neque naufragio neque incendio

Bedæ tom. 2.

A 2

amittitur.

amittitur, nec tempestatum nec temporū perturbatione mutatur: qua præditi qui sunt, soli sunt diuites. soli enim possidēt res & fructuosas & sempiternas, soli quod est proprium diuitiarum, contenti sunt rebus suis: satis esse putant quod est, nihil appetunt, nulla re egent: nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem & auari quoniam incertas atque casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum quicquā adhuc inuentus est, cui quod habet satis est: non modo non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes astimandi sunt. Et hæc de Paradoxo, sequitur nunc de quæstionibus Tusculanis.

### Ex primo libro Tusculanarum quæstionum M. T. Ciceronis.



**A**CILE est uincere non repugnantes. bonos alit artes omnesque incēdimur ad studia gloria laudis, iacētque ea semper quæ apud quos improbantur.

Hominis est immoderantia, abutentis & ocio & literis.

Moriendum est omnibus. Quæ enim nobis in uitā potest esse iocunditas, cum dies & noctes cogitandū sit iamā esse moriēdū. Antiquitas quo propius aberat ab ortu & diuina proge, hoc melius ea fortasse quæ erant uera cernebat.

Nulla gens tam fera, nemo hominum tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Multi de dijs praua sentiunt. id enim uicioso more effici solet. Omnes nō esse uim & naturā diuinā arbitrantur: nec uerō id colluuiō hominū aut consensus efficit: non institutus opinio est confirmata, non legibus. Omni autem in re consensu omnium gentium lex nature putanda est.

Quæ est melior in hominum genere natura, quā eorum qui se natos ad homines uiuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur. Abijt ad deos Hercules, nunquam abijt nisi cum inter homines esset, eam sibi uiam muniuisset.

Nemo unquā sine magna spe immortalitatis se offeret pro patria ad mortem.

Magni autem est ingenij, reuocare mentem a sensibus, & cogitationē cōsuetudine abducere.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

Nihil est animo uelocius, nulla est celeritas quæ possit cum animi celeritate cōtendere: qui permanet incorruptus, suique similis, necesse est ita feratur, ut penetret & diuidat omne cœlum: a quo quidē animo philosophia, tanquā ab oculis caliginē dispulit, ut omnia supera, infera, prima, media, ultima uideremus, prorsus hæc diuina mihi uidetur uis, quæ tot res efficiat, & tantas.

Nec uerō Deus ipse qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera segregatiōe ab omni concretione mortali.

Socrates cum penē in manu iā mortiferū illud teneret poculū, locutus ita est, ut non ad mortē tradidit uerū in cœlū uideretur ascendere. ita enim censebat, itaque disseruit duas esse uias duplicesque cursus animarum corpore excedentiū. Nam qui se humanis uitijs cōtaminassent, & se totos libidinibus deditissent, quibus cecati uel domesticis uitijs atque flagitijs se inquinassent, uel in republica uiolanda fraudes inexpliabilis cōcepissent, ijs deuiū quoddā iter esse seclusum a cœcilio deorum. Qui autem se integros castosque seruassent, quibus fuisset minima cum corporibus cōtagio, seseque ab his semper reuocassent, essentque in corporibus humanis uitam imitati deorum, his ad illos a quibus essent profecti, reditum facile patere.

Cato autem sic abijt uita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet. Tota enim philosophorum uita, cōmentatiō mortis est. Nam quid aliud agimus cum a uoluptate, id est a corpore, cum a re familiarī, quæ est ministra & famula corporis, cum a rebus publicis cum a negotio omni reuocamus animū, quid in quā, tum agimus nisi animū ad seipsum aduocamus, secū esse cogimus, maximeque a corpore seducimus: discernere autē a corpore animū, nec quicquā est aliud, nisi emori discere. Quare hoc cōmentemur mihi credere, dislingamusque nos a corporibus, id est cōsuecamus mori. hoc & dixerimus in terris, erit illi cœlesti uitæ simile: & cum illuc ex his uinculis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorum. Quod cum uenerimus, tum denique uiuemus. Nam hæc quidē uita mora est, quā lamentari posses si liberet.

Tanta charitas est patriæ, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. Itaque non deterret sapientē mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatē uitæ nunquam potest longē abesse, quo minus in omne tempus reipublice suisque consulat, & posteritatem ipsam cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere.

Natura sic se habet, ut quomodo initium nobis omnium rerum ortus noster affert, sic exitum mors: quæ ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem ad nos pertinet.

Quæ uerō ætas longa est, aut quod omnino homini longū? Nōne modo pueros, modo adolefcētes in cursu a tergo insequēs, nec opinātes affecuta est senectus? Sed quia nihil ultra habemus, hoc longū dicimus, omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte a uita longa aut breuis dicuntur.

Si expectādo & desiderādo pendemus animis & cruciamur & angimur, prohi dii immortales, quod optabiliter illud iter in eūdū esse debet, quod cōfectio nulla reliqua cura, nulla sollicitudo sit futura?

Non

Non miserabiliter uir clarus emoritur. Nec enim unquam bono quicquā mali euenire potest, nec uiuo nec mortuo, nec unquam eius res a dijs immortalibus negligentur. Nos autem teneamus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum omnibus, intelligamusque si mors malum sit, esse malum sempiternū. Nam uitæ misera mors finis esse uidetur. Mors si est misera, finis nullus esse potest.

Quoniam sensus abierit, tamen summis & proprijs bonis laudis & gloriæ, quamuis non sentiant, mortui non carebunt.

Non enim tam cumulus bonorum iucundus esse potest, quā molesta discessio.

Homines mortem uel optare incipiant, uel timere desistant. Nam si summus ille dies nō extinctionem, sed cōmutationem affert loci, quid optabilius? sin autem perimit & delet omnino, quid melius quā in medijs uitæ laboribus obdormiscere, & ita conueniente somno consopiri sempiterno. Quod si fiat, melior est Ennij quā Solonis oratio. hic enim noster: Nemo me lacrimis decorat, inquit, nec funera fletu, Faxit. At uerō ille sapiēs: Mors mea ne careat lacrimis, inquam amicis Moerorem, ut celebret funera cum gemitu. Nos uerō si quid tale acciderit, ut a Deo denūciatum uideatur, ut exeamus e uita læti, & agentes gratias pareamus, emittitque nos e custodia & leuari uinculis arbitremur, ut aut in æternam & planē in nostram domum remigemus, aut omnī sensu molestiaque careamus. Sin autem nihil denunciabitur, eo tamen sumus animo, ut illū horribilem diem alijs nobis faustum putemus, nihilque in malis ducamus, quod sit uel a dijs immortalibus uel a natura parente omnium constitutum. Non enim temerē nec fortuito facti & creati sumus. Portum itaque nobis paratum & profugium putemus, quo utinā uelis passis peruehi liceat. Si enim resstantibus uentis reijciemur, tamē eodem paulo tardius referamur necesse est. Quod autem omnibus necesse est, id ne miserum unū esse potest.

Agamus ea potissimum, quæ leuationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatū, qui in omni philosophia est fructus uberrimus.

### Ex libro secundo Tusculanarum quæstionum M. T. Ciceronis.



**D**IFFICILE est enim in philosophia pauca esse ei nota, cui nō sint aut pleraque aut omnia. Nam nec pauca nisi e multis eligi possunt, nec qui pauca percepit, non idē reliqua eodem studio persequetur.

Nam qui id quod uitari nō potest metuit, is uiuere animo quieto nullo modo potest. Sed qui non modo quia necesse est mori, uerum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam uitam comparat.

Effectus eloquentiæ est audientium approbatio.

Efficat hoc philosophia, scilicet medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. fortes enim non modo fortuna adiuuat, ut est in ueteri prouerbio, sed multo magis ratio, quæ quibusdam quasi præceptis confirmat uim fortitudinis.

Nam ut ager quauis fertilis sine cultura fructuosus esse nō potest, sic sine doctrina animus. Cultura autē animi philosophia est, hæc extrahit uera radicibus, & preparat animos ad fata suscipiēda: eaque mandat his, & ut ita dicam, ferit, quæ adulta fructus uberrimos ferant.

Firmandus est animus ad dolorem ferendum.

Sine prudentia ne intelligi quidem ulla uirtus, nedum esse potest.

Temperantia non sinet te quicquam immoderate facere.

Consuetudo enim laborum, perpersionem dolorum efficit faciliorē. Nam ferre laborē, contēnere uulnus consuetudo docet. Cōsuetudinis enim magna uis est. Qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt quā turpiter uitare.

Appellata est a uiro uirtus: uiri autem proprium maxime est fortitudo, cuius munera sunt maxima duo, scilicet mortis dolorisque contemptio. Utendum est igitur ijs si uirtutis cōpotes, uel potius si uiri uolumus esse: quoniam a uiris uirtus nomen est mutuata.

Nihil habet natura præstantius, nihil quod magis exspectat, quā honestatem, quā laudem, quā dignitatem, quā decus.

Nos si pes condoluit, si dens, sed fac totū dolere corpus ferre non possumus. Opinio est quædam effeminata ac leuis, nec in dolore magis quā eadem in uoluptate. Hoc enim maxime in dolore est prouidendum, ne quid abiecit, ne quid timide, ne quid ignauē, ne quid seruiliter muliebriterque faciamus. Ingemiscere nonnunquam uiro concessum est, idque rarō: eiulatus ne mulieri quidem. Nec uerō unquam ingemiscit uir fortis ac sapiens, nisi foris ut intendat se ad firmitatem, ut in stadio cursores exclamant quā maxime possunt, faciunt idem cum exercentur athleta. pugiles uerō etiā cum feriant aduersariū in iactandis cæstibus, ingemiscunt, nō quod doleāt animo ne succubant, sed quia profundē uoce omne corpus intēditur, uenitque plaga uehementior. Cui autē nihil imminuat doloris, cur frustra turpes esse uolumus? Quid etiam est fletu muliebri uiro turpius?

Bedæ tom. 2.

A 3 Sapē

Sæpe enim multi qui aut propter uictoriae cupiditatē, aut propter gloriae amorem, aut etiã ut ius suum & libertatem tenerent, uulnera exceperunt fortiter, & tulerunt: idem omnia cõsentio ne, dolorem morbi ferre non possunt. neq; enim illum quẽ facile tulerant, ratione aut sapiẽtia tulerant, sed studio potius & gloria. Si omnia fugienda turpitudinis, adipiscendeq; honestatis causa faciamus, non modo stimulos doloris, sed etiã fulmina fortunæ contemnamus.

### Ex libro tertio Tusculanarum quaestionum M. T. Ciceronis.

**V**NT enim ingenijs nostris semina innata uirtutum, quasi adolescere liceret, ipsa nos ad beatam uitam natura perduceret. Nunc autem simulatque editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa opinionum peruersitate uersamur, ut pene cum lacte nutricis errorem sumpsisse uideamur: cum uerò parentibus redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita uarijs imbuimur erroribus, ut uanitati ueritas, & opinioni confirmata natura ipsa cedat.

Animus æger, ut ait Ennius, semper errat, neq; pati neq; perpeti potest: cupere nunquam desinit, profectio animi medicina, est philosophia. Non autem omnes qui curare passi se sunt, continuo etiã conualescunt: animi autem qui se sanari uoluerunt, præceptisq; paratim paruerint, sapientum sine ulla dubitatione sanantur. Et nisi sanatus sit animus, quod sine philosophia fieri nõ potest, finis miseriarum nullus est.

Munus animi est, ratio bene uti: & sapiẽtis animus ita semp affectus est, ut ratio optime utatur. Videntur enim omnia repentina grauiora.

Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ uenientia longè ante uideris. Anaxagoram ferunt nunciata morte filij dixisse, Sciebã me genuisse mortalẽ. quæ uox declarat ijs esse hæc acerba, à quibus non fuerant cogitata.

Ergo id quidem non dubitũ, quin omnia quæ mala putentur, sint improuisa grauiora. Multũ itaq; possunt prouisio animi, & præparatio ad minuendũ dolorem. Nihil enim est quod tam obstant eluereq; egritudinẽ, quã perpetua in omni uita cogitatio, nihil esse quod accidere nõ possit, quam meditatio conditionis humanæ, quã uita lex commẽtatioq; parendi, quæ non hoc affert, ut semper mereamus, sed ut nunquam. neq; enim qui rerum naturam, qui uitæ uarietatem, qui imbecillitatẽ generis humani cogitat, moeret cum hæc cogitat: sed facilius fert, cũ accidit quod posse accidere diu cogitauerit: quæ cogitatio una maximè molestias omnes extenuat & diluit.

Quid est aut nequius aut turpius effœminato uiro?

Hostium repentinus aduentus magis aliquando conturbat, quã expectatus: & maris subita tẽpestas, q̃ ante prouisa terret nauigãtes uehemẽtius, & eiusmodi sunt pleraq;. Sed cũ diligẽter nec opinatorum naturã consideres, nihil aliud reperies nisi quidem oia subita uideri maiora.

Sensim enim & pedetentim progrediens extenuat dolor, nõ quo ipsa res immutari soleat aut possit, sed id quod ratio debuerat, usus docet minora esse, quæ sint uisa maiora.

Tolerabilius feret incommodum, qui cognouerit necesse esse hominitale quid accidere.

Ea enim lege nati sumus, ut nemo in perpetuum esse possit expers mali. Nam mortalis nemo est, quem non attingit dolor morbusq;.

Acta ætas honeste ac splendide tantam affert consolationẽ, ut eas qui ita uiixerint, aut non attingat ægritudo, aut leuiter pungat animi aut dolor.

Pueros uerò & matres & magistris etiã castigare solent, nec uerbis solum, sed etiã uerberibus, si quid in domestico luctu hilarius ab ijs factum est aut dictum, plorare cogunt.

Theophrastus moriens, accusasse naturã dicitur, quod ceruis & cornicibus uitam diuturnã, quorũ id nihil interesset: hominibus, quorũ maximè interfuisset, tam exiguam uitã dedisset. Quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurũ fuisse ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominũ uita erudiretur. Querebatur igitur se tunc, cum illa uidere cœpisset, extingui.

Præclarum illud est, & si quæris, rectum quoq; & uerum, ut eos qui nobis charissimi esse debeant, æquẽ ac nosmet ipsos amemus: at uerò plus fieri nullo pacto potest. Ne optandum quidẽ est in amicitia, ut me ille plus quã se amet, & ego illum plus quã me. Perturbatio enim uitæ, si ita sit, atq; officiorum omnium consequetur.

Est enim proprium stultitiæ aliorum uicia cernere, obliuisci suorum.

Hęc officia sunt consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare aut detrahere quã plurimum, aut suppressere: nec pati manare longius, aut ad alia traducere. Sumendum tempus est non minus in animorum morbis quã in corporum.

Quid autem præclarum, non idem arduum? Hęc ex tertio Tuscul. sequuntur ex quarto.

Ex

### Ex libro quarto Tusculanarum quaestionum M. T. Ciceronis.



**V** bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus. Omnium perturbationum natura fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mēte & à recta ratione defectio. Nam quemadmodum temperantia sedat appetitiones omnes, & efficit ut hæc recte rationi pareant, consumatq; considerata iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflamat, conturbat, incitat. Itaq; & ægritudines & metus & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea.

Omnibus enim quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis alijs dolor, alijs terror impedit. Homo frugi omnia recte facit.

Quid enim uideatur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis totiusq; mundi nota sit magnitudo. Nam quid aut in studijs humanis aut in tam exigua breuitate uitæ magnum sapienti uideri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum: atq; idem acerrimam in omnes partes aciem intēdit, ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia, atq; angore uiuendi, ut quemcunq; casum fortuna inuenerit, hunc apte & quiete ferat. quod qui faciet, non ægritudine solum uocabit, sed etiã perturbationibus omnibus reliquis. his autem uacans animus perfecte atq; absolute beatos efficit: idemq; concitatus & abstractus ab integra certa q; ratione, non constantiam solum amittit, uerum etiam sanitatem.

Impunitas peccatorum data uidetur eis qui & ignominiam & infamiam ferunt sine dolore: morderi est melius conscientia.

In omnibus fere rebus mediocritatem esse optimam existimant.

Neq; est enim ulla fortitudo, quæ rationis est expers. Contemnendæ sunt humanæ res, negligenda mors est, patibiles & labores & dolores putandi. hæc cum constituta sint iudicio atq; constanti sententia, tamen est robusta illa & stabilis fortitudo.

Vtile est enim uti motu animi, qui uti ratione non potest.

(tudine.

Non enim suscipere ipsi ægritudines propter alios debemus, sed alios si possumus leuare ægritudine. Adhibita ratio cernit quid optimum sit, neglecta multis implicatur erroribus.

Est autem utilis ad persuadendum ea quæ acciderunt ferri & posse & oportere, enumeratio eorum qui tulerunt.

Sint sanè ista bona quæ putantur, honores, diuitiæ, uoluptates cateraq;: tamen in eis ipsis potiendis exultans gestiensq; lætitia turpis est. Ut si irridere concessum sit, uituperetur tamen cachinnatio. Eodem enim uicio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio: eademq; leuitate cupiditas est in appetendo, qua lætitia in fruendo. & ut nimis afflictus molestia, sic animi elata læticia iure iudicantur leues. Et ut turpes sunt qui efferunt se lætitia, tum cum fruuntur ueneris uoluptatibus: sic flagitiosi qui eas inflammato animo concupiscunt. Hęc ex quarto, sequuntur nũc ex quinto & ultimo libro.

### Ex libro quinto Tusculanarum quaestionum M. T. Ciceronis.



**M** N I V M uiciorum peccatorumq; nostrorum omnis à philosophia petenda correctio est, cuius in sinum cũ à primis temporibus, ætatis nostræ uoluntas studiisq; cõpulsisset, his grauissimis calibus in eundẽ portũ ex q; eramus egressi, magna factate repestate confugimus. O uitæ philosophia dux, o uirtutis indagatrix, expultriceq; uiciorũ. Quid non modo nos, sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti, tu eos inter se primò domesticis, deinde coniugijs, tũ literarum & uocũ communiõne iunxisti: tu inuentrix legum: tu magistra morum & disciplinæ fuisti. Ad te confugimus, à te opem petimus: tibi nos ut antea, magna ex parte sic nunc penitus totosq; tradimus. Est autem unus dies bene & ex præceptis tuis actus, pene toti immortalitati anteponendus. Cuius igitur potius opibus utamur q; tuis, quæ & uitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis sustulisti. Caue enim putes uillam in philosophia uocem emissam clariorẽ, uillam uel esse philosophiæ promissum uberius aut maius, quã hæc uox est, uirtutem satis posse ad beatè uiuendum.

Motus turbulentis iactationesq; animorũ incitata, & impetu inconsiderato elata rationẽ omnium repellentes, uita beatæ nullam partem relinquunt. Quis enim post mortẽ aut dolorem metuens, quorũ alterum semper adest, alterũ semper impendit, esse non miser? Quod si idem quod plerunq; sit, paupertatẽ, ignominia, infamia timeat, si debilitatẽ, cæcitatẽ, si deniq; quod nõ singulari hominẽ

A 4 is hominẽ

lis hominibus, sed potentibus populis sæpè contingit seruitutem: Potest ea timens esse quisquã beatus: Quid qui non modo ea futura timet, uerum etiam fert sustinetq; presentia: adde eodem exilia, luctus, orbitates, qui rebus his fractus a gritudine etiam eliditur, potest tandem esse nõ miserrimus: Quid uero illum quem libidinibus inflammatum & furentem uidemus, omnia rapide appetentem cum inexplibili cupiditate, quoq; affluentiùs uoluptates undiq; hauriat, eo grauius ardentiusq; licentem, nonne rectè miserrimum dixeris: Quid elatus ille leuitate, inaniq; latitia exultans, & temerè gestiens, nonne tanto miserior, quanto sibi uidetur beator? Ergo ut hi miseri sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ a gritudines exedunt, nullæ libidines inciunt, nullæ futes latitæ exultantes languidis liquefaciunt uoluptatibus. Quod si est qui uim fortunæ, qui omnia humana, quæ cuiq; accidere possunt, tolerabilia ducat, ex quo nec timor eum, nec angor attingat, idemq; si nihil concupiscet, si nulla efferatur animi inani uoluptate, quid est cur beatus non sit? Et si hæc uirtute efficiuntur, quid est cur uirtus ipsa per se non efficiat beatos?

Neq; enim finem unquam inuenit libido.

Acute disputantis illud est, non quid quisq; dicat, sed quid cuique dicendum sit, uidere.

Omnibus enim uirtutibus instructos & ornatos, tum sapientes, tum uiros bonos dicimus.

Non ex singulis uocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atq; constantia.

Rem enim opinor spectari oportere, non uerba.

Nam cui uiro ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beatè uiuendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius euentis, & errare coguntur, huic optimè uiuendi ratio comparata est. Neq; enim lætabitur unquã nec moerebit nimis, qui semper in se ipso omnem spem reponit sui.

Humanus animus decerpit ex mēte diuina cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hic igitur si est exultus, & si eius acies curata ita est, ut ne cæcetur erroribus, sit perfecta mens, id est absoluta ratio, quæ idem est quod uirtus. Et si omne beatū est cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atq; cumulatū est, id uirtus est propriū, certe omnes uirtutis compotes beatæ sunt.

Quid enim deest ad bene beateq; uiuendum ei, qui confidit suis bonis, aut qui dissidit, beatus esse quis potest? Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atq; munitum: non ut paruo metu præditus sit, sed ut nullo.

Non sunt bona dicenda nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum. An dubitas quin præstans ualetudine, uiribus, forma, acerrimis integerrimisq; sensibus: adde etiã si libet, pernicitatem & uelocitatem, da diuitias, honores, imperia, opes, gloriã: si fuerit is qui hæc habet, infusus, intemperans, timidus, hebet ingenio atq; nullo, dubitabis ne tu eum miserrimum diceret?

Sic princeps ille philosophiã differēbat, qualis cuiusq; effectus esset, talem esse hominem: qualis autem homo ipse esset, talem esse eius orationem: orationi autem facta simillima, factis uita. Affectus aut animi in bono uiro laudabilis, & uita igitur laudabilis boni uiri & honesti, ex quibus bonorum beatam uitam esse concluditur.

Vir temperatus, constans, sine metu, sine a gritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, nonne beatus? Beata uita laudabilis, nec quicquam sine uirtute laudabile. Beata igitur ita uita uirtute conficitur.

Etenim ut stultitia, et si adepta est quod concupiuit, nunquam se tamen satis consecutam putat: sic sapientia semper eo contenta est, quod adest, neq; eum unquam sui poenitet. Sic se res habet: te tua, me delectant mea.

Nunquam naturam mos uincit, est enim ea semper inuicta.

Sapientis est enim proprium, nihil quod poenitere possit facere: nihil inuitum, splendide, constantem, grauius, honestè omnia: nihil ita expectare quasi certo futurum: nihil cum acciderit, admirari, ut inopinatum aut nouum accidisse uideatur: omnia ad suum arbitriũ referre, suis stare iudicijs: quo quid sit beatus, mihi certe in mentem uenire non potest. Ne mente quidẽ uti possimus, multo cibo & potione repleti, nec unquam mihi placuit bis in die saturum fieri.

Quomodo iocunda uita esse potest, à qua absit prudentia, absit moderatio?

Dies deficiet, si uelim paupertatis causam defendere: aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quã paucis, quã parujs rebus egeat, quã ue uilibus. Num igitur ignobilitas aut humilitas aut etiam popularis offensio sapientem beatū esse prohibebit: uide ne plus cõmendatio in uulgus, & hæc quæ expetitur gloria, molestia habeat, quã uoluptatis.

An tibicines hiq; qui fidibus utuntur, suo non multitudinis arbitrio, cantus numerosq; moderantur: uir sapiens multo maiore arte præditus, non quid uerissimum sit, sed quid uelit uulgus exquiret.

Iniurias fortunæ quas ferre nequeas, dissipando relinquis. Et hæc sufficiant ex quarum fitionibus Tusculanis Marci Tullij Ciceronis.

EX

## Ex libro sexto De republica M. T. Ciceronis.



**I**tem enim sæpè fere ut cogitationes sermonesq; nostri pariãt aliquid in somno, quales de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet sæpissimè uigilans solebat cogitare & loqui.

Omnibus qui patriam cõserauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo distinctum locũ, ubi beati sempiterno auro fruuntur, nihil est enim illi principi Deo, qui omnẽ mundum regit, q; quidem in terris fiat acceptius, q; consilia cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur, harum rectores & cõseruatores hinc profecti huc reuertentur.

Hi uiuunt q; e corporũ uinculis tanq; e carcere euolauerũt, uestra uerò qui dicitur uita, mors est.

Nisi enim Deus is cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quẽ in hoc templo medium uidet quæ terra dicitur, hiq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas uocatis, quæ rotundæ & globosæ, diuinis animæ mentibus, circulos suos orbeshq; cõficiunt celeritate mirabili. Quare tibi Publi & pijs omnibus rerinẽdus animus est in custodia corporis, nec iniussu eius à quo ille est nobis datus, ex hominis uita migrandum est, ne munus humanum assignatum à deo defugisse uideamini. Sed sic Scipio iustitiam cole, & pietatem quæ cum magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est, ea uita uia est in cœlum.

Hæc cœlestia semper spectato, illa humana cõtemnit. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quã experẽdam consequi gloriam potes, uides habitari raris & angustis in locis, & in ipsis quali maculis, ubi habitat, uastas solitudines interiectas, hosq; qui incolunt nõ modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manere possit: sed partim obliquos, partim transuersos, partim omnes aduersos stare uobis, à quibus spectare gloriam certè nullam potestis.

Non modo non æternam, sed ne diurnam quidem gloriam assequi possumus.

Igitur altè spectare, si uoles atq; hanc sedem & æternam domum contueri, neq; te sermonibus uulgi dederis, nec in premijs humanis spẽ posueris rerum tuarum, suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerum decus. Quod de te alij loquantur, ipsi uideant, sed loquentur tamen. Sermo enim ille omnis & angustijs cingitur his regionum, quas uides. Nec unquã de ullo perennis fuit, obruitur hominum interitu, obliuione posteritatis extinguitur.

Cum pateat igitur id æternum esse quod à se ipso moueatur, quis est qui hanc naturam animis esse tributum neget? Inanimatum uel inanimum autem esse omne, quod pulsū agitatur externo. Quod enim est animal, id motu cietur interiore & suo, nam hæc est propria natura animæ atque uis, quæ si est una ex omnibus quæ sese moueat, neq; nata certè est & æterna est: hanc tu exerce optimis in rebus. Sunt autem hæ optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitur & exercitatus animus uelocius in hanc sedem & domum suam peruolabit. Idq; ocius faciet, si iam tum cum inclusus erit in corpore, eminebit foras, ut ea quæ extra erunt contemplant, quã maxime se à corpore extrahat. Namq; eorum animi qui se uoluptatibus corporis dederunt, earumq; se quasi ministras præbuerunt, impulsuq; libidinum uoluptatibus obedientium, deorum & hominum iura uolauerunt, corporibus elapsi circum terram ipsam uoluantur. Nec hunc in locum, nisi multis exagitati seclis reuertuntur.

QVAM ATROX M. T. CICERONIS FVERIT MORS, HIS uerbis Valerius Maximus de ingratis docet.

**M**arcus Cicero Gneum Pompiliũ Lenatem Picenæ regionis, rogatu Marci Cælij non minori cura quã elegantia defendit, eumq; causa admodum dubia fluctuantem, saluum ad pernates suos remisit. hic Popilius postea nec re nec uerbo à Cicerone læsus, ultro Marcum Antonium rogauit, ut ad illum proscripsum mitteretur persequendum & iugulandum. Impetratisq; detestabilis ministerij partibus gaudio exultans Caietam cucurrit, & uirum. omitto quod amplissime dignitatis certè salubri studio & præstantis officij priuati sibi uenerandum, iugulum præbere iussit. ac protinus caput Romanæ eloquentiæ & pacis clarissimam dexteram per summum & securum ocium amputauit, eaq; sarcina tanquam opimis spolijs alacer in urbem reuersus est. Neque ei scelestum portanti onus succurrit illud se caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat, inualide ad hoc monstrum iugilandum literę, quã obrem qui talem casum Ciceronis satis dignè deplorari queat, alius Cicero non extat.

EPITAPHIUM.



EPITAPHIUM M. T. C. QUOD STATVA EIVS PER-  
plexum est, in æde magni Iouis apud Tullorum monumentum.

**H**ic iacet Arpinas manibus tumulatus amici,  
Qui fuit orator summus & eximius:  
Quem nece crudeli maculavit ciuis & hostis,  
Nil agis Antoni scripta diserta manent.  
Vulnere nempe uno Ciceronem conficis, at te  
Tullius æternis uulneribus lacerat.

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum  
Contegitur, claro qui fuit ingenio:  
Quiq; malis grauis erat, tutorq; bonorum,  
Quo penè indigne consule Roma perit.  
Sed uigili cura detectis hostibus, urbem  
Supplicioq; datis, præstitit incolumen.

Eloquij princeps magnis mirabilis actis,  
Tullius indigna cæde peremptus obit:  
Sed terras omnes impleuit nomine claro,  
Ingenium cæso corpore morte caret.  
Viuit, & ingenij pollet uirtute per orbem,  
Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent.

SENTENTIARVM CICERONIS,  
FINIS.

## Venerabilis Bedæ presbyteri Pro- uerbiorum liber.

### PROLOGVS.



**V**M nuper illa quæ dicuntur Senecæ Prouerbia per alphabeti ordi-  
nem distincta legissem, primo quidem mirabar tantam cuiquam infi-  
delium prudentiam inesse potuisse, quanta in quibusdam eorundem  
prouerbiorum dictis reperitur. deinde non parum incitabar ad hoc,  
ut eum aliquo simili studio imitarer, colligendo scilicet tam ex secula-  
ribus quam ex sacris literis, tum etiam ex nostris prouerbia aliqua  
ad ædificationem fidelium congrua. Si enim idem Seneca nullam fidem  
uel spem pro æterna uita obtinenda habens, sed tantummodo in hac  
uita morum probitate delectatur, studuit & se corrigere, & alios ad correctionem instruere:  
quanto magis ego qui credo Deum ubiq; esse presentem, æternamq; uitam diligentib; se pro-  
mittentem, quiq; scio omnibus dictum, qui audit dicat, Veni, & Clama ne cesses, & Annuncia  
populo meo scelera eorum, & iuxta Euangelicam parabolam alij quidem quinq; talenta ad u-  
suram data, alij uerò duo, alij autem unum, patrefamilias dicente, Negociamini dum uenio, ali-  
quos per concessa scientiæ dona ad ædificationem trahere debeo? Et quã iocundum ac suauè ui-  
deri debet unicuiq; ut aliqua sententiæ breuissimæ uerbula, per quæ emendari ualeat in mente me-  
moriaq; sua iugiter teneat, quandoquidem sceleratum latronem paucis uerbis Domino supplicã-  
tem & dicentem, Memento mei domine, dum ueneris in regnum tuum: scimus omnium ueniam  
peccatorum suorum impetrasse. Quem rogo intelligentiæ donum à Deo postulantem edocere  
non potest, qualiter hoc obtineat, si illum uersiculum sæpius secum ruminat, Intellectus bonus  
omnibus facientibus eum? Certè si tantummodo sensum eorundem uerborum sciat, ueritatemq;  
in his esse credat, sufficere ei possunt ad salutem. Docent namq; illum, quòd si id bonum quod iam  
intelligit faciat, amplior ei intellectus ueniat. Nõne huiusmodi doctrina & promissio amplectẽ-  
da est omni modo? Similis quoq; doctrina potest inueniri in multis sententijs, quas hic posui. Sed  
prædictam

prædictam sententiã in hoc Prologo solummodo exposui, ut lectoris animum ad legenda non  
solum ista quæ hic collegi, sed etiam ad omnia sacra scripturæ dicta incitarem. Nulli enim ad sa-  
lutem sufficit, quòd sacra uerba sine intentione cordis audit, uel legit. Unde & Dominus noster  
in Euangelio auditores suos sæpius admonet dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Ac si  
diceret: Qui habet uoluntatem & intentionem illam, ut præceptis diuinis obediens, bona quæ  
intelligit faciat, docentem me audiat, alioquin nihil ei prodest uerba mea audire. Prouerbiorum  
autem hic collectorum dictis paruuli quilibet scholastici, si ita cuiquam uideatur, possunt post Psal-  
terij lectionem aptè instrui. Sunt enim multo breuioris & planioris sententiæ, quàm illa fabulo-  
sa Aniani dicta: sed & utiliora quàm quædam Catonis uerba, quæ utraq; omnes penè magistri  
legere solent ad prima puerorum documenta, non attendentes quòd tam paruulis quam seniori-  
bus Christi fidelibus sacra potius quàm gentilia rudimenta primitus sint exhibenda, ut in his ali-  
quatenus instructi, postea seculares literas arti Grammaticæ congruas securius discant. Nam  
licet paruuli minus capaces sint discernere inter bonum & malum, facilius tamen & uacius  
eis inhærere solet malum quàm bonum. Ideoq; qui studiosi esse uelint pro bono instruendorum par-  
uulorum exitu, studeant etiam aliquid pro bono eorum introitu, sciantq; quia difficillimè est ho-  
mini recedere à malo, quòd usu comprehendit diuturno. Præterea attendendum est, quia cū De-  
us prospicit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens Deum: cernit etiam  
quæ sit cura uel intentio magistrorum in doctrina discipulorum, utrum eos doceant pro appetẽ-  
da gloria seculari an pro spirituali. Flacuos discipuli, pariterq; notate magistri.

### Prouerbia.



**A**DIVTORIVM nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.  
Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.  
Apud Dominum gressus hominis dirigitur, & uiam eius uolet.

Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.  
Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de uia iusta.  
Arta & angusta uia est, quæ ducit ad uitam.  
Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.  
Anima iusti, sedes est sapientiæ.  
Audiens sapiens sapientior erit.  
Auerio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.  
Argentum electum lingua iusti.  
Amicus stultorum efficietur similis.  
Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui infamiam graditur uia.  
Agnum quocunq; ierit sequi, specialiter congruit uirginitati.  
Auarus non impletur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capit ex eis.  
Accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore Christi, & præpara animam tuam ad tentationem.  
Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.  
Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem.  
Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.  
Abel esse renuit, quem Cain malitia non exercet.  
Amor Dei nunquam est ociosus.  
Abijciens disciplinam, cito sentiet ruinam.  
Amicus in necessitate probatur.  
Amor seculi contemptus est Dei.  
Amor seculi thesaurizat morti.  
Alia percussio est qua peccator quilibet corrigitur, alia qua condemnatur.  
Ad magna gaudia perueniri non potest, nisi per magnos labores.  
Ad mortem properat, qui cito de quoquam iudicat.  
Amare filiorum, timere est seruorum.  
Apud homines cor ex uerbis, apud Deum uerò uerba pensantur ex corde.  
Aqua nobis in uinum uertitur, quando sacra historia in spiritualẽ nobis intelligentiam commutatur.  
Auarus proprie causa est miseriam, ingerens sibi sitim auaritiæ.  
Amicum res secundæ parant, aduersa probant.  
Auarus nihil recte facit, nisi quòd moritur.  
Avaro tam deest quòd habet, quam quòd non habet.  
Auaritia semper odiosos, largitas claros facit.

Auaritia

Auaritia desideratis opibus non extinguitur, sed augetur.  
 Ante conuersionem præcedit turba peccatorum, post conuersionē sequitur turba tentationum.  
 Alterius uirtutis ope uirtus indiget omnis.  
 Amare recta non poteris, nisi pro Christo humiliteris.  
 Ad humilitatem non potes peruenire, nisi magna utriusq; hominis contritione.  
 Ardua fides robustos exigit annos.  
 Affectus carnis nisi mentis iure demantur, unumquemq; hominem ducunt ad perditionem.  
 Ardua res nimium famulari post dominatum.  
 A Domino cuncta bona sunt omnino petenda.  
 Actio uirtutum constat perfectio morum.  
 Ante Dei uultum nil prauum constat inultum.  
 Apertius & melius per opera quam per uerba insinuat uia uitæ.  
 Ambitio multos mortales falsos fieri coegit.

## B

Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.  
 Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.  
 Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Deus.  
 Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram.  
 Brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos Deus.  
 Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.  
 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.  
 Benedictus uir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. (& thesauris.  
 Beatus uir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non ambulat, nec sperauit in pecunia  
 Beatus homo qui semper est pauidus: qui uero mentis est duræ, corruet in malum.  
 Bene consurgit diluculo, qui bona querit.  
 Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.  
 Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.  
 Breuis omnis malitia super malitiam mulieris.  
 Beatus qui habet partem in resurrectione prima.  
 Beatus uir qui suffert tentationē, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ.  
 Bene loqui & male uiuere, nihil est aliud nisi seipsum damnare.  
 Bonum intellectum habet, qui quod recte intelligit, facit.  
 Beneficium qui dare nescit, iniuste petit.  
 Bonorum mens quo duriora pro ueritate tolerat, eo certius æternitatis præmia sperat.  
 Beatius est dare quam accipere.  
 Bonum si facere nequeas, non tamen culpes uel prohibeas.  
 Bona conscientia in tenebris splendorem proprium tenet.  
 Breuitas uitæ presentis pensanda est ab uniuersis.  
 Bellum optimum agitur, cum spiritus carni aduersatur.  
 Bellator fortis qui se poterit superare.  
 Bis gratum tribuit, qui quod debet cito reddit.  
 Blandus mansuetus sis, districtusq; superbis.  
 Bestia crudelis est, cor prauæ mulieris.  
 Bibere & manducare nulli concessum est ad gulam explendam, sed ad famem sitimq; restringendam.  
 Bonus non est, quem malorum improbitas non probauit.

## C

Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.  
 Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.  
 Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.  
 Considerat peccator iustum, & querit mortificum eum.  
 Calix in manu Domini uini meri plenus mixto.  
 Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.  
 Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini.  
 Custodit Deus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.  
 Cum facis elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua.  
 Cœlum & terra transibunt, uerba autem Dei non transibunt.  
 Cæcus si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.  
 Cogitatio humani cordis prona est in malum ab adolescentia sua.  
 Curatio cessare facit peccata maxima.  
 Cum placuerint Domino uia hominis, inimici quoq; eius conuertentur ad pacem.

Cogitationes

Cogitationes iustorum iudicia.  
 Cor regis in manu Dei, ubi uoluerit inclinatur illud.  
 Considera opera Dei, quod nemo possit eum corrigere, quæ ille despexerit.  
 Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.  
 Cor hominis disponit uiam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.  
 Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi letitia.  
 Cor quod nouit amaritudinē anime sue, in gaudio eius non miscebitur extraneus.  
 Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua.  
 Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata.  
 Cui multum datur, multum ab eo exigitur.  
 Confortamini in Domino, & in potentia uirtus eius.  
 Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.  
 Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem.  
 Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimat sensum multa cogitantem.  
 Corrupti mores bonos colloquia mala.  
 Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini.  
 Cum Deus omnia facere possit, malum tamen quia nihil est, facere non potest.  
 Credens Deum omnia posse præstare, petita citius meretur obtinere.  
 Contra Deum consilium nec magnum nec minimum.  
 Causa quæ non præuidetur, non permittit quenquam ad meliora proficere.  
 Coactum seruitium Deus non querit.  
 Custos castitatis est uirtus humilitatis.  
 Cito in crimina maiora corruit, qui parua pro nihilo ducit.  
 Caput est discordiæ, qui ex communibus propria studet facere.  
 Continentia non corporis, sed animi est uirtus.  
 Consilio opus est factio.  
 Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.  
 Commoda quæq; cum habentur, parua uidentur: cum uero defuerint, apparent quanta fuerunt.  
 Carnis uirginitas quamuis sit cœlica uirtus, non prodest cuiquam sine mentis uirginitate.  
 Consuetudo mala uix aut nunquam superatur.  
 Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.  
 Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.  
 Confer opem miseris quamcumq; uales, & egenis.  
 Copia uirtutum constat corpus uelut unum.  
 Crimen æquale committunt, & is qui alicui detrahit, & qui detrahentem libenter audit.  
 Cum dolore abscondenda sunt, quæ leuiter sanari non possunt.  
 Cuius quisq; facit opera, eius uocatur filius.  
 Cui gratum sit uocari filius Dei, ueneretur Deum ut patrem, faciens eius uoluntatem.  
 Captiuitas est maxima, ubi anima captiuæ ducuntur.  
 Cadens apertos oculos habet, qui recte quidem loqui scit, sed recte uiuere contemnit.  
 Cupiens agnoscere quanta Dei gratia sit circa se, inspicat alios: & quantiscumq; plus habere se  
 senserit in sopitate uel intelligentia uel in possessione alicuius rei, tantis sciat se esse ditorem  
 in gratia Dei.  
 Communis morbus communiter est abigendus.  
 Corrige te primum, qui rector sis aliorum.  
 Conueniens quid sit perpendere conuenit omni.  
 Compatitur nulli qui non sibi scit misereri.  
 Cum caput ægotat, corpus simul omne laborat.

## D

Dominus de cœlo prospicit super filios hominū, ut uideat si est intelligens aut requirēs Deū.  
 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.  
 Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.  
 Dominus uirtutem populo suo dabit. Dominus benedicit populo suo in pace.  
 Dominus scit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt.  
 Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in uia.  
 Deus iudex iustus, fortis & patiens.  
 Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ.  
 Deus manifeste ueniet, & non silebit.  
 Diuites egerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum, non minuuntur omni bono.  
 Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.  
 Declina à malo, & fac bonum.  
 Date & dabitur uobis.

Bedæ. tom. 2.

B

Dimitte

Dimittite & dimittetur uobis.  
 Deus non est mortuorum, sed uiuentium.  
 Dignus est operarius mercede sua.  
 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & proximum tuum sicut teipsum.  
 Deus fidelis & absq; ulla iniquitate.  
 Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublimat.  
 Dominus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos, & reducit.  
 Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo.  
 Disciplinam Domini ne abijcias, nec deficias cum ab eo corripis.  
 Diligite iusticiam qui iudicatis terram.  
 Diuitiæ salutis sapientia & scientia.  
 Doctrina uiri per patientiam noscitur.  
 Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.  
 Deus charitas est, & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo.  
 Deum nemo uidit unquam.  
 Dilectio proximi malum non operatur.  
 Dies Domini sicut fur in nocte ita ueniet.  
 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.  
 Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.  
 Deum quærens, gaudium quærit.  
 Discretio est mater uirtutum.  
 Disciplina uel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur.  
 Difficile corrigitur nequitia, quam concipit quis in pueritia.  
 Deo nihil mali est imputandum, quandoquidem ipso malo utitur ad bonum.  
 Difficile est cuiquam agnoscere sanitatis gratiam, nisi per infirmitatis disciplinam.  
 Deliciæ & epularum uarietas, fomenta sunt luxuriæ.  
 Dolentem non potest consolari, qui non concordat dolori.  
 Duplici reatu constringitur, qui & in se ipso praua committit, & alios prauitate sua corrumpit.  
 Diu iacens in peccatis, diu quoq; si cõueri uoluerit, diabolicæ tentationis molestias sustinebit.  
 Deus ideo dicitur creans mala, quia & pro peccatis nostris immittit flagella.  
 Diuinus sermo sicut mysterijs prudentes exercet, ita superficie simplices resouet.  
 Deo magis placet, qui sibi puras quam qui plenas manus præbet.  
 Difficilius arrogantia, quam auro & gemmis caremus.  
 Duplicis peccati reatus est, & non esse sanctus quod crederis, & simulare quod sanctus sis.  
 Dum iniusti sequuntur, iusti purgantur.  
 Difficillimum est hominem seipsum uincere.  
 Diuturna quies uitij alimenta ministrat.  
 Dapsilis & largus cunctis placet mortalibus.  
 Dimidium facti perfectum dicere noli.  
 Discere semper habet, qui Christum uult imitari.  
 Doctrinæ uerba paucis profunt sine factis.  
 De rebus dubijs noli contendere uerbis.  
 Discordes reuoca, fautor merentibus insta.  
 Diuitiæ ueræ sunt uirtutum bona quæq;  
 Diues dicendus cui paruus suppetit usus.

## E

**E**Xcelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.  
 Expecta Dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.  
 Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in unum.  
 Ex abundantia cordis os loquitur.  
 Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.  
 Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est.  
 Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis.  
 Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis.  
 Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.  
 Execratio peccatori cultura Dei.  
 Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam, qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.  
 Est uia quæ uidetur homini iusta, nouissima autem eius deducunt ad mortem.  
 Equus paratur ad bellum, sed à Domino uictoria datur.  
 Ex studijs suis agnoscitur puer.  
 Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam.

Esto

Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ, dicit Deus omnipotens.  
 Emendemus in melius, quod ignoranter peccauimus.  
 Ebrietas & crapula omni Christiano est detestanda.  
 Escarum copia carnem incendit ad desideria noxia.  
 Eleemosynam illam Deus execratur, quæ ex rapina præbetur.  
 Erubescere malum sapientiæ est, erubescere uerò bonum fatuitatis.  
 Errat facillimè, qui non curat quo rectius pergat.  
 Egens equè est is qui non satis habet, & is cui copia nulla sufficit.  
 Eadem uelle & eadem nolle, ea demum firma amicitia est.  
 Eo tempore quisq; incipit malus esse, quo potest bonus fieri.  
 Ex alieno periculo sapiens se corrigit & emendat.  
 Effectum precibus tribuit pro uita precantis.  
 Egregius doctor faciens bona, quæ docet ipse.  
 Eloquium sanctum preciosum fit super aurum.  
 Esse Deo proprium cunctis est iure sciendum.  
 Expers doctrinæ tenebras patietur ubiq;  
 Electi pauci, multi sunt uerò uocati.  
 Est quasi uas uacuum, cui cura deest animarum.

## F

**F**idelis Dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.  
 Firmamentum est Dominus timentibus eum.  
 Flumen Dei repletum est aquis.  
 Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.  
 Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.  
 Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam diuitem intrare in regnum Dei.  
 Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.  
 Fur non uenit nisi ut furetur & maciet & perdat.  
 Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam.  
 Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. (thium.  
 Fauus stillas labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara quasi absinthium.  
 Fallax gratia & uana est pulchritudo, mulier timens Deum, ipsa laudabitur.  
 Flagellat Deus omnem filium quem recipit.  
 Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis.  
 Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absq; terrore erit.  
 Fiducia magna erit coram Deo eleemosyna omnibus facientibus eam.  
 Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.  
 Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere.  
 Fides sperandarum substantia est rerum, argumentum non apparentium.  
 Fides sine operibus mortua est.  
 Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.  
 Frater si fratrem adiuuat, ambo consolabuntur.  
 Febris corporis calor, febris uerò animi est auaritia & libido.  
 Fortissimum ieiunium est panis & aqua.  
 Flagellum Dei tunc diluit culpam, cum mutauerit uitam.  
 Fraudem Deo facere uidetur, qui proposito spiritualis uitæ relicto ad seculum reuertitur.  
 Futura prouidere specialiter pertinet ad illos, quibus cura commissa est super alios.  
 Frigus & fames simplici uestitu ciboq; expelli potest.  
 Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autem ipsa etiam lux tenebrosa efficitur.  
 Formam mulieris non animus prius quam corporis oculus concupiscit.  
 Frequenter superant prosperitate, qui superari non poterant aduersitate.  
 Fortitudo iustorum est carnem uincere, delectationem uitæ presentis extinguere.  
 Fortitudo reproborum est, transitoria sine cessatione dilgere, contra flagella conditoris insensibiliter perdurare.  
 Formidari diabolus non debet, qui nihil nisi permissus ualet.  
 Frustra niti, nec aliud se fatigando, nisi odium querere, extreme dementiæ est.  
 Frustra pro salute corporis laboratur, nisi salus animæ obtineatur.  
 Facilius sacculos, quam nosmetipsos abnegamus.  
 Fidelius & gratius obsequium est, quod amore magis quam metu geritur.  
 Ferreas mentes libido domat.

Bedæ. tom. 2.

B 2

Flammæ

Flammæ inextinguibili quandoque tradetur, qui hic auaritiæ & malitiæ suæ incendiâ extinguit.  
 Facilis uenia huic est danda, qui non peccat ex industria. (re neglecta.)  
 Fortior est qui cupiditates, quam qui hostes subijcit.  
 Peror atq; inquietus linguam semper litigijs exercens cani comparatur.  
 Fornicatur à Domino, quando adultèrinis cogitationibus ab eius amore casto deusamus.  
 Fœdis immundisq; libidinibus deditus, sordidè suis uoluptatem imitatur.  
 Facile offendit qui non optimis, sed pessimis placere cupit.  
 Fortia gesta tuæ ne demonstres citò uitæ.  
 Felix qui requiem poterit captare perennem.  
 Felices oculi qui cernunt gaudia cœli.  
 Ferrea mens dictis crebrò superatur iniquis.  
 Fructibus ex proprijs arbor cognoscitur omnis.  
 Finis præcepti constat dilectio Christi.

## G

**G**litate & uidete quoniam suavis est Dominus; beatus uir qui sperat in eo.  
 Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.  
 Gratiam & gloriam dabit Dominus.  
 Generatio rectorum benedicetur.  
 Gaudium erit in cœlo super uno peccatore poenitentiam agente, quâ super nonaginta nouè iu-  
 stis, qui non indigent poenitentia.  
 Graue est saxum & onerosa harena, sed ira stulti utroq; grauior.  
 Gloria patris filius sapiens est.  
 Gloria & honor & pax omni operanti bonum, Iudeo primum & Græco.  
 Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra.  
 Gemina dilectio homines facit proximos Deo.  
 Grandis offensa nolle placare, quem offenderis.  
 Grandis ecclesiæ destructio neglecta cœnobiorum prouisio.  
 Gestu corporis habitus demonstratur mentis.  
 Gladius utraq; parte acutus est uerbum Dei, penetrans animam & corpus.  
 Grauisimum inimicitia genus, labijs benedicere, & corde maledicere.  
 Gloriarî & superbire pro temporalibus commodis, indicium est animi insipientis.  
 Gloriosus est iniuriam tacendo tolerare quam respondendo uindicare.  
 Gaudia integra nusquam sunt in terra.  
 Gulæ & luxuriæ deditus, comparatur iumentis insipientibus.  
 Gratis à Deo data, gratis etiam sunt hominibus danda.  
 Grauis animus dubiam non habet sententiam.  
 Graue est peccatum, unde aliquis peccandi sumit exemplum.  
 Generalia commoda nemo facere debet sibi propria.  
 Grata Deo dona fert, qui frangit mala uota.  
 Gaudens in Domino, gustat suauissima mella.  
 Grande scelus grandi studio debet superari.  
 Gloria mundana nullis est prorsus amanda.  
 Gratia sola Dei quos uult facit alta mereri.

## H

**H**omo sicut foenum, dies eius tanquam flos agri.  
 Homo cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.  
 Homo uanitati similis factus est: dies eius sicut umbra prætereunt.  
 Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo.  
 Homo uidet in facie, Deus autem intuetur cor.  
 Hereditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.  
 Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus.  
 Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis.  
 Hilarem datorem diligit Deus.  
 Hora est iam nos de somno surgere.  
 Homo nascitur ad laborem, auis ad uolatum.  
 Hereticum hominem post unam & secundam correptionem deuita.  
 Horrendum est incidere in manus Dei.  
 Humanum est peccare, diabolicum uerò est perseuerare.  
 Hoc studio conuertî quisq; debet ad bona, quo operatus est mala.  
 Hæreat iugiter in malis, conuersus faciat idem in bonis.  
 Honestas & sobrietas in cunctis rebus sunt appetendæ.

Honor

Honor Deo exhibitus, exhibentes æterna gloria dignos facit.  
 Honorem & imperium si uis habere, dabo tibi magnum, impera tibi.  
 Honorare parentes, ad omnes pertinet homines.  
 Humilibus & fidelibus diuina legis mysteria patent, superbis autem & infidelibus latent.  
 Hoc est funditus à malo recedere, ex amore Dei iam nolle peccare.  
 Homines plusquam Deum timere, non est religionis Christiana.  
 Hæres & propinquus est spiritalis amicus.  
 Hactenus extremi fiunt sepissime primi.  
 Hos quos lesisti, citius placare memento.  
 Horrida bella gerit, qui pacis fœdera spernit.  
 Hostem per Dominum, sed & in se dilige charum.  
 Heu quam rara fides reperitur nunc apud omnes.

## I

**I**nitium sapientia timor Domini.  
 Intellectus bonus omnibus facientibus eum.  
 Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.  
 In circuitu impij ambulat.  
 Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.  
 In Deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.  
 Immittit angelos Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.  
 Iudicia Domini uera iustificata in semetipsa.  
 Iustus ut palma florebit, ut cedrus libani multiplicabitur.  
 In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.  
 Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.  
 In patientia uestra possidebitis animas uestras.  
 Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usq; ad perfectam diem.  
 Iudicium durissimum in his qui præsumunt fiet.  
 Impius cum in profundum peccatorum uenerit, contemnet.  
 In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.  
 Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.  
 Infernus & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum.  
 Inter superbos semper iurgia sunt, qui autem cuncta agunt consilio, reguntur sapientia.  
 In omnibus operibus tuis memorare nouissima, & in æternum non peccabis.  
 Iustus ex fide uiuit.  
 In sine hominis denudatio operum eius.  
 In die bonorum ne immemor sis malorum.  
 Initium omnis peccati superbia.  
 In desiderijs est omnis ociosus.  
 In multiloquio non deerit peccatum.  
 In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.  
 In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.  
 In hoc ipso peccat homo, quod peccare uellet, si inultè potuisset.  
 Intenta supplicatio dormire cor mundum uetat.  
 Inuocandus est Deus iugiter, ut uoluntatem simul & facultatem bene agendi nobis præstare dignetur.  
 Ideo omnes diabolicae tentationis molestias pati permittimur, ut omnibus easdem molestias patientibus compati & condolare sciamus.  
 Iter longum agentes maiori prouidentia indigent, quam propè proficiscentes.  
 Ita & monachi iugiter Deo seruietes, magis egent prouideri, quam ceteri liberè uiuentes.  
 Infinito labori finitus quantuscunq; sit comparari nequit.  
 Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.  
 Infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia.  
 Initium bonorum confessio est malorum.  
 In cassum caro affligitur, si mens uoluptatibus non reluctatur.  
 Iusti uocabulum non amittit, qui per poenitentiam semper resurgit.  
 Innocentia uera est, quæ nec sibi nec alijs nocet.  
 Ieiunium non est perfecta uirtus, sed multarum uirtutum fundamentum.  
 Iustitia humana tã fragilis est, ut potius remissione peccatorum cõstet, quã perfectione uirtutum.  
 Iracundus cum irasci desierit, tunc sibi met maxime irascitur.  
 Iracundus etiam si mortuum suscitaret, nulli placet.  
 Infeliciores sunt mali cum cupita perfecerint, quam si ea quæ cupiunt implere non possent.  
 Infeliciores sunt qui faciunt, quam qui patiuntur iniuriam.

Bedæ. tom. 2.

B 3

Ignis

Ignis concupiscentiæ carnalis quanto diutius ardere permittitur, tanto difficilior extinguitur,  
 Ingratus unus multis miseris nocet.  
 Inopî beneficium bis dat, qui dat celeriter.  
 Inopie paria, auaritiæ desunt omnia.  
 Inimicos diligere graue quidem est præceptum, sed grande præmium.  
 Improuidus miles fortem se in pace gloriatur.  
 Illis dimittuntur minima, qui maiora districte fleuerunt peccata.  
 Iugiter attendendum, quanta Dei gratia sic nobiscum.  
 In malis sperare bona, nemo nisi innocens solet.  
 In multis frustra laborat, qui sua magis quam se ipsum Deo offerre studet.  
 In uanum laborat, qui cæcum honorat.  
 Iniuriam magnam creatori facit, qui creaturam ullam plus quam illum diligit.  
 Imperat aut seruit collecta pecunia cuiq.  
 Inuidus alterius marcescit rebus opimis.  
 Impeditira animum ne possit cernere uerum.  
 Impia queq; studens, nequit in Christo fore prudens.  
 Inuidiæ plenum super omnes constat egenus.  
 Indurare Dei nihil aliud est, nisi non misereri.  
 Incastrata caro gustat cœlestia rarior.  
 Inter epulas difficile seruatur castitas.  
 Infirmi pene omnes se quidem ab alijs tolerari uolunt, ipsi uero alios tolerare renuunt.  
 Infirmitas carnis si patienter sustineatur, est quasi purgatorius ignis.  
 Illos expectat gloria, qui laboriosa gerunt certamina.

## K

**K**aritas non est ab ullo extorquenda, sed cum beneficijs exquirenda.  
 Karitas patiens est, benigna est.  
 Karitas operit multitudinem peccatorum.  
 Karos nemo suos Christo præponere debet.

## L

**L**ætetur cor quærentium Dominum.  
 Lex Domini immaculata, conuertens animas.  
 Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in Domino, & laudabuntur omnes recti cordis.  
 Lux orta est iusto, & rectis corde latitia.  
 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput auguli.  
 Labores manuum tuarum qui manducabis, beatus es & bene tibi erit.  
 Lata & spaciota uia est, que ducit ad mortem.  
 Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem meum  
 qui in cœlis est.  
 Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.  
 Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum.  
 Leo rugiens & rursus esuriens princeps impius super populum pauperem.  
 Lingua sapientium ornat scientiam.  
 Lampas contempta apud cogitationes diuitum parata est ad tempus statutum.  
 Lingua placabilis lignum uitæ.  
 Litera occidit, spiritus autem uiuificat.  
 Laudet te alienus, & non os tuum.  
 Loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.  
 Lingua si non restringitur, nequaquam ubi cecidit iacet, sed semper ad deteriora labitur.  
 Lupus adueniens indicat, quo animo quilibet pastor super gregis custodiam stabat.  
 Lucerna corporis est oculus, lux autem mentis sapientia spiritualis.  
 Lachrymæ ueniam non postulant, sed merentur.  
 Laudis humanæ auidus, diuinæ retributionis respuit munus.  
 Labor improbus omnia uincit.  
 Læta magis quam tristitia quosdam homines corrumpunt.  
 Labor assiduus carnales deprimit æstus.  
 Liber est dicendus, in quo nullum regnat uitium.  
 Longo usu discendum est, quid cuiq; loqui uel tacere conueniat.  
 Lucrum turpe ut dispendium fugio.  
 Leuis atq; inconstans nihil aurbus differt.  
 Licet multis uita tua placeat, tibi placere non debet.

Lucrum

Lucrum sine damno alterius fieri non potest.  
 Libidinis impetus abstinentiæ expellit uirtus.  
 Latentem superbiam nil magis cõprimit, quã culpa patens.  
 Lasciuus iuuenis eget, ut crebro moneatur.  
 Leges antiquas ne transgrediendo resoluas.  
 Laudat rite Deum, qui uere diligit illum.  
 Laude manet dignus, qui nititur esse benignus.  
 Lumbos præcingit, qui carnis uota restringit.  
 Languor insolitus insolitum etiam quærit medicinæ genus.

## M

**M**agnus Dominus noster, & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.  
 Mirabilis Deus in sanctis suis.  
 Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.  
 Misericordia Domini plena est terra.  
 Magna opera Domini, exquisita in omnes uoluntates eius.  
 Misericordia Domini ab æterno, & usq; in æternum super timentes eum.  
 Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & tribuet.  
 Misericordiam & ueritatem diligit Deus.  
 Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.  
 Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.  
 Misericors & misericors Deus, patiens & multum misericors.  
 Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquent.  
 Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.  
 Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.  
 Mercenarius uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit.  
 Melior est obedientia, quam uictima.  
 Meliora sunt uulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.  
 Melior est patiens uiro forte: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.  
 Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena uictimis cum iurgio.  
 Musica in luctu, importuna narratio.  
 Melior est iniquitas uiri quam benefaciens mulier.  
 Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis.  
 Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij.  
 Melius est a sapiente corripit, quam stultorum adulatione decipi.  
 Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescit.  
 Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ.  
 Militia est uita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius.  
 Mors & uita in manibus lingue.  
 Multum ualet deprecatio iusti assidua.  
 Modicum fermentum totam massam corrumpit.  
 Mundus transit, & concupiscentia eius: qui autem facit uoluntatem Dei, manet in æternum.  
 Melius est non habere quod tribuas, quam impudenter petere quod des.  
 Melius est bene uinci, quam male uincere.  
 Melius est prius facere quod euenit, quam postea mali facti pœnitentis.  
 Mendacium non est, cum de rebus insensibilibus quasi de sensibilibus mysticè loquitur.  
 Mirandum simul & dolendū, quod plures quasi religiosi à cibis quibusdã abstinentes, mox quasi  
 scelerati pessima quæq; agere omni modo student.  
 Mirandum dolendumq; nihilominus & illud, quod plurimi simulantes se pro peccatorum ue-  
 nia uisitare sancta & procul posita loca, cum fuerint reuersi multo peiores fiunt quam antea.  
 Mores & studia rectorum & subiectorum qualitate inspiciuntur.  
 Maiora crimina & tardè credenda sunt cū audiuntur, & citius puniēda cū ueraciter agnoscuntur.  
 Melius est rusticitatem habere sanctam, quam eloquentiam peccatricem.  
 Mollis & dissolutus non uir, sed mulier est dicendus.  
 Mulier dans operam uirtuti, uir potest dici.  
 Melius est facere diuortium cum homine, quam cum Deo.  
 Manus pauperis, gazophylacium Christi est.  
 Male sabbatum celebrat, qui à bonis operibus uacat.  
 Magna pars intelligentiæ scire quid nescias.  
 Magna securitas est cordis, aliena non appetere.  
 Militis cuiuslibet fortitudo non agnoscitur, nisi in bello.  
 Mala mors putanda non est, quam bona uita præcessit.  
 Malus ubi se simulat bonum, ibi est pessimus.

B 4

Male

Male imperando summum imperium amittitur.  
 Mala conscientia nusquam requiescit secunda.  
 Mortuus huic mundo, nil scit nisi uiuere Christo.  
 Magnum certamen iuuenilem uincere carnem.  
 Maxima fit pestis, cum pastor erit puerilis.  
 Mens leuis ac fragilis cito perfert scandala carnis.  
 Mens assueta malis, uix eripietur ab illis.  
 Mors & perditio dicenda est cæca libido.  
 Maxime quærendum, quod semper erit retinendum.

## N

**N**on uia Domini iustorum, & iter impiorum peribit.  
 Noli emulari in eo, qui prosperatur in uia sua, in homine faciente iniusticias.  
 Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.  
 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere.  
 Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam.  
 Non saluatur rex per multam uirtutem.  
 Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.  
 Nemo bonus nisi solus Deus.  
 Non in solo pane uiuet homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei.  
 Non est opus sanis medicus, sed male habentibus.  
 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.  
 Nemo potest duobus dominis seruire.  
 Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.  
 Necessè est ut uentiant scandala, uæ autem homini illi per quem scandalum uenit.  
 Non est discipulus super magistrum.  
 Nihil opertum, quod non reuelatur: & occultum, quod non sciatur.  
 Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei.  
 Ne tardes conuerti ad Dominum.  
 Non est speciosa laus in ore peccatoris.  
 Noli negligere disciplinam Domini, & ne fatigeris cum ab eo argueris.  
 Noli arguere derisorè, ne oderit te: argue sapientem, & diligit te.  
 Non est homo iustus super terram, qui facit bonum, & non peccet.  
 Nouit iustus animas iumentorum suorum, uiscera autem impiorum crudelia.  
 Non agnoscitur in bonis amicus, nec absconditur in malis inimicus.  
 Ne coram cæco ponas offendiculum.  
 Non uult Deus mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.  
 Nihil in terra fit sine causa.  
 Nouit Dominus qui sunt eius.  
 Non solum rei sunt qui faciunt mala, sed qui consentiunt facientibus.  
 Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit.  
 Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.  
 Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.  
 Nolite mirari si odit uos mundus.  
 Nemo quod suum est quarat, sed quod alterius tantummodo.  
 Non diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate.  
 Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iusticiam, acceptus est illi.  
 Nihil infelicius felicitate peccantium.  
 Nitens cutis sordidum demonstrat animum.  
 Non est secunda lætitia in diuinis paginis multa cognoscere, sed cognita custodire.  
 Nosse & posse bona prius incognita atque impossibilia, demonstrat gratiæ superne dona.  
 Nil est tam facile, quod non fiat difficile, si inuitus facias.  
 Nemo in alium priusquam in se ipsum peccat.  
 Nunquam Deus mentem deserit, quæ peccata sua ueraciter agnoscit.  
 Nescit penè quid labor sit, qui nunquam circa spirituales nequitias certare studuit.  
 Negligentia & ociositas hominem trahunt ad interitum.  
 Nisi quis in fide & spe fundatus fuerit, ad charitatis uerè cultum non ascendit.  
 Nulli uel male uel bene contingit propter se solum, sed ut simul alij corrigantur aut consolentur per illum.  
 Nequitia diaboli qualis in Iob fuisse legitur, talis in omnes homines erit, si tantum permittatur.  
 Nemo in ecclesia amplius nocet, quam qui per uerè agens regimen tenet,

Non

Non multitudo peccatorum, sed impietas hominem ducit ad desperationem.  
 Non est in hominis potestate uita illius.  
 Nil cuiquam proderit estimari sanctus, cum non sit.  
 Nil petas quod negaturus es.  
 Nimis dolenda præsumptio, quod ea mala facere præsumunt Christiani, quæ execratur pagani.  
 Nam Christiani Dei sui sanctorum que suorum destruunt monasteria, pagani autem sua uenerantur idola.  
 Non uiuas aliter in solitudine, aliter in foro.  
 Nil scire uel curare, hoc est mortuum uiuere.  
 Negat sibi ipse, qui quod difficile est petit.  
 Nulli imponas, quod ipse pati non possis.  
 Nemo periculosius peccat quam qui peccata defendit.  
 Nemo nobilis nisi quem nobilitat uirtus.  
 Nisi quis timorem amoremque Dei ante se iugiter ponat, citò in aliquod peccatum labitur.  
 Nemo se satis metiri præualeat, nisi alterum consideret.  
 Nil magnum est in rebus humanis nisi animus magna despiciens.  
 Non homo non aurum poterunt dare quæque beatum, sed uirtute Dei consistit uita beati.  
 Nil peccant oculi, si mens uelit his dominari.  
 Non poterit dici quam multa sit ars inimici.  
 Nil credas actum, cum quicquam restat agendum.  
 Nil prodest didicisse bonum, nisi feceris illud.  
 Ne tardare uelis, si quem conuertere possis.  
 Non est multa sciens laudandus, sed bene uiuens.  
 Nisus stultorum par semper amat socorum.

## O

**O**culi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum.  
 Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.  
 Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis.  
 Omnia quæcumque uoluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.  
 Omne regnum in seipso diuisum desolabitur.  
 Omnis plantatio quam non plantabit pater cælestis, eradicabitur.  
 Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.  
 Omnis qui petit, accipit: & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur.  
 Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.  
 Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.  
 Omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.  
 Omne peccatum & blasphemiam reuertetur hominibus, spiritus autem blasphemiam non remittetur.  
 Orate ne fuga uestra fiat hyeme uel sabbato.  
 Omnia possibilis sunt credenti.  
 Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo ut uias tuas dirigat.  
 Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso uita procedit.  
 Omni negotio tempus est, & opportunitas.  
 Omnia fac cum consilio, & post factum non poenitebis.  
 Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper.  
 Odium suscitatur rixas, & uniuersa delicta operit charitas.  
 Omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis pro ut uult.  
 Omne quodcumque factis in uerbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu, gratias agentes Deo & patri per ipsum.  
 Omnes unanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles.  
 Omne gaudium existimate cum in tentationes uarias incideritis.  
 Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.  
 Obedire oportet Deo magis quam hominibus.  
 Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.  
 Oculi non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentiibus se.  
 Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum.  
 Omnia licent, sed non omnia expediunt.  
 Omnis infidelium uita, peccatum est.  
 Ociositas inimica est animæ.  
 Omnis dies uelut ultimus tractandus est.  
 Ociosum uerbum est, quod aut ratione iuste necessitatis, aut intentione pie utilitatis caret.

Obsequium

Obsequium amicos, ueritas odium parit.  
 Occasiones deesse non possunt perituris.  
 Omnino errat, qui per pacem & ocium se assequi triumphum putat.  
 Omnis diuina percussio aut purgatio est uitæ presentis, aut initium pœnæ sequentis.  
 Oratione continua superantur uitia.  
 Opere melius quam uerbis Deus laudatur & prædicatur.  
 Oculi petulantes cordis luxuriosi sunt proditores.  
 Occultæ & iugiter perpetratæ culpæ merentur, ut reges pastoresq; peruersi constituantur.  
 Omnia fidei argumenta à præteritis rebus sunt assumenda.  
 Omne quod est iustum, merito dici ualet unum.  
 Orandum semper, ne seducamur ab hoste.  
 Omni prælato subiectus sis quasi Christo.  
 O quantis curis mens indiget omnibus horis.  
 Os quod mentitur, animam iugulare refertur.

## P

**P**rope est Dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate.  
 Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.  
 Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.  
 Patientia pauperum non peribit in finem.  
 Petite, & dabitur uobis: quarite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.  
 Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius.  
 Potens est Deus de lapidibus suscitare filios Abrahamæ.  
 Percute filium tuum uirga, & liberabis animam eius à morte.  
 Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plage apud stultum.  
 Peruersi difficile corriguntur.  
 Princeps qui libenter audit uerba mendacij, omnes ministros habet impios.  
 Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.  
 Pondus & pondus, mensura & mensura: utrunq; abominabile est ante Deum.  
 Probata uirtus corripit insipientes.  
 Propter peccata populi regnare facit Dominus hypocritam.  
 Peccator uel puer centum annorum maledictus erit.  
 Pugnabit orbis terrarum contra infensatos.  
 Post concupiscentias tuas non eas.  
 Probate spiritus, si ex Deo sint.  
 Prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, uita & pax.  
 Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis.  
 Plenitudo legis est dilectio.  
 Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.  
 Peccantes coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant.  
 Positi in delicijs attendere nequeunt, quanta sit pœna perennnis.  
 Pax uera est dicenda, cum spiritus & caro conueniunt omni modo.  
 Pacificus homo filius Dei meretur uocari.  
 Parentes in tantum diligendi sunt & honorandi, quantum illi subiecti sunt summo patri.  
 Prælati ac senioribus suis inobediens, meretur ut si ipse prælatus fuerit aliquibus, ab eis eadem patiatur.  
 Pastor qui libet fugit, cum subiectis solacium subtrahit, aut iniusticiam uidens non contradicit.  
 Par supplicium subibunt, qui pariter peccauerunt.  
 Pœnitentia uera est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare.  
 Publica culpa, publica etiam indiget pœnitentia.  
 Pœnas grauissimas quandoq; sunt passuri, qui nō pro sceleribus suis renuunt parua flagella pati.  
 Plenus uenter facile disputat de ieiunijs.  
 Perfectum odium est, quod nec iusticia nec ratione caret.  
 Peccatum peccato adijcitur, cum id quod nequiter gestum est, nequiter etiam defenditur.  
 Probatio bonæ uoluntatis, nolle peccare cum possis.  
 Prouidendū est cunctis pro Dei amore licita relinquentibus, ne tepide uiuētes ad illicita corruāt.  
 Pro qualitate audientium formari debet sermo doctorum.  
 Præuis moribus semper grauis est uita bonorum.  
 Peccata quædam animam polluunt, quædam uerò extinguunt.  
 Priusquam promittas delibera, ne post promissa minime expleta mendax dicaris.  
 Periculum nunquam sine periculo uincitur.  
 Prudentia rerum exitus metitur.

Plus

Plus sunt laudandi benefacientes quàm benedicentes.  
 Pecunia tunc fit preciosa, cum pro Dei amore translata in alios desinit possideri.  
 Plurimi infamiam, pauci uerò uerentur reatus conscientiam.  
 Pacem cum hominibus habeas, bellum cum uitijs.  
 Pecuniæ imperare oportet, non seruire.  
 Paupertas animæ maior quàm corporis extat.  
 Peccans quotidie studeat mox se reparare.  
 Perfectus miles pensat sapissimè uires.  
 Peruersæ menti sua culpa est maxima pœna.  
 Præceps ad risum, præceps quoq; fertur ad iram.  
 Promptus uel facilis ad risus schemata nescit.  
 Pluribus intentus minor est ad singula sensus.  
 Præfens uita breuis, sed uita futura perennis.

## Q

**Q**uam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde.  
 Quarite Dominum, & confirmamini: quarite faciem eius semper.  
 Quarite Dominum, & uiuet anima uestra.  
 Qui timetis Dominum, laudate eum.  
 Qui diligitis Dominum, odite malum.  
 Quomodo miseretur pater, filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognoscit uisum nostrum.  
 Qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem à Domino.  
 Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra.  
 Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.  
 Quarite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijciantur uobis.  
 Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.  
 Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.  
 Qui est ex Deo, uerba Dei audit.  
 Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur.  
 Quam dabit homo commutationem pro anima sua.  
 Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit gehennæ ignis.  
 Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternā custodit eam.  
 Quod Deus coniunxit, homo non separet.  
 Qui infidelis est in minimo, & in maiori infidelis est.  
 Quali scelus idolatriæ est, Deo nolle acquiescere.  
 Quarite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.  
 Qui sequitur iustitiam, diligitur à Domino.  
 Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.  
 Qui diligit disciplinam, diligit & sapientiam.  
 Qui offert sacrificium ex subitantiâ pauperis, quasi qui uicimat filium in conspectu patris sui.  
 Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.  
 Quali tempestas impius pertranlit.  
 Quæ non congregas in iuuentute, quomodo ea habere poteris in senectute.  
 Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.  
 Qui iratri suo parat foueam, ipse incidet in illam.  
 Qui modica spernit paulatim decidet.  
 Qui sibi nequam est, cui bonus erit.  
 Quodcumq; potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus nec ratio nec sapientia erūs apud inferos, quo tu properas.  
 Qui parcat uirgæ, odit filium.  
 Qui timent Deum, non erunt incredibiles uerbo illius.  
 Qui mollis & dissolutus est opere suo, frater est sua opera dissipantis.  
 Quod timet impius, ueniet super eum.  
 Qualis rector est ciuitatis, tales inhabitantes.  
 Qui custodit os suum, custodit & animam suam.  
 Qui obdurat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.  
 Qui docet fatuum, quasi qui glutinat testam.  
 Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.  
 Qui in uno offendit, multa bona perdit.  
 Quanto magnus es, humilia te in omnibus,

Qui

Qui timet pruina, ueniet super eos nix.  
 Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium.  
 Quicumque uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.  
 Qui se existimat stare, uideat ne cadat.  
 Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.  
 Qui conuertit fecerit peccatorem ab errore uitæ suæ, saluabit animam eius à morte.  
 Qui non manducat, manducantem non iudicet.  
 Qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.  
 Quicumque spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei.  
 Qui uiderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauerit uiscera sua, quomodo charitas Dei manet in eo.  
 Qui parcè seminat, parcè & metet.  
 Qui gloriatur, in Domino gloriatur.  
 Quanto altior gradus, tanto profundior casus.  
 Quod tibi non uis fieri, alij ne feceris.  
 Qui ignorat, ignorabitur.  
 Qualis sit quilibet pastor, lupus adueniens indicat.  
 Qualis apud se quisque lateat, illata contumelia probat.  
 Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si inuidia sumus liuidi.  
 Quid uirtutis habet uinum non bibere, & ira atque odio inebriari.  
 Quid prodest attenuari corpus abstinentia, si animus intumescat superbia.  
 Quali in sacculum pertusum res suas ingerit, qui & bona aliqua agit, & tamē nulla prauitatis solita studia deserit.  
 Qui se meminit illicita plurima perpetrasse, debet etiam pro pœnitentia à licitis abstinere.  
 Quisquis cogitat quid Deo uoueat, se ipsum uoueat & reddat.  
 Quantum bonum habeat sanitas, ostendit infirmitas.  
 Qui succurrere perituro potest, si non succurrat, reus mortis eius erit.  
 Qui uerbis lenibus potest corrigi, non debet increpatione exasperari.  
 Qui casti perseverant & uirgines, angelis Dei efficiuntur æquales.  
 Quisquis iugiter tractat ut bona aliqua faciat, sine intermissione orat.  
 Quæcunque mensuram excedunt, dæmonia suggerunt.  
 Quantum quis in humilitate & castitate profecerit, tantum Deo appropinquabit.  
 Quod omni modo necesse est pati, patienter sustine.  
 Quæ facere turpe est, etiam dicere turpe est.  
 Quanto mens sit diuisa ad multa opera, sit minor ad singula.  
 Quæ modo quisque legit, hæc habiturus erit, seu bona siue mala semper habebit ea.  
 Quousque homini non displicent mala à se facta, regnant in eo uicia.  
 Qui nunquam didicit subesse, nulli potest rite præesse.  
 Quid infelicius quam conspecta felicitate aliorum affici.  
 Quod unusquisque non expertus est in semetipso, difficile credit in alio.  
 Quis diues? qui nil cupit, & quis pauper? auarus.  
 Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet.  
 Quid stulti proprium? non posse & uelle nocere.  
 Quod prudentis opus? cum possit nolle nocere.  
 Quam prope sit litus, in corde maris labyrinthus.  
 Quantum plus ualeas, tantum summittere Christo.  
 Qui tibi dat multum, de te quoque querit id ipsum.  
 Quam bonus est Dominus cunctis querentibus illum.  
 Quam tenebrosus amor quo lucis spernitur auctor.

## R

Regnum tuum Domine, regnum omnium seculorum.  
 Rectos decet laudatio.  
 Redimet Dominus animas seruorum suorum, & non delinquet omnes qui sperant in eo.  
 Reuela Domino uitam tuam, & spera in eum, & ipse faciet.  
 Recte iudicate filij hominum.  
 Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.  
 Risus dolore miscetur, & extrema gaudij iustus occupat.  
 Responso mollis frangit iram.  
 Regnantibus impijs ruina hominum erit.  
 Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.  
 Rex qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.

Rex

Rex iustus erigit terram, uir auarus destruet eam.  
 Regnum à gente in gentem transfertur propter iniusticias.  
 Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusticia & sanctitate ueritatis.  
 Religio munda & immaculata apud Deum patrem hæc est: uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum.  
 Radix omnium malorum, cupiditas.  
 Religiosus homo, si citò irascitur, facile etiam ad pœnitentiam mouetur.  
 Recte iudicare aliena merita non ualet, cui conscientia innocentia propriæ nullam iudicij regulam præbet.  
 Rectius sequitur agnum coniugati humiles, quam uirgines superbientes.  
 Robusti corpore nisi Deo, à quo uires habent, deuotè famulentur, pro hoc pœnas patientur.  
 Referendum est pietati diuinæ, quicquid homo iumentis amplius habet.  
 Regnum Dei tantum ualet, quantum habes.  
 Ruina populi, sacerdotes mali.  
 Ratio humana quot peruersis cogitationibus renititur, tot coronas cœlestes promeretur.  
 Regimen animarum ars est artium.  
 Raptores alienarum rerum, ipsi quandoque rapiuntur ad interitum.  
 Repentinus furor nil rationis recipit.  
 Rebelles diuinæ pietati traduntur diaboli potestati.  
 Res quælibet obscura per similitudinem est explananda.  
 Remissio & lenitas nimia coram Deo reputatur pro crudelitate magna.  
 Reprobi & in hoc seculo fatigantur desiderijs, & in futuro tormentis.  
 Rustica lingua uiri mansuetum cor retinentis, Gratiore est Domino quam lingua perita superbi.  
 Rara fides homini tribuenda est pro dolor omni.  
 Rex pius & iustus studet hoc quod dicitur esse.  
 Regis enim nomen monet ut commissa regantur.  
 Rebus in aduersis ne motus destituaris.

## S

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.  
 Sacrificium Deo spiritus contribulatus.  
 Sit gloria Domini in seculum seculi.  
 Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & usque in seculum.  
 Salus iustorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis.  
 Suauis Dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.  
 Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis: sed non scis unde ueniat, & quo uadat.  
 Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare.  
 Si manus tua uel pes tuus scandalizet te, abscinde illum & proijce abs te.  
 Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam.  
 Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum.  
 Sanctus spiritus disciplina fugiet fictum, & aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.  
 Sapientis oculi in capite eius.  
 Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum.  
 Stultus uerbis non corrigitur.  
 Sapiens cor & intelligibile abstinet se à peccatis.  
 Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplina fugabit eam.  
 Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus equum uoluntas eius.  
 Sapiens ut sol permanet, stultus autem ut luna mutatur.  
 Semel loquitur Deus, & secundo non repetit.  
 Sapientiam omnium antiquorum exquirat sapiens.  
 Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisque.  
 Sapiens uerbis innotescit paucis.  
 Septies cadit iustus, & resurget: impij autem corruent in malum.  
 Sermo durus suscitatur furorem.  
 Somnia extollunt imprudentes.  
 Secura mens quasi iuge conuiuium.  
 Secreta regis celare, bonum est: magnalia autem Dei reuelare, honorificum est.  
 Stultus in risu exultat uocem suam.  
 Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.  
 Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est.

Bedæ tom. 2.

C

Spiritualis



Spiritualis homo diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.  
 Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur.  
 Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum.  
 Sine pœnitentia sunt dona & uocatio Dei.  
 Scientia inflat, charitas ædificat.  
 Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus.  
 Siue uiuimus siue morimur, Domini sumus.  
 Sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligantur errores.  
 Speculator astat desuper, qui nos diebus omnibus actusq; nostros prospicit.  
 Scire Dei, approbare est: nescire uerò, reprobare.  
 Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse uirtutibus.  
 Subiectorum uitia aliquando sunt dissimulanda, sed post hæc quia dissimulabantur indicanda.  
 Satane inuidias euadere, non est uolentis neq; currentis, sed miserentis Dei.  
 Simulatores & callidi prouocant iram Dei.  
 Solitudinem querit, qui cum innocentibus uiuere cupit.  
 Similitudines rerum uariarum ad ædificationem nostram iugiter proponendæ sunt.  
 Sicut canis reuertit ad uomitum suum, sic imprudens stultitiam suam iterat.  
 Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum.  
 Sanctitatis nomen habere sine operibus, nulli prodest.  
 Sapiens est, qui factis plus quam uerbis alios docet.  
 Salus est diuitum, subuenire necessitatibus pauperum.  
 Sagittas contumeliæ uirtus repellit patientiæ.  
 Scorpiones dici possunt, qui bonis quidē in facie nō resistunt, sed mox cum recesserint detrahūt.  
 Semetipsum abnegat, qui relicto carnalis uitæ homine, induit spirituale & nouū hominē, id est  
 Stultum ualde est, si his placere quærimus, quos non placere Deo scimus. (Christum.)  
 Sufficit unicuiq; sic disputare uel dictare, ut intelligatur.  
 Superfluitas tam uerborum quam rerum uitanda est.  
 Sicut ex uarijs floribus colliguntur mella, ita ex uarijs hominib. uirtus quælibet est colligenda.  
 Secularibus literis intentus, sacræ scripturæ arcana capere non potest.  
 Scripturam sacram legens attendere debet quid mysticè uel iuxta literā, quid pro parte uel pro  
 toto dictum sit.  
 Scripturæ sacræ meditatio mentem retrahit à cogitatione noxia.  
 Sicut plurimi cibi nihil profunt absq; sale, ita omnes uirtutes absq; charitate.  
 Sicut fistula absq; inspirante nullum reddit sonum, ita & cor hominis absque inspiratione diuina  
 nullum recipit bonum.  
 Sicut equi cuiuslibet cursus in loco spaciofo, ita & hominis uoluntas probatur in arbitrio dato.  
 Sicut oculi omnium in capite, ita etiam in Christo consistere debet omnis intentio fidelium.  
 Sine sine cruciari meretur, qui nullum peccandi finem in corde suo statuit.  
 Summi principis ministri in primis sunt prouidendi.  
 Sic alijs ignosce, ut tu tibi peccanti illos ignoscere cupis.  
 Sanguis sanguinem tangit, cum peccata peccatis adijciuntur.  
 Superbia sola corrumpit omnia bona.  
 Stulta uota frangenda sunt.  
 Sine doctrina uita est quasi mortis imago.  
 Si ames dici pater & princeps, nomen cum honore serua, moribus imple.  
 Sæpius uentis agitatur ingens pinus, & celsæ turres grauiore casu decidunt.  
 Stantibus & lapsis par sollicitudo tenenda est, his ne retrò cadant, illis ut concite surgant.  
 Sermo datur multis, animi sapientia paucis.  
 Si nequeas plures, uel te solum modo cures.  
 Si quid uouisti Domino, ne reddere tardes.  
 Solius est Domini bona de prauis operari.  
 Semper auarus eget, hunc nulla pecunia replet.  
 Si uis saluari, nil huic prepone salutis.  
 Spiritus est uita, mors carnis philosophia.

## T

TE decet hymnus Deus in Syon, & tibi reddetur uotum in Hierusalem.  
 Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.  
 Tibi Domine derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.  
 Timere Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.  
 Theaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi nec ærugo neq; tinea demolitur, & ubi fures nō effo-  
 diunt nec furantur.

Timor

Timor Domini expellit peccatum.  
 Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autem differt & reseruat in posterum.  
 Tempus omni rei sub cœlo.  
 Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur.  
 Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis.  
 Timentem Deum, bene erit in extremis.  
 Triplex funiculus difficile rumpitur.  
 Tectis fallus non erit impunitus.  
 Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.  
 Turpe est, ut qui nescit tenere moderamina uitæ suæ, iudex fiat aliene.  
 Tanto subtilius quisq; de tenebris iudicat, quanto eum uerius claritas lucis illustrat.  
 Tentator peruigil hos acrioribus pulsat inuidijs, quos maxime uiderit abstinerere à peccatis.  
 Tenax & prodigus nimium, ambo in unum nimietatis confluunt uitium.  
 Timendus est præ cunctis, cuius potestas est super omnes.  
 Tenere nimis mentes asperioribus formandæ sunt studijs.  
 Temperatum omne tam Deo quam hominibus est acceptabile.  
 Tormenta quorundam alijs profunt ad correctionem.  
 Tantum quisq; proximum portat, quantum amat.  
 Tanto peiora sunt uitia, quanto uirtutum specie celantur.  
 Tandiu quis errat in fide, quousq; omnia à Deo inspici & regi diffidit.  
 Tecta odia peiora sunt, quam apta.  
 Tale genus est uitiorum, ut nisi præteritum celeri pœnitentia deleatur, alia exinde orientur.  
 Tales sumus intus, quales nos foris ostendimus.  
 Tacere qui nescit, nescit & loqui.  
 Tacentibus difficile subuenitur, confitētes autem languoris sui qualitatē, facilius recipiēt sanitatem.  
 Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.  
 Tunc te lapsurum formida, cum ruit alter.  
 Tutus erit nunquam, qui suspitione laborat.  
 Tristantur facile, quorum spes extat in imis.  
 Tempestas grandis est indignatio regis.  
 Testis ueridicus uero regi manet aptus.  
 Totus ubiq; manens, tota est uirtute colendus.  
 Timor Dei & oratio assidua, hominem uolare faciunt ad cœlestia.  
 Tolerabilis mundi mala suscipimus, si contra hæc præscientiæ clypeo munimur.  
 Tepidè uiuentes Christiani, difficiliter corriguntur quam pagani.

## V

VNiuerse uia Dñi misericordia & ueritas requirentibus, testamentum eius, & testimonia eius;  
 Vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.  
 Veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam,  
 Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.  
 Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.  
 Vana salus hominis.  
 Viriliter agite, & confortetur cor uestrum omnes qui speratis in Domino.  
 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.  
 Vir linguosus non dirigetur in terra.  
 Virum iniustum mala capient in interitum.  
 Vgubis qui decimatis mentem & anetū, & cum inum, & quæ maiora sunt reliquistis, id est mis-  
 ricordiam & iudicium.  
 Vigilare & orare ne intretis in tentationem.  
 Vigilate omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere, quæ uentura sunt.  
 Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.  
 Vnaquæq; arbor ex fructu suo cognoscitur.  
 Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi.  
 Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei.  
 Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.  
 Vinum apostatare facit etiam sapientes.  
 Væ ciuitati cuius rex iuuenis est, & cuius principes mane comedunt.  
 Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia.  
 Vir iracundus prouocat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas.  
 Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.  
 Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum.  
 Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.

Bedæ, tom. 2.

C 2

Vla

Vita impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant.  
 Vita carniam, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.  
 Vita uitæ custodienti disciplinam, qui autem increpationes relinquit, errat.  
 Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.  
 Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.  
 Vnus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium.  
 Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.  
 Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatem.  
 Virtus in infirmitate perficitur.  
 Verbum bonum super datum optimum.  
 Vir duplex animo, inconstans est in omnibus uis suis.  
 Vbi spiritus Domini, ibi libertas.  
 Vbi est charitas & dilectio, ibi sanctorum congregatio.  
 Voluntas integra benefaciendi, à Deo reputabitur pro opere beneficij.  
 Vera discretio non nisi uera humilitate acquiritur.  
 Voluptas omnis ad instar apum, ubi grata mella fudit, morfu corda ferit.  
 Vehementior est animi quam corporis febris.  
 Virtutis fructum sapiens in conscientia, minus perfectus ponit in gloria.  
 Vigilat qui ad aspectum ueriluminis mentis oculos apertos tenet.  
 Victus ab uno quolibet uitio citò labitur in alia.  
 Virtus semper inuidia pater.  
 Vanæ gloriæ sectator ei qui semina sua uento dispergenda committit, assimilatur.  
 Valens retinere sanitatem, nullius despiciat uel irrideat infirmitatem.  
 Vitanda est superbia, quæ & angelos decepit, & uirtutes omnes destruit.  
 Vitia prius extirpanda sunt in homine, deinde uirtutes inferendæ.  
 Virgines & monachi sic temperent ieiunium, ut semper fortes sint ad Dei seruitium.  
 Voluptas habet pœnam, & necessitas parit coronam.  
 Vnaquæq; uirtus tanto minor est, quanto defunt cetera.  
 Vbi non est timor Dei, ibi regnum peccati.  
 Vnde bonus proficit, inde inuidus tabescit.  
 Vitij dediti, non possunt uirtutibus ditari.  
 Ut uolunt reges, ita ualent leges.  
 Valde imperitus est medicus, qui nulla nisi lenia medicamina dare nouit.  
 Ultra modum sunt delicati, qui nulla aduersa uolunt pati.  
 Verecundiam abijciens, omnes simul uirtutes abiecit.  
 Vix quisquam in bonum transit, nisi ex malo.  
 Variam dant ocia mentem.  
 Vtilius argentum est auro, uirtutibus aurum.  
 Viuere si recte nescis, decede peritis.  
 Utilitatis amor citò suadet, quid sit agendum.  
 Utilitas grandis latet in rebus quoq; paruis.  
 Virtutes uariæ pariter possunt habitare.  
 Virtus est grandis, benedicere pro maledictis.  
 Ut lapis omnis homo, nisi mollis agatur ab alto.  
 Vis ingens animi, nullius laude moueri.

PROVERBIORVM LIBRI,  
FINIS.

## Venerabilis Bedæ presbyteri De substantiis libellus.

### PROLOGVS.



**S**ANCTAE ecclesie munusculum aliquod offerre cupiens, sed in manu mea nil reperiens præter paruum dictandi atq; scribendi notitiam, hanc ipsam in eius seruitium uolo coaptare, quantum Dominus dignatur adiuuare. Scribere enim gestio pro admonitione cunctorum fidelium admonitione duntaxat indigentium, diuidēs eos in duas personas clericorum & laicorum, assumensq; ad hoc utriq;

utriq; personæ congrua monita, per quæ à carnalibus ad spiritualia, à uisibilibus ad inuisibilia possint animum suspendere, & superna conspicerere, sicut & Apostolus dicit: Inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur. Cuius studij oblatio precor ne cui indigna uideatur, quia ut legitur ad templum Domini quondã inter insignia & preciosissima dona offerbantur etiam uiles pili caprarum: & duo minuta uiduæ pauperculæ oblata Deo ipsius Domini nostri Iesu Christi testimonio approbantur. Precor & illud ut si quisquam in his quæ dicam uel melius sentiat, uel aptius eadem proferre ualeat, non idcirco rusticitatis meæ uerbula citò reprehendat: quia ut quidam sapiens dicit, Non omnia possumus omnes. Nam si ille eandem sententiam iuxta ingenij sui uires melius quam ego proferre posset, forsità & alter aliquis illo sapientior excellentius proferre nosset. Vnusquisq; ergo in suo sensu abudet, tanto maiores Deo agens gratias, quanto excellentioris scientiæ talentum ab eo accepit: simulq; attēdat, quia Deo magis placent rustica humilium dicta, quam eximia uerbofita arrogantium, & in secularis literaturæ pompa gloriantium.

### De substantiis.



**S**UBSTANTIA igitur, quæ per se sine ullius adminiculo subsistere ualeat, Deus solummodo est. Illa autem substantia, cuius totum esse in alterius consistit potestate, creatura profecto esse probatur. Sed sicut diuina substantia in tribus constat personis, patris, & filij & spiritus sancti: ita & creatura omnis in tribus distat differentiis. Aut enim est rationalis, ut angelici spiritus & homo: aut animalis, ut omnia quæ flatu uitali sine ratione potiuntur: aut neutrum est, habens tantummodo esse, ut arbores & lapides. Vnde omnino patet, quia omnis creatura Deo, à quo omne quod est habet, se quoq; subdere debet. Cuius nimirum subiectionis ratio & obseruantia ad solam rationalem creaturam pertinet, id est ad angelos & homines. Sicut enim hi soli ceteris creaturis excellentiores sunt conditi, ita etiam ab his solis exigitur subiectio & cultura Dei, & aut pro subiectionis studio remunerantur, aut pro repugnantia atq; superbia puniuntur. Sed quia huiusmodi iudicium in angelicis spiritibus iam factum est. nã quidã eorum pro obedientiæ suæ meritis ita sempiternæ beatitudini sunt deputati, ut nihil aliud quã bonũ uelle possint: quidam uerò pro superbia in æternas pœnas proci, ad nulla nisi ad mala rationem datã flectere queunt: soli homines adhuc restant, qui concessam rationis & arbitrij facultatem ad utrunq; diuertere ualeant. Vnde & ipsi solummodo instruendi & admonendi sunt, ut sibi iugiter proponentes utrosq;, bonos scilicet & malos spiritus eligant potius bonorum merita sequi, præceptis diuinis obediendo, quam malorum pœnis associari ei resistendo, sine quo nemo potest saluari. Hoc igitur sit primũ, quod omnes homines hortamur, intentione maxime considerare. Sanæ namq; menti integræq; rationi ipsum solum sufficere possit, etiam si nulla alia tremendi iudicij exempla nosset. Sed quia aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit iugiter, quærens quem deuoret, pluresq; inter tot milia hominum pro dolor fragiles quam fortes contra eundem aduersarium modo inueniuntur: opus est cunctis fidelibus ut & ipsi circueuntes quærentesq; qualiter tanto resistent aduersario, inuicem se uarijs modis instruatur & admoneant, ne ecclesia sancta sub temporis præteriti patribus bene fundata & suffulta, penitus destruat sub temporibus nostris, in quibus mille annis impletis iuxta prophetiam in Apocalypsi prædictam, satanas solutus esse uidetur. Non enim solummodo oculis ut antea insidijs quosq; decipit, sed etiã aperte prorumpit peritissimos subuertens, & ad pessima quæque instigans. Quid rogo peius esse poterit, quam monasteria ad laudem Dei sanctorumq; uorum uenerandam memoriam ab antiquis principibus constructa, nunc ob inexplebilem quorũdam auaritiam destruere: Quis namq; fidelium religiosorum attendens, quanta modo cum omnia diuina præcepta & miracula sanctorumq; patrum documenta sint plurimis notissima, cœnobiorum destructio fiat non solum à laicis gestientibus & rapientibus prædã eorum: sed etiam à clericis ipsiq; abbatibus ultrò offerentibus quasi quædam uenalia sibi met commissa bona, unde alendi forent non solum monachi, sed etiam familia commissa, nec non pauperes & peregrini aduenientes, non statim possit cõijcere destructionem sanctæ ecclesie, non statim doleat quod hostis antiquus tantam malitiam & persecutionem potuerit exercere in Christianos per alios Christianos, & per eos maxime qui cõstituti sunt pastores ecclesie: Nã si talis destructio locorum sanctorum à barbaris ageretur, Christianorum bello essent reprimendi, si aliter nequirent corrigi. Sed pro dolor tanta pax & concordia in huiusmodi habetur nequitia, ut paucissimis exceptis non inueniantur, qui de tante persecutionis curent miseria, quasi Christianæ religionis ignari, & tanquam hoc quod monasteria cuncta pro Christi sanctorumq; honore constructa sint oblitati. Quod dico miserabile quidem est dictũ, sed multo miserabilius actũ, cum hi qui ad hoc specialiter electi sunt ut in cœnobijs sub religione disciplinaq; spirituali uiuantes, Deo seruiret, & pro

eorum salute quæ à secularibus pompis adhuc se continere nequeunt, iugiter intercederent, substantia qua ad quotidianum usum uestitumque indigerent priuantur. quæto enim quis possessio nes proprias pro Dei amore contempserit, tanto magis ex communi statu cœnobii, quo cõfuge rit necessaria quæque sibi met dari indiget: quia quandiu in præsentia uita subsistit, nullus homo ui ctu & uestitu quotidiano carere poterit. Vnde qui cœnabitur aufert prædia unde sunt procuran di, & diuini seruitij & totius monasticæ religiõis destructor esse cõuincitur. Ad hæc etiã reus effi citur, quia abstulit unde pauperes, peregrini & hospites sancta loca uisitantes, recreandi forent iuxta sancti Benedicti statutum, immo iuxta ipsius Domini nostri præceptum dicentis, Date e / le emofynam, & omnia munda sunt uobis. Ipse quoque his qui nunc eum in pauperibus & hospiti bus suscipiunt, in extremo iudicio diciturus est: Hospes fui, & suscepistis me.

Hæc igitur de illo solo peccato, quod in destructione cœnobiõrum agitur, breuiter commemo rauit. Si quis uero diligenter considerare uoluerit cætera Christianæ religionis statuta, inueniet ex eis plurima pari Christianorum persecutione destructa. Quis enim locus est modo sine rapina aut bello? Vbi sunt iura Christianæ legis, & profectio metuendi regis? Vbi quæso sunt pastores & defensores ecclesiarum, qui resistent deuastatoribus pauperum & uiduarum? quin immo ip si qui dicuntur pastores & defensores, quicquid animam suam dare deberent pro cõmissis ouibus, facti sunt persecutores, nulli parentes, dummodo ipsi in delicijs uiuant, diuitijsque affluant. Non ne hæc atque his similia persecutionis sunt studia? Quam uidelicet miserandam persecutionem e / go in simus iugiter audiens & dolens, cum non possem aliquos sermone communi corrigere, tra ctu uel scriptis eos admonere talibus, quorum sententiam tam laici quàm clerici possint agnosce re. Nonne solem aliisque elementa aliquo sensu capere, & quid officij gerat omnes simul agnosce re. Nonne solem aliisque elementa aliquo sensu capere, & quid officij gerat omnes simul agnosce re. Ipse profectio corporali uisu priuatus nequit se exculare à solis agnitione. Si enim non illius splē dorem, certe uel eius calorem sentire ualet. Præterea cum aliquos audierit de splendoris solaris immensitate loquentes, potest utique aduertere interfori uisu simul & auditu. Ipse enim ab homi ne nullo poterit euelli, dummodo huiusmodi aciem & auditum malicia nulla impediatur. Vnde & Dominus noster auditores suos admonet dicens: Qui habet aures audiendi audiat. Et Ioannes in Apocalypsi: Qui habet, inquit, aures, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Sed huiusmodi uerba ideo more prologi præmittimus, ut quia de carnalibus spiritalia, de uisibilibus inuisibilia colli gere scribendo uolumus: lectorum simul & auditorum aures spiritalia ad attendenda eadem aliquantulum excitemus.

Primo igitur dicendum, quod & in primis credere, & præ omnibus nosse debemus, in quo sci licet elemento sanctæ trinitatis & unitatis mysterium contemplari possimus. Denique ut mihi uer deret, in nulla scriptura apertius quam in sole edoceri possumus, qualiter sanctæ trinitatis fidem attendere debeamus. In sole namque tria inseparabilia inesse scimus: hoc est ipsum corpus uel rotã solis, & splendorem atque calorem. In rota quippe ipsius, quam in firmamento cœli semper positã nouimus, personam patris: in splendore uero, personam filij, quia & Apostolus de Christo Dei fi lio dicit, Qui cum sit splendor gloriæ, & c. in calore autem, personam spiritus sancti significari cre do. Moxque etiam illud subiungo, unde talia credo. Sicut enim rotam solis nunquam uidimus uel au diuimus de cœlo in terram demissã, sed splendorem qui in ipso est, & ab ipso semper ortus emit titur super omnem terram: demitti calorem etiam qui tam ab ipsa solis rota, quam à splendore e / ius procedit, licet in omni loco & tempore non æqualiter sentiamus, ab utroque tamen æqualiter procedentem in quibusdam prouincijs maius, in quibusdam uero minus feruere propter aliquã occultam diuini iudicij dispositionem scimus. ita & de singulis personis sanctæ trinitatis credo, de Deo patre quidem, quia nunquam missus uenerit in terram, sed splendorem eius, id est filium ad quoslibet illuminandos mittat: de Deo autem Dei filio, quod sicut splendor solis in qualibet corporalia mittatur, uisibilis fiat: ita & ipse incarnatus, uisibilis apparuerit, & super omnem ter ram doctrinæ eius claritas illuxerit. ut de eo legitur: Exortum est in tenebris lumẽ rectis. De spi ritu sancto etiam, quod sicut terra à splendore solis illustrata tantum, nõ autem calore eius pene trata nullũ fructũ dare solet: ita & quisque licet diuini uerbi notitia illuminatus sit, cunctaque Dei mi racula uel legendò uel audiendo agnouerit, tamen nisi calorem, id est amorem bene agendi ab ip sius dono percipiat, frustra totius scientiæ lumine perfruatur. Quod profectio ita esse non solũ fide percipi, sed etiam experimento ipso potest probari. Nam nonnullos sapientes, & in lege di uina omnimodo instructos frequenter uidemus, in quorum actione si quam diuinæ scientiæ noti tiam habeant, uel si quid de æternis gaudijs & supplicijs credant parumper agnoscere ualemus. Quid itaque de talibus existimandum est, nisi quia splendore, id est uerbo Domini nostri satis qui dem illuminati sunt, sed spiritus sancti calorem minime senserunt? Si enim cum splendore calor pariter spiritalis eis aduenisset, nequaquam ita tepidos & negligentes illos reliquisset.

Ut autem caloris tanti mysterium non solum ex coniectura propria, uerum etiam sacre scri pturæ testimonio approbem, nonne spiritus sanctus in igne super Apostolos uenisse, eosque tanto feruore accendisse legitur, ut nullam seculi potentiam, nulla humane seuitiæ tormenta formida rent? De eodem calore & igne credo Dominum dixisse, Ignem ueni mittere, & quid uolo nisi ut ardeat? Sed & hoc quod Dominus dicit, Ecce sto ad ostium, & pulso, & c. in quolibet homine so lis splendore circumdato mystice intueri ualemus. Sicut enim splendor solis omnem ad lucis sue radios

radios uenientem non repellit, sed illustrat: ita Saluator noster omnes ad se uenientes clemẽter suscipit. Vnde ad se uenire hortatur dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Item, sicut splendor solis exteriores cuiuslibet domus parietes undique illustras, nequit in eos qui interius sunt clausi lucem suam immittere, ostio autem aperto mox in eos effun dit: ita etiam Dominus noster per diuinitatis suæ potentiam iugiter respiciens super filios homi num, ut uideat si est intelligens aut requirens Deum, quærat quasi pulsans, quis ei ianuam cordis aperiat. Ianua autem cordis, mens est. Vbi ego Dominus ianuam clausam, id est mentem in fide lem & deuotam ad totius religionis studium inuenit, dolens inde recedit, dolens uidelicet per humanitatem susceptam: sicut & in Euangelio legitur, quia cum appropinquaret Hierusalẽ, fle uit super illam. Nam diuinitati nullus dolor accidit. Vbi autem ianuam apertam, mentem scilicet fidelem & deuotam ad implenda diuinæ institutionis præcepta inuenit, mox intrat, & cum ho / spitijs ipsius habitatore cenat, infundens ei per inspirationem spiritus sancti cõpunctionem atque penitentiam peccatorum suorum, seu ei referans sacre scripturæ arcana: uel etiam, quia eius ci / bus est, ut faciat uoluntatem patris sui, cenat cum eo, faciens illum contemnerè cuncta caduca, & sola perennis uitæ desiderare gaudia. Huiusmodi ergo conuiuũ agit Dominus nobiscum, quã do eum permitimus intrare ad cor nostrũ. Potest etiam per idem solis mysterium illud aliquate nus inspicere, quod Dominus dicit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus. Vbi cumque enim solis splendor apparet, sol pariter cum eo lucens manet: quia indiuidua est utriusque operatio. Ad hæc etiã ca / lor ex utroque procedens, sine cuius aduentu frustra quilibet illuminatur, simul adesse sentitur, tunc ibi tria pariter in una operatione habentur, quod nimirum in prædictis Domini uerbis nõ dissi milititer posse intelligi credo. Si enim duæ personæ intelliguntur in patre & filio, qui adueniunt, tertia persona (ut mihi uidetur) in illius qui diligit cooperatore, & ad hoc ut diligeret quasi præ uio inceptor intelligi potest.

Denique in multis sacre scripturæ locis hoc inuenitur, quod bona aliqua non solum non facere, sed nec uerbum bonum proferre possimus absque spiritus sancti dono. ut est illud: Nemo potest di cere Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. & Omnia operatur unus atque idẽ spiritus, diuidens sin gulis pro ut uult. Ut autem tanti mysterij profunditas facilius intelligatur, libet adhuc in sole il / ius similitudinem querere. Scimus namque omnes quoniam in æstare, quando calor solis magnus terram occupare solet, sapissimè non solum in die, qua sol pariterque eius splendor uidetur, sed etiam in nocte cum neuter apparet, tantũ calorem ab utroque procedentem sentimus, ut uix eum sustineamus. Quapropter quia tantus calor longè prius quàm ipse sol splendorque eius appareat senti tur, præcedere eum dici potest, licet ab illo nunquam recedat. eadem de aromatum quorũlibet odorifera suauitate sentiri ualent. Vbi cumque enim incenditur thus uel myrrha uel alia huiusmo di species, eorum qui procul absunt nares prius quam uisum dulci odore contingit, nec tamẽ ab incensus sui substantia recedit. Si ergo tanta uis est utriusque, caloris uidelicet & odoris, ut præcedẽ tes aduentũ eorum, à quibus procedunt, demulcetesque sensus eorũ quibus ingeruntur, substantiã propriam non relinquunt: cur non multo magis credenda est uirtus sancti spiritus quoslibet il / lustrare, & præcedendo eorum corda aduentui diuino præparare, nunquã tamen ab essentia pro pria recedens? Qui enim totus est ubique, locus esse nequit ubi desit, nisi quo tenebris malitiæ & in / sapientiæ fugatur, sicut scriptum est: Sanctus enim spiritus disciplinæ fugiet fictum, & aufert se à cogitationib, quæ sunt sine intellectu, & corripitur à superueniente iniquitate. Vbi autẽ idẽ spiri tus requiescat, Dominus per prophetam indicat dicens: Super quem requiescit spiritus meus, nõ si super humilem & quietum, & trementem sermones meos?

Libet adhuc per propositum solis mysterium ascendere, & illa Euangelica uerba considerare: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Omnes namque serẽ nam aciem habentes intueri aliquo modo, quantum reuerberatus uisus permittit, possunt: quia ipse solis splendor, qui terram totam ambit, nunquam solem relinquit, sed in illo semper est lu men de lumine micans. Si tanta facultas in creatura oculis corporalibus uideri potest, multo ma gis in creatore & omnipotente Deo inesse credenda est. Sicut namque solis splendor semper in eodẽ sole est, & quorsum micando tendat, semper apud eum perseverat: ita semper in principio, id est in patre erat uerbum, & uerbum erat apud Deum: semper scilicet Dei filius in patre manens, sem per Deus de Deo, lumen de lumine splendens. Sed nec ipsa rotunda species solis à mysterio uacare uidetur. Omne enim rotundũ nec finẽ habet, nec initium. Idẽ de Deo omnipotente credere edoce mur: quia dum illo nihil superius, nihil inferius, nihil latius inuenitur, nullo termino cõcluditur. Proloquo itaque illo quod in sole tantummodo reperitur sanctæ trinitatis mysterio, libet adhuc duo proferre, ut hi qui subtilia quæque de sanctæ trinitatis fide dicta uel scripta nequeunt intelligere, doceantur in quibusdam elementis eandem fidem inuestigare. In aqua igitur, quam tribus per sonis appellare solemus, dicentes ille fons, ille riuus, illud stagnum trinitas, sed unius elementĩ substantia inesse comprobatur. Licet enim in personis fons & riuus atque stagnum differant, in u / na tamen substantia conueniunt. Vbi quiddam quod & de sole dixi, potest inueniri. Nullus de / niq; riuus absque fontis sui substantia defluit, quo uix fons ebulliendo subsistit. Cæterũ si fons exi / catur, & fontis persona priuatur, sed & stagnum satis cõuenit personæ spiritus sancti, quoniam sicut

sons & riuus instagnum confluentes, unius elementi substantiam habent: ita & pater & filius in unitate spiritus sancti conuenientes, unum sunt, & unam substantiam efficiunt. In accensa quoque candela inueniri potest (ut reor) idem sanctæ trinitatis mysterium. Nam cum ardens elementis consistet tribus, id est stippa, cera, igne: personarum trium figuram tenet, sed unam substantiam. Et sicut nulla candelæ utilitas in stippa & ceræ confectione absque incensione erit: ita etiam illi qui in patrem & filium credēs, spiritus sancti ignem ab eis separat, nil proderit huiusmodi fides. His igitur exemplis de sancta trinitate prolatis, quæ ut arbitror omnibus plana sunt, iam cupio alia exempla ad moralem sensum pertinentia, sparsim colligere, primo quidem de parabolis quibusdam, quæ in Euangelio ipsius Domini nostri ore leguntur prolata: per has scilicet clericos specialiter admonens, ut tantæ doctrinæ uerba legentes uel audientes, mentem aliquatenus ab illecebris & pompis secularibus retrahant. Deinde uerò ex uarijs rebus quæ in hoc seculo per uisum uel auditum tam à laicis quàm clericis sentiiri possunt, ut apium defloratio in uarijs locis, ut immensus splendor, ut ornatus & pulchritudo facturæ, ipsaque uilitas quæ in humana natura consistit, ut facultas & difficultas operandi in quibusdam temporibus, ut necessitas quotidiani esus, ut abundantia & penuria substantiæ uictualis. Ex his ergo omnibus laicos specialiter admonendos esse decerno, quia si semel eis quid significant referatur, postea coram Deo nullam habent excusationem pro ignorantia literarum, dum quotidie ab his quæ possident, & cum quibus uersantur, ad creatoris notitiam instruantur.

Sed his interim omiſſis ad clericos, quos per scripturam sanctissimam Euangelicæ lectionis instruere statui, prius admonendos aggredior. Apostolus namque dicit: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Quæ nimirum uerba ad eos specialiter pertinent, qui literarum noticiam habentes, in eis iugiter agnoscere possunt, qualiter & se & commissos regere debeant. Unde etiam clericis opus est, ut summo opere attendentes, quod scriptum est, Cui plus committitur, plus ab eo exigitur: studeant perceptæ scientiæ talentum non in terra fodere, hoc est, in terrenis curis expendere, sed in eius seruitium, à quo libimet constat tributum. Recolant nihilominus & illud, quia quanto maior scientia sunt ditati, tanto nequioribus spiritibus iudicio diuino permittuntur impugnari. Esca namque diaboli, ut legitur, electa est: quo significatur, quia peritos & sanctos quosque maximè impugnans, eos uentre malitiæ suæ nititur deuorare. Huiusmodi autem impugnatione iugiter præoccupanda est lectio librorum illorum, in quibus detegantur fraudes inimici, maximeque Euangelij, ubi à Domino unumquodque uitium uel uirtus prænunciatur per parabolas. Quapropter ex Euangelica lectione breue cōmonitorium hic facere uolo, ut in præoptu habeatur quæ cuiuslibet uitio opponenda sit lectio.

Cum igitur in animo doctoris assidua diuine institutionis negligentia sentiatur, legat parabolam illam, Exiit qui seminat seminare semen suum: quia in eadem ipso Domino differente, & per hoc etiam omnes doctores ad parabolarum cæterarum solutionem instruente memorantur omnia, quorum effectu diuini uerbi negligentia oritur. Quod enim homines plurimi ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, quodque à sollicitudinibus, & diuitijs & uoluptatibus, uita huius suffocantur, seu quolibet modo impediuntur ne diuini uerbi referant fructum: hoc maxime ex illa negligentia euenit, qua timorem amoremque Dei spernentes, credunt se temporalia & æterna bona uno dilectionis genere posse adipisci: seu ideo, quia cum pro certo sciunt utraq; discernenda esse in dilectione, proponunt sibi longum uitæ spacium, diuinamque pietatem, quæ cunctis ad se licet sero conuersis ueniam promittit: & hac promissione abutentes, credendo scilicet, quia quandoque uoluerint, cito conuerti possint: quasi cōuersionis tempus in potestate sua habeant, interim toto nisu terrenis solummodo curis & uoluptatibus occupantur. Cuius de die in die, de mense in mensem, de anno in annum cōuersionis tempus differtur, aut uix demum conuertitur, aut quali catenati à consuetudine pessima sine conuersione moriuntur. Nam ex peccati poena, quæ in longa conuersionis dilatione promeruerunt, uidetur eis quædoque impossibile, quod quondam uisum fuerat facile. Ad expellendam ergo tam periculofam tamque tremendam negligentiam, satis iuuat, si parabola iam cōmemorata, eiusque expositio sepius intenteque legatur. si tamen simul adsit cura orationis iugis, ut expellatur. Ipsam enim diuinorum uerborum lectionem & intentionem nimirum formidans diabolus fugit à legentibus & meditantibus diuina.

Item si quis ex superflua tenacitate nimioque preciosarum uestium uel ciborum appetitu laborare se senserit, attendat iugiter parabolam de diuite, qui pro eo quod indutus est purpura & byſſo, & epulabatur quotidie splendide, quodque de substantia sua nec micæ de mæla sua lapsas mendicanti Lazaro dare uoluit, in inferno sepultus est, & proculdubio ab hoc uitio aliquantum abstinens efficitur. Ut autem quibuslibet lapsis cōpatiens, & super eorum emendatione doctor discretus esse possit, attendat parabolam de illo referentem, qui ab Hierusalem in Hiericho descendens, incidit in latrones, & ab eis uulneratus relinquitur semiuuus. Cumque à prætereuntibus quibusdam minime uisitaretur, Samaritanus quidam iter faciens suscepit eum sanandum, infundensque oleum & uinum reddidit sanum. Infusio enim olei & uini necessariam pietatis & seueritatis cōmixtionem significat, sine qua nullus peccatorum uulneribus plenus sanari poterit. Hinc ergo doctores uniuersi possunt satis instrui, quia nec pietas sine seueritate, nec seueritas sine pietate in peccatoribus curandis tenenda est. Quod uerò necessarium sit cunctis fidelibus substantiam terrenam possiden-

possidentibus æterna gaudia mercari & exquirere, cum temporalibus bonis, satis indicatur per parabolam illam, Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum: quia in fine lectionis eius, cur illam protulerit Dominus manifestat dicēs, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, &c. In qua etiam parabola Dominus argumentum à contrario sumens de uillico fraudem faciente, innuit nobis quia tam à contrarijs quam à consequentibus rebus possint exempla ædificationis proponi. Fraus enim res est contraria omni Christiano, & ideo hanc facere licet nulli, sed tamen aliquo modo possumus exinde ædificari, at tendentes scilicet, quia si aliquis secularium per fraudem suam utilitati prospexit in futurum: multo magis nos debemus per eleemosynam iuste acquisite sitam prouidere, quæ nobis in futura uita expediunt. Cui nimirum exemplo simile est, si aliquis religiosus uidēs meretricem, omni modo ornatam amatoribus suis, mox optet dicens, Utinam ego ita studerem placere Christo, sicut ista meretrix studet placere mundo, uel si quis spiritualis doctor discipulos suos admonet dicens, Sicut multi studiosi sunt ad obtinendam prudentiam carnis: ita & uos studete ut spiritualem prudentiam obtineatis, cum neutrum bonum sit uel meretrix uel prudentia secularis. Ex quibus colligitur, quia pessima quæque ad ædificationem assu-

mi possunt. Rursum ne propter aliqua opera bona humanæ laudis appetitu impulsus superetur, attendat illam parabolam: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, &c. Nisi enim actio bona interdum abscondatur, à malignis spiritibus uelut à latronibus, pecunia ostensa aufertur. Itene durus & immitis sit erga eos qui in eum aliquo modo peccant, attendat illam parabolam: Simile est regnum cælorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, &c. In qua satis aperte monstratur, qualiter debeamus esse clementes erga debitores nostros, si uolumus nobis relaxari à Domino debita nostra. Superbia quoque quæ omnes uirtutes destruere nititur, ne in quolibet dominetur, attendat illas duas similitudines, quarum quidem una est, Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: altera uerò, Cui inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Ex utraque ergo possunt omnes edoceri, quanta ruina uel consilio superbiam soleat sequi. Utraque etiam una eademque sententia terminatur, quia scilicet omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Item ne concessis & licitis rebus intemperanter utamur, seu in eis plus quam liceat innitatur, attendenda est iugiter illa parabola: Homo quidam fecit cenam magnam, & uocauit multos. Quod enim ibi dicitur cena magna facta, & uocati multi, sed quidam propter uillam emptam, quidam propter agrorum emptorum probationem, quidam uerò propter uxorem nouiter ductam se excusantes uenire noluerunt: significat maximam quidem multitudinem fidelium ad superna gaudia à Domino inuitam, sed dum plurimi nimiam possessionum obtinendam ambitioni, multi autem coniugio licito intemperater dediti inueniuntur, pauci sunt qui uocationi diuinæ obedientes ad regna cælorum perueniant. Verum tamen eo plus metuenda est huius parabolæ sententia, quo minus à multis timetur, qui quotidie non solum ob nimiam uillam & agrorum precio condigno acquirendorum ambitionem, & propter intemperatam uxoris dilectionem: sed etiam ob eos agros, quos fraude aliqua acquirere uel auferre student de locis sanctis seu pauperibus, & propter meretricis inductionem se conantur excusare à uocatione diuina. Si enim hi qui rebus iuste acquisitis, & à Deo concessis intemperanter utuntur, à regno cælesti excluduntur: quid credendum est de illis qui per uim & fraudem aliquam aliena rapientes, & meretricibus semet iungentes, in his usque ad finem uitæ perseverant? Hinc credat quisque quod uelit, ego credo quia cælum & terra transibunt, uerba autem diuina non transibunt, nisi ut implentur licet prædicta sunt. Hæc igitur pauca exhortationis uerba ad clerum dicta, idcirco ex sanctissimo Euangeliorum libro proferre decreui: quia talis liber clericis penè omnibus notissimus est, utpote qui sepius legitur & auditur ab eis.

Possunt etiam studiosi quilibet clericorum ex uaria scripturâ tam ueteris quàm Noui testamenti satis instrui: & non solum ex bonis, sed etiam ex malis ædificari. Si enim attendere studuerint Abel iustitiam, Iob patientiam, uenerandam Abraham, Isaac & Iacob benedictionem, à Deo sibi factam: Dauid humilitatem, Danielis & trium puerorum constantiam, Susannæ castitatem, utriusque Tobias, patris scilicet & filij religionem aliorumque patrum in ueteri Testamento perfectionem: si inquam attendere uoluerint talium uirorum exempla ædificari omni modo possunt. Rursum si e contra malorum gesta replicare uoluerint, quantam uidelicet malitiam Cain in fratrem suum egerit, pro quibus peccatis Sodomitæ subuersi sunt: quantam Nabuchodonosor Holofernicus superbia cōtrita sit, quam uarijs modis murmurantes filij Irael afflicti sunt, quid Heli sacerdotis filij peccantes pertulerint, quomodo Salomon sapientissimus ceciderit, quantamque ruinam Absalon & duo iudices contra Susannam insanientes meruerunt: quæ frustra Herodis & Iudæorum dolus in Christum insanierit, quanta malitia Symon magus obsecutus perierit: quid aliud per tanta mala innuitur, nisi ut audientes timeant, & timentes caueant, ne in similia cadant? Plurimi namque nisi timore cōpellerentur, nullo modo ad salutem traherentur. Patet igitur quia tam per mala quàm per bona ædificari possumus, si ea ita ut à Domino ordinantur, pensamus. Nam ut Deum amemus, per bona trahimur: sed ut eum timeamus, per mala aliqua compellimur. Unde quaeso, ut & ea quæ iam protulimus, & alia his similia in Euangelijs scripta intentione summa legantur, & quæ nobis sunt facienda, ex eorum lectione aliquatenus inspiciantur, Deinde exhortans & laicos non eos ad ullius scripturæ lectionem,

lectionem, quia illis ignota est, adduco: sed ut à clericis quædam pro quotidianis experimentis cognita similitudines aperiantur obsecro. Dicatur itaque eis, Ne pro eo quod literas nescitis, excusationem aliquam coram Deo uos habere credatis: intimamus uobis quædam, in quibus uelut in libro quotidie legendæ agnoscere potestis, quid agere debeatis. Sicut igitur apes in uarijs locis & in uarijs floribus mellis liquorem colligere solent: ita & uos colligere debetis cuiuslibet uirtutis dulcedinem. Ab alio enim colligenda est humilitas, ab alio charitas: ab alio fides, ab alio patientia: ab alio largitas, ab alio castitas: ab alio discretio, ab alio eleemosynarum studia, pauperumque cura: ab alio alia quælibet uirtus. Quæ dum sic collectæ in unius hominis mentem ueniunt, quasi in unum aluearium ex uarijs floribus excerpta mella congeruntur. Non solum autem ex hominibus, sed etiam ex quibuslibet creaturis quas quotidie uel uidetis uel auditis, & de rebus quas aliquo modo sentitis, mella uirtutum colligere debetis. Nam fidem, quæ fundamentum est uirtutum omnium, primo colligere & ponere debetis in aluearium cordis uestri: credentes scilicet Deum omnipotentem ubique esse presentem, & omnium quæ à nobis geruntur uel etiam cogitantur inspicentem. Hanc autem fidem hoc modo colligere debetis: *Attēdite igitur in solem, qui cū uniuersum mundum splendore suo circumdans illustret, tamen quia creatura est, & omnis creatura nimis inferior est creatore, exinde instructi facile potestis credere solem longe minus splendere quæ creatorem.* Nam sol duntaxat tantum potest splendere, quantum permittitur obstaculo terræ uel alicuius rei: creatoris uero splendor est incomprehensibilis & inuisibilis eius intuitus, quo omnia præterita, præsentia & futura simul quasi uno ictu oculi comprehendit: quo etiam respicit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens Deum. Qui scilicet splendor non nisi toto cordis affectu credi uel agnosci ualet, eiusque lucis tanto quisque capax erit, quanto in fide & dilectione Dei profecerit, ipsiusque iustitiæ esuriet ac sitis eum accenderit. Vnde de his tribus in Euangelio Dominus dicit: *de fide quidē, Omnia inquit, possibilia sunt credenti: de dilectione autē, Qui diligit me, diliget à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum, de esurie uero & siti: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Huic etiam simile quid quotidianis experimentis colligere potestis. Quis enim agricola agriculturam exerceat, nisi aliquatenus profectuosum sibi fore speret & credat: Aut quomodo aliquod studium potest exerceri, nisi cooperit amarit? Aut quis sine tædio ipsum uictum corporalem cunctis uiuentibus, necessarium percipere ualet, nisi aliqua esurie ac siti ad hoc incitetur? Sed nec ipse somnus, nisi cum delectatione aliquo percipitur. Cum ergo hæc omnia ita corporaliter esse sciatis, petite intima intentione Dominum, ut uobis ea spiritualiter imitari concedat. primo quidem, ut in eum recte credatis: deinde, ut eum tota uirtute, tota mente diligatis: postremo, ut iugiter teneatis esuriam sitimque uerbi dei nisi, sine qua uero potest iustitiam ullam amare. Qui autem non amat iustitiam, animam illius salus desperatur: sicut etiam corporis eius salus, qui cibi carnalis fastidium patitur. Nā de utroque spiritali, uidelicet & corporali cibo Dominus dicit: *Nō in solo pane uiuet homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei.* Si igitur imitantes esuriam sitimque corporalem, spiritalē quoque obtinueritis, nunquam à bona uoluntate uacabitis, colligentes instar apum undique alicuius uirtutis & sapientiæ mel: sicut & de immenso solis splendore, de quo interim disputamus, diuinæ presentis immensitatem colligendam esse diximus.

Ergo quotiescunque eundem solis splendorem tam immensum inspexeritis, mox reminiscetes diuinæ presentis & scientiæ, toto mentis affectu inuocate Dominum, ut aliquod lumen sapientiæ suæ cordibus uestris infundere dignetur. His igitur dictis de sole, qui licet unus flos uideatur, uariarum tamen uirtutum mella inde colligenda esse iam audistis: audite etiam qualiter aliunde eadem mella deflorare debeatis. Neque enim unquam defunt illa prata, illi flores, unde possint colligi huiusmodi mella, si tantummodo sint qui colligant. Attendite ergo nunc generaliter in totius mundi ornatu, quomodo omnia inuicem conueniant & temperentur, calida scilicet frigidis, frigidis calidis: tempora diurna nocturnis, æstiuam hyemalibus. Dehinc specialiter in singula queque, in ornatu uidelicet cœli & terræ, cœli quidem per solem, lunam & stellas: terræ uero per uarios flores amœnos, & herbas atque arbores & fructus, unde humanum genus alimenta suscipit, pulchritudinem quoque preciosorum lapidum, uarias picturas tam in pallijs quàm in cæteris preciosis pannis delectabiliter intextas, uariosque colores quibus conficiuntur, dulcem cantilenam condarum atque organorum, nitorem auri & argenti cæterisque metalli: amœnos decursus aquarum, qui necessarij sunt tam ad naues deferendas, quàm ad molas præparandas: myrrham aromatum fragrantiam, postremo etiã decoros hominum quorundam uultus. Cumque hæc omnia miro quodam & ineffabili ornatu composita exterius perspexeritis, attendite etiã quantum ornatu interiori, id est spiritualiter habeant, & quid nos per significationem admoneant. Significant enim præcipua quædam, unde uos magnæ uirtutis & sapientiæ mella colligere ualeatis. Denique omnis ornatus & pulchritudo creaturæ, quæ in presentia uita nobis famulatur, hoc nos instruit, hoc nos admonet, ut attendamus: quia si temporalia bona tam delectabilia uisu uel auditu consistunt, multo delectabiliora & pulchriora esse æterna probantur.

Est & aliud quod in temporalium bonorum pulchritudine debemus attendere. Quoniam enim omnis homo probandus est in hac uita, utrum Deum magis diligat quàm creaturam decoram, uel æterna potius quàm temporalia bona: opponitur ei iugiter aliqua species decora & delectabilis uel

uel mulierum uel uestium uel metallorum seu aliarum rerum, ut in eis tentatus experimentum sui capiat, qualiter scilicet Deum timeat & diligat. Nemo quippe certus esse ualet quis sit, nisi in huiusmodi tentatione probatus fuerit. Cuius nimirum rei exemplum notissimum in unoquoque milite potestis agnoscere. Militis namque cuiuslibet peritia & fortitudo non agnoscitur nisi in bello. Si enim ibi omnia cautè egerit, se ipsum muniens, aduersarios uero cedens, tunc demum merito laudatur, fortisque miles prædicatur. Bellum quoque non incongruè uocatur ille conflictus, quæ iugiter agere debemus contra diabolum, salutis nostræ inuidum. Ipse enim non cessat nos ad hoc illicere tentando, ut temporalia magis quam æterna bona diligamus, & ut spem nostram in caducis solummodo rebus ponamus: sed nos memores æternæ uitæ, ad quam conditi, redempti & inuitati sumus, debemus resistere illecebris & concupiscentijs, quas in corda nostra mittit, attendentes quod scriptum est: *Post concupiscentias tuas non eas.* Et iterum alia scriptura indicat, quàm ta corona per tentationis pugnam proueniat dicens: *Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ.* Si igitur hæc duo quæ iam diximus de pulchritudine temporalium uisibilibus rerum intelligenda, qualiter scilicet per eam considerare debeamus æternorum bonorum qualitatem, quodque per eandem tentandi simus, utrum Deum plusquam speciosa queque carnalia diligamus: si inquam hæc utraq; sedulo recolitis & tractatis, magnam uariarum uirtutum dulcedinem omni corporali melle suauiore colligere poteritis.

Ad hæc etiam sciendum, & pro spirituali melle in uascula cordium uestrorum recondendum: quia quæcumque in creaturis aduersitas, uel in ipsa humana natura habetur utilitas, ex hominum primorum præuaricatione accidit. Postquam enim illi præceptum diuinum cõtempserunt, mox & in semetipsis & in omni creatura libenter contraria habere meruerunt. In semetipsis quidem, quia illa honestissima beatæ immortalitatis gloria, in qua & ipsi conditi sunt, & quam omnes electi quandoque recepturi sunt, exuti: in honesta quædam uerecundæ carnis indicia in se senserunt, unde & nudos se esse erubuerunt: in creaturis uero tot aduersa, quot ipse sunt creaturæ. Nulla quippe inuenitur creatura, quæ peccati homini per aliqua nequeat obistere aduersa. Sed hæc omnia Deus omnipotens in aliqua utilitate conuertit. Aut enim castigat per hæc homines, ut à prauitatibus suis conuertantur: sicut sæpè agitur per aeris intemperiem, per pestilentiam & famem, nec non per alia flagella, aut in his occasione dat unicuique, ut habeat unde qualitas eius probetur: sicut sæpè contingit per hos qui diuitijs & potentia abutuntur, seu in quarundam bestiarum ferocitate demonstrat diaboli malitiam, ut in leone & lupo. Nonne in cunctis aduersitatibus iam commemoratis utilitas magna habetur? Nunquid utile non erit, ut homines per prospera queque deprauati, per aduersa aliqua corrigantur? Nunquid utile non erit, quod latentes ecclesiæ hostes in deo accepta potestate permittuntur dominari, ut & hoc appareat quales ipsi sint, & alios persecutione sua uelut aurum in fornace probatos efficiant? Nunquid utile non erit, quod hostis inuisibilis ferocitas & malitia per aliquas bestias feroces demonstratur? Sicut enim leo & lupus uisibiliter insidiatur animalium gregibus: ita & diabolus quærens quem deuoret, & ad perditionem trahat, inuisibiliter insidiatur cunctis fidelibus. Et quomodo uos qui libros nescitis, aliter malitiam diaboli inuisibilis agnoscere possitis, nisi in aliqua creatura uisibili, uobisque cognita doceremini? Talia ergo de elementorum cunctorum aduersitate credentes, sentite de Domino (ut scriptum est) in bonitate, qui tam aduersa quàm prospera cuncta pro alicuius utilitatis uel pietatis dispositione decernit, fieri in mundo. Quæcumque uero utilitas humane naturæ ex parentibus primis accidit, in tantum bonum uersa est à Deo, ut omnis superbię morbus, qui hominibus instar angelicæ naturæ possit oriri, ex hac comprimatur. Denique opus omne præcedens insinuat factori suo, quomodo facere debeat sequens. Sic & Deo omnipotenti angelicæ dignitatis factura ex parte per superbiam lapsa, & per hoc quasi quoddam figuli uas in terram cadens fracta: ostendit alio modo aliud uas esse fingendum, non quali ignaro tantæ fracturæ, sed ut nobis nota fierent quæ facta sunt. Ipse quippe prænoscentis omnia antequam fiant, insinuat nobis ex præcedentibus qualiter futura pensare debeamus. Quod enim uel angelos quosdam uel homines primos cadere permisit, ad cautelam nostri fecit, ut per hoc nos instructi nihil de nobis præsumamus. Fecit ergo Deus in homine lapsus, sicut aliquis peritissimus medicus facere solet in agrote. Si enim languoris eius qualitatem agnoscens sperauerit eum posse sanari, suscipit eum sanandum. Tunc si infirmitas exigit, imponit illi emplastra, materia quadam uisibilis interdum confecta, adeo ut de animalium uel aurum stercore misceantur, carnibus quoque canum uel uulturum seu serpentium agatur. Præterea si opus est adustionem medicus addit, quod scilicet medicamen quamuis ad sanitatem carnis, sicut hi qui experti sunt testantur, utilissimum sentiatur, causa tamen fetoris & utilitatis suæ contegitur.

Quo etiam nos mysticè instrui mur, ut omnem utilitatem quæ circumdati sumus, similiter contegamus: quia non omnia utilia constant honesta. Vtrumque igitur medicamen corporale, emplastrum uidelicet & adustionis quamuis utilissimum uideatur, magnum tamen in se habet argumentum spiritualis medicinæ, unde necessaria imitanda moralitatis mella colligere potestis. Nihil enim, ut ait Scriptura in terris sit sine causa: & quæ carnaliter uidentur uisibilia, constant ex significatione preciosa. Nam si per sordidum uel fetidum medicamen corpora sanantur, nec qualitas medicaminis, sed sanitas exinde procedens pensatur: cur mirum uel incongruum uideatur, si Deus omnipotens præciosa

præcius omnium futurorum, medicus & saluator omnium in se credentium simile aliquid in ægrotis animabus fecit, sanans eas, uel potius præueniens earum languorem, ut quidam sapientes medici agunt cū aliquo ignobili antidoto. Quod tamen nos decet contegere, sicut & primi parētes leguntur fecisse, quando senudos esse erubuerunt, ne uel nobis confusionem, uel conditori nostro qui per huiusmodi uilitatem humiliare nos decreuit, uideamur iniuriā facere, & secreta cogitatione eum per hoc incusare, quod nos potentia sua magis quā ex iusticia tam uiles fieri permisit. Talia autem de Deo cogitare, est aliquatenus contra eum superbire. Quicquid enim illud est, quod uel parentes primos peccare permisit, uel nos per eorum præuarcationem uilitate aliqua circumdedit, hoc totum pro salutis nostræ causa fecisse credendus est. Et licet in hoc diuinæ sapientiæ profunditas nequeat penitus inuestigari, quærenda sunt tamen aliqua uisibilia rerum argumenta, quibus eidem diuinæ sapientiæ intellectus noster doceatur concordare. Vnde & ea quæ iam diximus de uilissimo genere medendi, in argumentū sumpsimus huius rei.

Si ergo ex medicina uili potest acquiri ulla sanitas corporalis, credenda est etiam eodē modo prouenire sanitas spiritalis. Omnis namq; decor carnalis facile humana corda illicit ad elationem, sed uilitas reprimat ad humilitatem. Ideoq; placuit Deo, ut hominem qui in maximū superbie languorem ex conditionis suæ decore incurrit, impolita sibi causa remedij aliqua uilitate perduceret ad humilitatis sanitatem. Sanitas enim spiritalis, non nisi remedio acquiritur humilitatis: humilitas autem humana, non obtinetur nisi contritione aliqua.

Ex quibus omnibus apertè potest intelligere, quia ut scriptum est, fidelis Dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui talibus remedijs superbiam humanam præuidit esse reprimendam, quicq; remedia spiritalia, quæ multis sunt incognita, ex corporalibus figuris & exemplis, quæ omnibus penè sunt nota, docet esse quærenda. Sed satis hinc dictum, iam progrediamur & ultra, ad ea scilicet quæ posthac proximè dicēda proposuimus. Illud enim propositum ordo exigit, ut iam dicamus uobis quid significet uarietas temporum, quæ aliquando congrua sunt ad quælibet operanda ut uer, æstas, autumnus: nunc uerò incongrua ut hyems. Tria namq; priora in quibus facilius operari possumus, significat omne præsentis uitæ tempus ad obtinendam ueniam concessum. De quo & Apostolus dicit: Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hyems autem, quæ maximè inepta est ad operandum, significat extremi iudicij tēpus, quo nulla fructuose penitentiae opera exerceri possunt. Vnde & Dominus in Euangelio admonet dicens: Orate ne fuga uestra fiat hyeme uel sabbato. Quasi diceret: Estote semper solliciti, ne concessum tempus ueniam perdescentes, tunc cum nullus locus est ueniam eā frustra queratis. Eundem quoq; sensum alibi apertius profert dicens: Vigilate itaq; omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere quæ uentura sunt uobis. Pro eiusdem tēporis cura adhibenda Esaias propheta admonet dicens: Querite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dū prope est. Quasi enim procul aberit, cum nullius peccatoris preces exaudit. Sabbathū autem quod additū est hyemi, quia apud Iudæos festiuus est dies, quo homines quā maximè gaudere solent: significat occitū quodlibet inutile, uel tempus incongruæ læticiæ. Quamobrem Dominus admonet ne in sabbato fuga nostra fiat: hoc est, ne in præsentis uitæ delicijs positi futura gaudia postponamus.

Quia igitur audistis per hyemem quibusdam laboribus incongruam iudicij extremi tempus præsignari, attendite quod modo faciendum sit uobis, dum bene possitis, & uitæ lumen habetis. Neq; enim uobis excusatio restat ulla pro literarum ignorantia, cum in hyemē notissima legere ualeatis, quæ sunt uobis facienda. Deinde uerò dicendum, quid quotidiani esus necessitas uobis innuat agendum. Vndiq; enim illos flores habetis, ex quibus alicuius ædificationis mel colligere ualeatis. Quod ergo cogimur quotidie corpus reficere, ut robustiores simus ad quæq; corporalia studia: significat nobis quotidie opus esse refici cibo spiritali, id est doctrina cœlesti, ne deficiamus in labore, quem iugiter sustinere debemus, & pro seruitute diuinæ, & pro peccatorū nostrorum indulgentia. Nisi enim Deus omnipotēs cū refectione carnali spiritali uellet significari, decreuisset utiq; in præsentis uitæ idē fore, quod & in futura. Ibi namq; nullus inuenitur, qui corporalis cibi refectione pascatur. Adhuc dicendum restat, quid copia & penuria substantiæ corporalis innuat. Nam per utrāq; magna & necessaria cunctis doctrina monstratur. Et copia quidem hoc edocet, quia sicut ipsa lætitiā uitæ præsentis auget, sollicitudinem minuit: ita & spirituales diuitiæ, id est uirtutes animæ omnem futuræ calamitatis & miseriæ sollicitudinem minuunt, æternęq; beatitudinis augent gaudia. Penuria uerò hoc indicat, quia sicut ipsa patientibus eam merorem ingerit multiplicem, utpote qui ignorant unde sibi uictum querāt, sine quo uiuere nequeunt: ita spiritalis uitæ damna æternę damnationis præfigurant lamenta. Cum igitur uobis o fratres charissimi uarijs modis dictum sit qualiter sine literis religiosæ uitæ tramitem exquirete, & in ea incedere ualeatis: attendite iugiter ad singula quæ iam diximus, & ea in cordibus uestris sedula tractate cura.

Vt autem eadem facilius recolatis, & tenacius inhaereant cordibus uestris, libet ipsa breuiter repetere. In primis namq; diximus uobis, quomodo studia apum imitari debeatis, colligentes ex uarijs hominibus uel rebus uelut ex floribus dulcedinem uirtutum. Deinde quid immensus solis splendor significet: deinde diximus de triformi intelligentia in rebus uisibilibus retinenda. Prima quidem est, quæ ex temporalium bonorum pulchritudine docet nos cōsiderare, quā speciosa sunt


sint æterna bona, secunda insinuat ex eadem pulchritudine probandos esse homines, utrum Deū diligant plus quā terrena quælibet, tertia indicat quod creaturæ totius aduersitas, ipsaq; humanæ naturæ uilitas ex hominum primorum præuarcatione euenit, sed eandem aduersitatem & uilitatem Deus in aliquam utilitatem hominis conuerterit. Deinde etiam quid hyemale tēpus ad opera quædam ineptum, & quid quotidiani esus necessitas: quid q; copia & penuria corporalis substantiæ significant, protulimus. Quæ nimirum omnia, quia ex quotidianis experimentis possunt uobis esse notissima, attendite iugiter quantam ædificationem exinde possitis capere, imitantes scilicet opus apum in collectione uirtutum. Iam enim nulla excusatio remanet uobis pro literarum ignorantia, quandoquidem in his rebus quas quotidie uidetis seu auditis, uel aliquo modo sentitis, diuinæ religionis notitiam uelut in libris agnoscere ualeatis.

Hæc quidem monita ad laicos specialiter dicta sint. Deinde uerò tam clericos quā laicos admonens precor, ut attendentes continuam aeris intemperiem, quæ peccatis nostris exigentibus, ita per annos iam multos imminebat, ut aut immensum frigus uel immensa pluuia uel intemperata siccitas fructus terræ corrumpens, famē miserandam efficeret: atq; formidantes ne corrupta iniquitate terra necessaria alimēta penitus denegaret, uel aliquos homines absorbeat, sicut in quibusdam locis pro dolor, nouiter euenisse dicitur, abstineant se aliquatenus a solita auaritia & rapina, nec non lasciuia, multiplicibusq; nugis, quas stolidissimi quidam ab exteris nationibus in has regiones per insolitam rasuram & monstruosum uestitum detulerunt. Nisi ergo huiusmodi stultitia relinquatur, non solum in eos qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, diuinitus uindicatur.

DE SVBSTANTIIS,  
FINIS.

## VENERABILIS BEDÆ presbyteri *πρωτοδιδάσκου*, siue elementorum philosophiæ, libri quatuor.

PROOEMIUM.



**N**AIT Tullius in Prologo Rhetoricorum: Eloquentia sine sapientia nocet, sapientia uerò sine eloquentia est parum, tamē aliquid, cum eloquentia tamen maximè prodest. Errant qui postposito proficiente & non nocente, adhærent nocenti, & non proficenti. Id namq; agere, est Mercurij & Philologiæ coniugium, tanta cura uirtutis & Apollinis quæsitum omni conuentu deorum probatum soluere. Idē etiam est gladium semper acuere, sed nunquā in bello percutere. Multos tamen nomen magistri sibi usurpantes, non solum hoc agentes, sed etiam alijs sic esse agendum iurantes, nihil quippe de philosophia scientes, aliquid se nescire confiteri erubescētes, siue imperitiæ solatium querentes, ea quæ nesciunt esse utilitatis minus charius prædicant. Sed quia, ut ait Terentius, Non est mirum si mulier meretrix impudenter agit, impudentia illorum postposita, de philosophia aliquid dicere proposuimus, ut diligentius ipsam pro posse nostro perficiamus, non diligentes ad diligentiam excitemus. Incipientes igitur à primæ creatione rerum, usq; ad hominem continuabimus, tractando de ipso homine multa dicētes: illud ante principium dictionis petentes, ut si aliquid in hoc opere imperfectū inueniatur: humanæ imperfectioni deputent, nec ideo quod in eo utile erit, uituperent. Neq; enim propter unum maledictū, bona sunt uituperanda: neq; propter unū benedictum, mala laudanda. Quandoq; enim uigilat Theristes, & dormit Ulysses, & longo operi fas est obrepere somnū. De philosophia igitur tractare incipientes, quid sit philosophia dicamus.

### Catalogus Libri I.



VID sit philosophia.  
Quæ sunt, & non uidentur.  
Quæ sunt, & uidentur.  
Bedæ tom. 2.

Quid sit & perfectè aliquid cognoscere.  
Quid perfectè ignorare.  
De dæmonibus.

D Quibus

Quibus rationibus probetur quod sit Deus. Quare spiritui sancto peccatorum remissio.  
 Quare potentia diuina dicatur pater. De anima mundi.  
 Quare sapientia filius. Quid sit coeleste animal.  
 Quare uoluntas spiritus sanctus. Quid æthereum.  
 Verum sint corpora uel spiritus. Quid aëreum.  
 Qualiter spiritus sanctus ab utroque procedat. Quid humectum.  
 Quare quædam opera uni de personis attribuatur, cum una sine alia nihil operetur. Qualiter filius à patre genitus, & tamen illi coæternus.  
 Quare filio attribuaturne incarnatio. De elementis.

## Liber primus.




**P**HILOSOPHIA est eorum quæ sunt, & non uidentur: & eorum quæ sunt & uidentur, uera comprehensio. Sunt & esse non uidentur incorporalia. Sensus enim extra subiectam materiam nihil potest. Sunt & esse uidentur corporalia, seu diuinum seu caducum habeant corpus. corpora namque subiacent sensui. Cum ergo in utroque cognitione constet philosophia, de utrisque differamus, ab eis quæ sunt & non uidentur, inchoantes. Sunt autem hæc: creator, anima mundi, demones, animæ hominum: quibus omnibus quia creator prior est. omnia enim ab ipso habent existere, sed ipse à nullo, ab ipso incipiamus. Sed quia dicunt sancti, Deum in hac uita non posse perfecte cognosci, quid sit perfecte aliquid cognoscere ostendamus, ut quare creator in hac uita perfecte non possit cognosci innoscatur. Undecim sunt quæ queruntur circa unumquodque: An sit, quid sit, quantum sit, ad quid sit, quale sit, quid agat, quid in ipsum agatur, ubi sit, qualiter in loco situm sit, quando sit, quid habeat. Perfecte ergo aliquid cognoscere, est ista undecim de illo scire. Sed quamuis sciamus Deum esse, quid tamen sit, perfecte non comprehendimus. Quæritas uero eiusdem qui omnia implet, angustias nostri pectoris excedit, relationi illius explicandæ humana sapientia non sufficit, qualitates non comprehendit: actionibus eius enarrandis infinitæ lingue non sufficiunt. Quid in ipsum agatur, non potentia facientis, sed permissione patiens. Vbi sit qui supra omnia, infra omnia, totus est & integer. Qualiter in loco sit, qui localis non est. De tempore illius, qui ante omne est tempus. Quid habeat, qui palmo omnia continet, nullus perfecte explicare potest. Nec ergo illud omnino ignoramus, quæ esse scimus: nec perfecte scimus, de quæ hæc omnia ignoramus, & quæ diximus in hac uita scribi Deum esse, rationes quibus etiã incredulis hoc possit probari aperiamus, scilicet & per mundi creationem, & quotidianam dispositionem. Cum enim mundus ex contrariis factus sit elementis calido, frigido, humido, sicco: uel natura operante, uel casu, uel aliquo artifice, in compositione mundi coniuncta sunt. Sed proprium est naturæ, contraria fugere, & simile appetere, non ergo natura contraria coniunxit elementa: casu uero coniuncta non sunt. Si enim casus mundum operatus esset, quare domum uel aliquid tale quod leuius est, non faceret: iterum si operatus esset mundum, aliquæ causæ præcessissent, quarum concursus operaretur casum. Est enim casus inopinatus euentus, ex causis confluentibus. Cui ergo nihil præter creatorẽ præcessit mundum, ergo casu non est factus, igitur aliquo artifice. Artifex uero ille uel homo uel angelus, uel Deus fuit. Ante uero mundus factus est quæ homo: angelus uero cum mundo. Ergo Deus solus mundum creauit. Per quotidianam dispositionem sic probatur: Ea quæ disponuntur, sapienter disponuntur. ergo aliqua sapientia, nihil enim sine sapientia sapienter disponitur. Est igitur sapientia qua omnia disponuntur. Sapientia uero illa uel humana uel angelica uel diuina. Humana uero non est, quæ res facit uiuere & loqui. Cuius suã humana sapientia formã, scilicet hominis uel alterius animalis operetur, motum illi & uitã conferre non potest. Angelica uero sapientia, quomodo angelos ipsos disponderet: Diuina ergo est sapientia, quæ hoc agit. Omnis uero sapientia est alicuius sapientia. Est igitur cuius sapientia illa est, nec idẽ homo est, nec angelus. Deus ergo. Sic per quotidianam dispositionem peruenitur ad diuinam sapientiam: per sapientiam ad diuinam substantiam. Unde diuina sapientia dicitur signaculum & imago diuinitatis. In hac diuinitate, omnium conditrix & oia gubernante, dixerunt philosophi esse potentiam operandi sapientiam, uoluntatem. Si enim non potuit & nesciunt, quomodo tam pulchrum fecit: Si iterum fecit & noluit, uel ignorans uel coactus hoc egit. Sed quod ignoraret, qui etiã nouit hominum cogitationes: Quis iterum illud cogeret, qui oia potest: Est igitur in diuinitate potentia, sapientia, uoluntas. Quas sancti tres personas uocant, uocabula illis à uulgaribus per quandam affinitatem transferentes, dicentes potentiam diuinam, patrem: sapientiam filium: uoluntatem, spiritum sanctum. Potentia dicitur pater, qua cuncta creat, & paterno affectu disponit. Sapientia uero dicitur filius, à patre ante secula genitus, & tamen illi coæternus: quia ut filius temporaliter est à patre, ita sapientia æternaliter & co substantialiter est à potentia. Sed diximus filium gigni à patre, & tamen illi coæternum esse, de illa genitura aliquid dicamus, illud ante orantes, ne illud quod inuenitur, Generationem eius

eius quis enarrabit: putent nobis officere. Illud enim dictum est, non quia impossibile sit, sed quia difficile. Pater ergo genuit filium: id est, diuina potentia sapientiam, quando prouidit qualiter res crearet, & creatas disponderet: & quia ante secula hoc prouidit, ante secula filium, id est, sapientiam genuit, & hoc ex se non ex alio: quia neque alicuius doctrina neque usus experientia, sed ex propria natura hoc scire habuit. Ex quo autem fuit (si fas est dicere) de æterno: ex quo hæc sciuit, nec fuit qui ista sciret. Si ergo æternus est, & sapientia eius æterna est. hic pater genuit filium coæternum sibi, & consubstantialẽ. Voluntas uero diuina dicitur spiritus. Est autem proprie spiritus, anhelitus, in quo sæpe uoluntas hominis perperditur. Aliter enim spirat lætus, aliter iratus: ideo diuinam uoluntatem translatiue dixerunt spiritum, sed anonomaliter sanctum. Spiritus iste à patre & filio procedit, quia uoluntas diuina & bonitas, inde quod ita potens & sapiens est Deus, effectu ostenditur. Nihil enim aliud est spiritum sanctum à patre & filio procedere, quam diuinam uoluntatem ex potentia & sapientia usque ad creationem & gubernationem rerum extendere. Hęc bonitas & uoluntas patri est coæterna, & filio. non enim fuit potens & sapiens, quod non esset bonus, & creare uolens: quia idẽ est Deo esse, & bonum esse: & ante tempora uoluit quod fecit, quia nulla in eo mutabilitas. Coæterna est itaque prædicta uoluntas & bonitas diuina. Sed hæc personarum trinitas est, essentia unitas. Vna enim substantia est potentia diuina, sapientia & bonitas. Quæ trinitas quamuis in omnibus cooperetur, nunquam quippe agit aliquid potenter & non sapienter & benigne: nec sapienter & non potenter, uel benigne: nec benigne, & non sapienter uel potenter, tamen quædam opera referuntur potentia: & sic patri: quædam sapientia, & ideo filio: quædam bonitati & uoluntati, & ideo spiritui sancto. Attribuitur potentia, id est, patri filii missio, quæ tamẽ operata est sapientia & uoluntas: attribuitur sapientia, id est, filio, incarnatio, quæ tamen operata est potentia & uoluntas. Et merito sapientia attribuitur. Cui enim tam potens esset, qui de potestate diaboli humanum genus sola uoluntate liberare posset, maluit tamen diuinitatem coniungere humanitati, ut qui Deum & hominem reconciliaret in se, qui hominis est, & Dei haberet. Si enim tantum Deus esset, nunquam diabolus in eum manus mitteret. quippe quomodo seruus in filium potentis domini cognitum manum mitteret: Unde scriptum est: Si cognouissent, nunquam filium Dei crucifixissent. Si iterum tantum homo esset, quomodo captiuus captiuum liberaret: omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei. Redemptor igitur noster Deus fuit, & homo, & adhuc est, ut ex diuinitate saluare posset, & ex humanitate diabolum lateret: ut cum præter ius & fas innocentem inuaderet, potestatem sibi super nocentem à Deo commissam iuste amitteret. Voluntati uero & bonitati diuine remissio peccatorum attribuitur, quia ex bonitate & uoluntate condonat, quod ex potentia & sapientia quæ cito factum est, punire posset. Sed quia dum de diuinitate loquimur, angustias nostræ scientiæ transgressi sumus, de ea iterum tacentes, ad reliqua transeamus, illud orantes, ne si aliquid quod alibi scriptum non sit, hic reperiat, hæresis iudicetur. Non enim quia scriptum non est, hæresis est, sed si contra fidem. In partitione superiori de eis quæ sunt & non uidentur, primum creatorem: deinde de anima mundi posuimus. Finito igitur de creatore tractatu, de anima mundi dicamus.

Anima igitur mundi, secundum quosdam spiritus sanctus est. diuina enim uoluntate & bonitate, quæ spiritus sanctus est, ut prædiximus, oia uiuunt, quæ in mundo uiuunt. Alij dicunt animam mundi esse naturalẽ uigorem, rebus à Deo insitum, quo quædam uiuunt tantum, quædam uiuunt, nec sentiunt: quædam uiuunt, sentiunt & discernunt. Nec enim est aliquid quod uiuat & sentiat uel discernat, in quo non sit ille naturalis uigor. Tertij dicunt animam mundi esse quandam incorporeã substantiam, quæ tota est in singulis corporibus, quamuis propter quorundam corporum tarditatem, non idẽ in omnibus operetur, quod uolens significare Virgilius ait: Quantũ non noxia corpora tardant. In homine ergo propria & mundi anima, si quis concludat: igitur in homine sunt due anime. Dicimus enim, quia non dicimus animam mundi esse animam, sicut nec caput mundi esse caput. Hæc dicit Plato esse excogitata ex diuina & indiuidua substantia, ex eadẽ natura & diuersa, cuius exponere si quis querat, in alijs nostris scriptis illam inueniet. Tertium genus de his quæ sunt, & non uidentur, diximus esse demones, de quibus tractare incipientes, dicamus quot illorum sint ordines, & quare uocati sint demones. Tres igitur demonum ordines uoluit Plato esse, à superiori usque ad inferum nihil line rationali creatura esse affirmas. Dicit enim, in firmamento esse quoddam animal rationale, quod ita definit: Animal rationale, coeleste, immortale, impatibile, stellas uidelicet de quibus in loco suo dicemus, sunt enim de his quæ sunt & uidentur. Deinde dixit esse in æthere quoddam genus inuisibilis animalis, à firmamento usque ad lunam primũ ordinẽ demonum, quod ita definitur, Animal rationale, immortale, patibile æthere: cuius dicit esse officium soli diuinæ contemplationi uacare, & de eius contemplatione delectari. in inferiori uero loco. i. circa superiorẽ partem aeris uiciniã lung dicit esse aliud genus, cuius est distinctio. Animal rationale, immortale, patibile, diligentia omni bus imparties. cuius est secundum eundem officium, deferre preces homini, non Deo, & uoluntatem Dei hominibus uel per somnia, uel per signa, uel per intimam aspirationem, uel uocalem admonitionem. Quod dicitur patibile, quia diligit bonos, congaudet illorum prosperitati, cõpatitur aduersitati. Tertius ordo est in hac humecta parte aeris, quæ ita definitur: Animal humectum, rationale, immortale, patibile. Cuius est officium humanitati inuidere, ex inuidia insidiari, quia unde descendit per superbiam, ascendit humanitas per humilitatem. Est etiam ita luxuriosum, quod aliquando commiscet se mulieribus,

& aliquos generat: unde & incubi, quia sic cōcumbunt, dicuntur: qui ab alijs differunt demonib. quia duo primi ordines dicuntur cacodæmones: id est, bonū scientes. καλόν bonum, δαίμων sciens dicitur. Isti uerò dicuntur cacodæmones, id est malum scientes. κακόν enim malum est, & non ab horreas nominis communitatem, quia & illi & isti dicuntur dæmones, quasi scientes, cum & isti & illi angeli dicantur. unde dicitur malus angelus. Inferiorem partē mundi homo habitat, id est, terram, animal rationale, mortale, de quo in suo loco dicemus. De prædictis dæmonib. quaritur, utrū corpora habeant, an non, cū sint animalia, & omne animal corpus dicatur, an sint spiritus, ut ait propheta: Qui facit angelos suos spiritus. Inde dicūt quidā quod corpora sint, tñ ita subtilia, q̄ sensu percipi nō possunt. Vnde respectu nostrorum corporū, quæ spissa sunt & grossa, spiritus dicuntur, quemadmodū aer quāuis corpus sit, tñ propter subtilitatē sui spiritus uocatur, quod cōfirmat beatus Gregorius, qui in Moralibus loquens de angelis ait, Comparatione nostrorū corporū spiritus sunt, sed cōparatione illius summi & incircumspecti spiritus, corpora sunt dicenda. Hoc iterū probant autoritate beati Augustini, qui in Enchiridīo quoddā ponit capitulū, qualia corpora angeli habeant. Alij dicunt illos nō esse corpora, sed spiritus scilicet, quia ubiq; nō sunt, de loco ad locū mouētur, cōparatione summi spiritus, q̄ ubiq; torus est & integer. à beato Gregorio corpora dicti sunt, nec inde sequit̄ q̄ corpora sint. sicut illud est, Sapientia huius mūdi stultitia est apud Deū. non q̄ Deus sapientia huius mūdi stultitiā reputet: sed q̄ ad cōparationē diuinę sapientię stultitia est, nec inde sequitur q̄ sit stultitia. De illo uerò capitulo beati Augustini, qualia corpora angeli habeant, dicunt beatū Augustinum ibi loqui de corporib. quę assumunt, quando hominib. apparent, utrum uera sint corpora an non, nec tñ dicit illos esse corpora. Nos aut̄ plus illorū sententię concedimus, qui dicunt illos esse spiritus: nec uideatur alicui esse inconueniens, quod Plato duo genera dicit esse cacodæmonum, cum diuina scriptura nouem dicat esse ordines angelorum. Plato enim diuisit secundum loca, sed diuina pagina iuxta officia. In duobus igitur illis generibus continentur nouem ordines, & econuerso.



Post tractatum de creatore & anima mūdi & dæmonibus restat tractare de anima hominis. Sed q̄ de homine locuti sumus usq; ad illū locū, loqui de eius anima differamus, ut sit unus & cōtinuus de homine tractatus. Hactenus de illis quę sunt, & nō uidentur, nostra differuit oratio, nunc ad ea quę uidentur, stylus cōuertatur. Sed antequā initiū loquēdi de illis faciamus, petimus, ut si loquentes de uisibilibus aliquid probabile, & nō necessariū dicimus, uel necessarium, & non probabile ponimus, non inde uituperemur, ut physici enim tantum probabile ponimus: ut uerò philosophi probabile, & si nō necessariū adiungimus, sed illud uideatur si aliquid probabilius inter modernos inde tractauerint. Tractaturi igitur de eis quę sunt & uidentur, quod illa corpora sunt, & omnia corpora ex elementis constant: ab elementis sumamus exordium, ostendemus

quid sit elementum, quare quatuor sint elementa, nec pauciora, quod fuit chaos elementorum, qualiter solutum.


Elementum uerò ut definiunt philosophi, est simpla & minima alicuius corporis particula: simpla ad qualitatem, minima ad quantitatem. Cuius exemplum tale est: Elementum est pars simpla, id est cuius non sunt contrarię qualitates. Sed quia hoc totum uidetur habere ossa & similia, ut remoueat illa, addit minima: id est, quæ ita est pars alicuius, quod nihil est pars eiusdē. unde literæ per simile dicuntur elementa, quia sunt partes simillimæ, ita quod nihil est pars illarum. Volunt autem philosophi ex elementis quatuor constare humores, ex humoribus partes tam homiomeras, id est consimiles, ut est caro & ossa, quàm organicas, id est officiales, ut sunt manus & pedes, & cætera. Ex utrisque uerò partibus humana constare corpora. Ergo secundum eum nullum ex his quatuor quæ uidentur, & à quibusdā elementa reputata sunt, est elementum simplicum uidelicet, nec terra nec aqua, nec aer, nec ignis. Nullum quippe eorum est simplicum qualitate, nec minimum quantitate: & ut in terra aliquid est calidi, aliquid frigidi, aliquid sicci, aliquid humidi: quod quia cuiuslibet est patens, probationem illius prætermittamus. Neque enim aperte uera, neque aperte falsa sunt probanda, sed de quibus est aliqua dubitatio. Non est ergo terra simpla qualitate, nec minima quantitate, cum ex tam magnis partibus constet. sunt enim quatuor illius partes uel quinque zonæ, nec ergo est elementum. Similiter de aqua & igne

& igne & aere probari potest. Elementa ergo sunt simpla & minima particulae, quibus hæc quatuor constant quæ uidemus. Hæc elementa nunquam uidentur, sed ratione diuisionis intelliguntur. Diuiditur enim ut figuratim dicatur humanum corpus in organica, ut in manus, &c. organica in homiomera, id est, consimiles, scilicet in partes carnis & ossa. Homiomera autē in humores, melancholiam, &c. humores autē in elementa, id est in simpla & minima particulas. Cuius diuisionis pars actus, pars sola ratione & cogitatione fieri potest. Corpus enim humanū in membra, mēbra in homiomera actu diuidere potest, sed homiomera in humores, humores in elementa solus intellectus diuidere potest: quia ut ait Boethius in commento super Porphyrium, Vis est in relectus coniuncta diuidere, & diuisa coniungere. Sed quæret aliquis, ubi sunt elementa? Nos dicimus in compositione humani corporis & aliorum, sicut litera in compositione syllabæ, & si non per se. Sed quidam sunt, qui ut rustici nesciunt aliquid esse, nisi sensu illud possint comprehendere: quia animal nō percipit quæ sunt spiritus, cū sapienti plus inquirenda sint insensibilia, quæ sensibilia. Cum ergo simpla & minima particulae sint elementa, quæ sunt frigida & sicca, dicuntur terra. Quæ frigida & humida, aqua: quæ calida & humida, aer: quæ calida & sicca, ignis. Cū autē hæc quatuor quæ uidentur, ex illis cōposita sint, illud de his in quo duæ particulae frigida & sicca dominatur, nomine illarum dicitur terra: in quo frigida & humida, aqua: in quo calida & humida, aer: in quo calida & sicca, ignis. Si ergo illis digna uelimus imponere nomina particulas prædictas, dicamus elementa ista quatuor, quę uidentur elementata. Sunt quidā qui neq; philosophorū scripta, nec physicorū unquam legerunt, ex superbia ab aliquo discere dedignant, ex arrogantia, quę nesciunt confingentes, non nihil dicere uideantur, dicunt esse istorū quatuor, quę uidentur qualitates: calorē, frigiditatē, humiditatem, siccitatem. Sed istis physicam uelut & partē per de derahentibus, reclamatione eodem ore Platonis, uocantes elementa materias, cum nullę qualitates materia alicuius esse possint. Est enim materia, quæ accepta forma transit in aliud. Reclamat item ore illius philosophi, qui in isagogis suis ait: aliud esse elementa, aliud eorum cōmixtiones, quæ sunt calida & sicca, & sic de alijs. Iterum reclamatione ore Macrobij dicentis: Cū in lingulis elementis diuersę essent qualitates, talē unicuiq; dedit, ut in eo cui adhæret, cognatam & similē reperiret, ut aqua cū terra frigiditate, aer cū aqua humiditate, ignis cū aere calore. Vide ubi dixit elementa non esse qualitates, sed qualitates in elementis. Si ergo quod alicui inest, diuersum est ab eo cui inest, nō est ipsum quod est, ipsum cui inest. Sunt alij qui dicunt, ista quæ uidentur esse elementa, autoritate lucretialis hoc probantes, qui de gulosis ait, Gustus per omnia elementa quærunt: in terra urenantes, in aqua pisces, in aere aues. quæ sententia quia uera est, nec sententię philosophorum contraria, qualiter cum ista stare possit exponam. Philosophus igitur tanq; physicus de naturis corporum tractans, simplas illarū & minimas particulas elementa quasi prima principia uocauit. Philosophi uerò de creatione mundi agentes, non de singulorū corporum naturis, ista quatuor quæ uidentur, elementa mundi esse dixerunt, quia ex istis constant: & ista prima creata sunt, deinde ex his ut ex elementis cetera omnia facta sunt, ut in sequentibus ostēderetur. Nulla est ergo inter eos cōtrarietas. sed dicunt contrā, Nullū istorum elementum est, quia nullū est eorum quod ex quatuor elementis factum non sit. quod sic probant: In terra est aliquid de aqua, quia aliquid humiditatis uidemus exire. In eadem est aliquid aeris, quod probat fumus in de euaporans, & aliquid caloris, quod tactu percipimus. Similiter de alijs probant hoc idē autoritate Platonis dicentis: Cum terra transeat in aquā, & aqua in terram, quare magis dicatur aqua q̄ terra. Nos uerò contradicimus in uno quoq; illorum de alijs aliquid esse, nec tamen ea inde esse facta, quia non substantialiter, sed accidentaliter inest. Cum enim terra porosa sit, & aquis circumdata, aliquid humoris aquæ subintrat, & aliquid aeris. Cum ergo in medio mundi sit, & ignis ab omni parte æqualiter distet terræ, quid mirū si aliquid caloris inde recipiat? Insum igitur ista terra accidentaliter, non naturaliter, nec ex istis constat. Similiter de alijs licet probare, sed quia breuitatē in hoc opere sectamur, quid in alijs de alijs sit, & qualiter in eis accidat, ingenijs aliorum inquirere dimittamus. Etenim principū à magistro, perfectio autē debet esse ab ingenio & studio. Quoniam iterum Platonem dicunt quæsiisse, quare magis dicatur aqua q̄ terra, uel e cōuerso cū sic dissoluantur, sic intelligimus illum loqui nō de elemento ibi, sed de parte elementis, quæ sic dissoluitur. Nunquā enim totum dissoluitur elementum. Dicit enim id q̄ dissoluitur non esse terrā, sed terreum, id est partem terræ, sed quod remanet retinens proprietatē terræ, dicit terram & elementū. Sed de hoc Deo annuente uita satis dicemus. Sunt ergo elementa prædictorū corporum particulae, ut dicunt philosophi. Sunt autē elementa mundi, ut dicunt philosophi, quæ uidentur, de quibus huiusmodi tractatus habendus erit.

Quare unum quodq; factum sit, quare quatuor nec pauciora, sed quia firmior est sententia, quę autoritate sapientis utitur, quid inde Plato senserit dicamus. Diuini inquit decoris ratio postulat talem fieri mundum, quæ & uisum pateretur & tactum. Ac si diceret: Cum Deus sola bonitate non indigentia, quippe qui perfectum & summum bonum est, mundum creauit, talem uoluit illum fieri, qui uideretur & tangeretur, ut homo etiam oculis in rerum creatione & gubernatione diuinam potentiam & bonitatem percipiens, potentiam timeret, sapientiā ueneraretur, bonitatem imitaretur. Deinde subiungit: Constat aut nihil posse uideri nisi ignis beneficio, neq; tangi sine solido, nec solidū esse sine terra. Quomodo uisus non possit esse sine igne, nec tãgibile



line terra, loquentes de sensibus corporis ostendemus. Postea addit: Idcirco iecit Deus quasi fundamenta ignem & terram. Sed quoniam in eis sunt contrariæ qualitates, quippe terra est corpora lenta, obtusa, immobilis. Ignis subtilis, acutus, mobilis: vidit Deus sine medio ea iungi non posse, ideoq; inter ea medium creavit, de quorum coniunctione quia fecimus mentionem, dicamus quod sit coniunctio, quid commixtio contrariorum. Commixtio ergo contrariorum est, quando ex duobus ita fit unum, ut neutrum remaneat, id quod ante fuerat: ut si calidissimum frigidissimo miscetur, fit tepidum, neq; frigidissimo neq; calidissimo remanente: coniunctio uero contrariorum est, quando ex duobus ita fit unum, quod utrunq; remanet id quod ante. Quod in contrarijs habentibus agentes qualitates sine medio esse non possunt. Sunt autem agentes qualitates, calor, frigiditas, sed quare loquentes de homine dicimus. Si enim alterum alteri adponatur, repugnant, & alterum ab altero dissoluitur: ut ergo subsistat, oportet medium esse. Id si tale fuerit, quod plus ad unum quã ad aliud se habeat, paulatim in illud ad quod se plus habet, transibit, sicq; illa cõiunctio dissoluetur: ueluti si inter calidissimum & frigidissimum aliquid plus habens se ad calidum quã ad frigidum ponatur, illo in naturam calidi transeunte, & frigiditate pereunte, dissoluetur illa cõiunctio. Sin autem tale fuerit medium, quod ad utrunq; se æqualiter habeat, non plus in naturam unius quã alterius transiens, illorum obseruabis coniunctionem. Volens ergo prædicta duo elementa non cõmisceri, sed coniungere, ut utrunq; id quod est remanet, medium inter illa creauit, non unum tamen, sed duo, aquã scilicet & aera. Si enim solam aquam inter ea posuisset, tum plus ad terram quã ad ignem se haberet. habet enim cõmune cum terra corpulentiã, obtusitatem, cum igne mobilitatem: coniunctio illa non duraret. Similiter si solum aera, habet enim cõmune subtilitatem & mobilitatem cum igne, cõ terra obtusitatem. Sed dicit aliquis: Et si unum istorum non sufficit, potuit tamen Deus facere aliud quod sufficeret. Ad quod dicimus, nos non ponere rem in diuinæ potentie, sed dicimus nullum de his quæ sunt, potuisse sufficere, nec iuxta rerum posse esse aliquid quod sufficeret. Ostenso igitur quòd unum de istis solum non sufficeret, quòd nullum aliud quod ad hoc sufficeret, esse non posset, aperiamus. Cum igitur inter aliqua duo, duæ sunt contrariæ qualitates, quia binarius in duo aqua diuidi non potest, aliquid inter illa poni potest, quòd unam ab uno quoq; proprietatem recipiens, inter illa sufficiat: ut cõ terra & aer duas contrarias habeant qualitates. Est enim terra frigida & sicca, aer calidus & humidus, aqua habens commune cum terra frigiditatem, cum aere humiditatem, inter illa sola sufficit. Similiter ignis & aqua contrarias habent qualitates, est quippe ignis calidus & siccus, aqua frigida & humida. Sed quia aer habet commune cum aqua humiditatem, cum igne calorem, inter utrumq; solum sufficit. Si uero inter aliqua sunt tres contrariæ qualitates, sicut nec ternarius in duo aqua diuidi potest, nec mediũ quod ad ea æqualiter se habeat, potest inueniri. Oportet enim quòd de uno accipiat unam, duas de altero, sic enim nec aliter potest in integrum diuidi ternarius.



ra frigiditatem, præter hæc (ut opinor) nihil potest confingi. Sed impossibile est aliquid esse calidum & frigidum. Cum enim sint quatuor elementa & quatuor illorum cõplexiones, inde fiunt sex complexiones, quarum quatuor sunt possibiles, duæ impossibiles. Sunt autem quatuor possibiles, calidum & siccum, calidum & humidum, frigidum & humidum, frigidum & siccum. Duæ uero impossibiles, calidum & frigidum, humidum & siccum. Duo igitur elementa creator in medio posuit, quia unum prædictis rationibus non sufficeret. Elementorum uero talis est dispositio, quod inferiorẽ locũ obtinet terra, deinde est aqua, postea aer, superior est ignis. Si enim aliquid

inferius

inferius terra esset, quia naturaliter grauis est, ad illud tenderet, grauiã enim naturaliter deorsum tendunt. Si uero aliquid supra ignem esset, ex leuitate sua ad illud tenderet, & dissolui ab alijs cõtenderet. Iuxta terram posita est aqua, quia naturaliter grauis est, & si non quantum terra, & secũdum locum obtinere debuit. deinde est aer grauior igne, & leuior aqua, merito inter utrunq; ponitur. Et quoniam quid sit elementum docuimus, & quot sint, & quare plura non sint, & causam ordinationis significauimus, de Chaos, quod in principio mundi fuit, dicamus, cõmunem sententiam præponentes, deinde illam improbant, ad ultimũ nostram rationibus confirmantes. Dicunt oēs fere, Elementa in prima creatione certa loca non obtinuisse, imò in unã massã mixta fuisse, in qua erant grauiã & leuiã, modo ascendebant, modo descendebant. Subiungunt etiã rationem, quare tanta confusio rerum foret, nisi sua potentia, sapientia & bonitas res ordinaret. Deinde hoc probant autoritate Platonis, qui in Timæo ait, Deum ex inordinata iactatione elementa redegisse in ordinem. Nos uero dicimus falsam esse quam proponunt, nec conuenientem esse rationem, quam inducunt, nec bene esse intellectã autoritatem quam prætendunt. Prius ergo probemus sententiam esse falsã, postea rationem non esse conuenientẽ, deinde non bene esse intellectã autoritatem. Dic ergo quisquis hoc affirmas: Massã illã quã constabat ex quatuor elementis, maior erat uel minor uel æqualis elementis, quã modo sunt. Si maior erat, nõ ergo omne corporeum in quatuor elementis continetur, uel aliquid de ea periit. Si minor, tunc creator post eã aliquã nouam materiam creauit, ex qua elementa augmentauit. Si æqualis, omnem locum, quæ illa modo impleret, implebat, non igitur quòd ascenderet uel descenderet, habebat. Falsa est ergo sententia. Inconueniens est ratio quã inducunt, scilicet Deum ad hoc fecisse, ut ostenderet quantã confusio rerum foret, nisi sua bonitas eas ordinaret. Cui ostenderet? Angelor? Sed angelus ex natura & gratia naturas rerum cognoscit. Homini? Sed nondum erat homo, & si ut homini ostenderetur, facta esset, usq; ad hominem seruarietur. Sed ante hominis creationẽ ordinata sunt elementa. Autoritas Platonis non bene est ab his intellecta. Cũ enim dicit Plato, ex inordinata iactatione Deum elementa reduxisse in ordinem: non ideo dicit, quòd unquam inordinate iactarentur. Quis enim ullus locus relictus esset inordinationi, Deo cuncta disponente? Sed quia essent nisi sic, ut nunc sunt, à Deo essent ordinata. Cum enim terra naturaliter deorsum tendat, ignisq; sursum, nisi illa inferiorem locum obtineret, ille uero superiorem: hæc semper quæreret inferiorem, hic superiorem, & sic esset inordinata iactatio. hanc redexit creator in ordinem, cõferendo terrã locum, scilicet inferiorem, igni superiorem: ut hæc non haberet quòd descenderet, neq; hic quòd ascenderet. Ex inordinata igitur iactatione, non quæ fuit, sed quæ esse potuit, Deus elementa in ordinem redexit: ueluti si monitu alicuius nostri amici aliquid quod contingeret, nisi ipse moneret fugiamus, dicimus. Iste liberauit nos ab hoc malo: non quia hoc malum prius fuisset, & postea nos inde liberasset: sed quia nisi iste fuisset, nobis accidisset. Fuerunt igitur in prima creatione, ubi nunc sunt elementa, sed non qualia nunc sunt. Etenim terra omnino erat cooperta aquis, aqua uero spissior quã modo sit, & ad magnam partem aeris eleuata. Aer autem spissior quã modo sit, & obscurus: quippe cum neque sol neque luna, neque aliæ stellæ essent, quibus illuminaretur. Ignis similiter spissior erat, quã modo sit. Id autem quod terra erat omnino aquis cooperta, nec aliquo lumine illustrata, nec ædificijs distincta, nec suis animalibus repleta, quòd aqua & aer spissi & obscuri erant, quòd in superioribus stellæ non apparebant, chaos, id est confusio elementorum uocauerunt. Vnde Moses: Terra erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. hoc chaos sic dissolutum est, cum aqua usque ad maximam partẽ aeris esset eleuata: aer uero spissus, & ignis similiter in illa spissitudine aliquid terreæ & aqueæ substantiæ inerat, quæ ex calore ignis, & siccitate coagulata & durata, corpora stellarum uisibilia & lucida creauit. Quod autem in cõpositione stellarum & de inferioribus & de superioribus elementis est, dominante tamẽ supremo, ex hoc potest probari, quòd uisibilia sunt & splendida & mobilia. Quod enim uisibilia sunt, ex inuisibili uel uisibili habent: at ex inuisibili nihil potest esse uisibile. unde Lucretius: Ex inuisibili ne credas sensibile nasci. & Macrobius: Omnis qualitas geminata crescit, nunquã contrarium operatur. Non ergo ex igne uel aere habent quod uisibilia sunt: hæc quippe sunt inuisibilia. Ex uisibili ergo, id est ex terra & aqua. Similiter quòd splendida sunt & mobilia, ex obscuro & immobili non habent: ergo ex splendido & mobili, scilicet aere & igne. Facta sunt ergo ex quatuor elementis, scilicet de inferioribus, dominantur in eis aqua, de superioribus ignis, quod effectu probari potest. Calorẽ enim terris cõferunt, & ad nutrimentũ sui humorẽ attrahunt. Similia namq; similibus congaudent. Hic subiçiet aliquis: Cũ in aere sit humor spissior quã in igne, & calor quamuis non tantus, quare in aere corpora stellarũ facta non sunt? Nos uero dicimus, quòd quamuis aer sit calidus, est tamen & humidus: nõ ergo potuit desiccando spissare, & sic corpus lucidũ & uisibile creare. ueluti si aqua spissa superponat igni, spissatur, & in lapideam sæpè transit substantiam: sin autẽ alicui calido & humido superponatur, ut aqua bullienti, ita ut ab illo solo calorẽ recipiat, nõ spissabitur, uel secundum Constantinũ: Cum in uno de istis quatuor duæ sint qualitates, lingillatim unam habet ex se, alterã ex alio. Ignis ex se calidus est, siccus ex motu uel ex terra. Aer est humidus ex se, calidus ex igne. Aqua humida ex aere, frigida ex se. Terra uero ex se sicca est, sed frigida ex aqua. Quod uero in uno quoq; est ex se, plũ in eo ualeat, quã ex alio. Cũ ergo in aere humiditas sit ex se, calor ex igne, pualuit in eo


humiditas, nec potuit desiccando corpora stellarum creare. Iterum quod maius est, non fuit diuina uoluntas stellas esse in aere. Cum enim aer terre sit uicinus, si in eo essent stellæ, ex uicinitate sua terram incenderent, nec aliquid in ea uiuere posset. Corporibus stellarum sic creatis, quia igneæ sunt naturæ, coeperunt se mouere, & ex motu subditum aera calefacere. Quo mediante aqua calefacta est, ex aqua calefacta & spissata, diuersa genera animalium sunt creata: quorum quædam quæ plus habuerunt superiorum elementorum, aues sunt. Vnde aues modo sunt in aere ex leuitate superiorum, modo descendunt in terram ex grauedine inferiorum. Alia uero quæ plus aquæ habuerunt, pisces sunt, inde est quod in hoc solo elemento uiuere possunt. Sic igitur aues & pisces ex aqua creati sunt, unde scriptum est: Magnæ Deus potentia, qui ex aquis ortum genus partim remittit gurgiti, partim leuas in aera. Istis sic creatis ex aqua effectu superiorum, ubi aqua tenuior fuit: ex calore & creatione prædictorum desiccata est. Apparētq; in terra quasi quedam macule, in quibus homines & alia animalia habitabant. Sed cum terra ex superposita aqua esset lutosa, ex calore bulliens, ex se diuersa genera animalium creauit, & si in aliqua parte terra abundauit ignis, cholericæ nata sunt animalia, ut leo. Si terra molancholica, ut bos & asinus. Si aqua, phlegmatica, ut porcus. Ex quadam uero parte, in qua elementorum qualitates, æqualiter conuenerunt, humanum corpus factum est. Et hoc est quod diuina pagina dicit, Deum fecisse hominē ex limo terræ. Non enim credimus animam, quæ spiritus est, & leuis & munda, ex limo esse factam, sed à Deo homini inspiratam, unde ait scriptura: Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Vnde cum diuersa melancholica animalia creata sunt, infirma phlegmatica & cholericæ. Vnus solus homo creatus est: quia ut ait Boetius, Omnis æqualitas pauca est & finita: in æqualitas uero numerosa & multiplex. Sed quoniam est proximum temperato, & si minus, tamen aliquanto est temperatum: ex uicino limo corpus mulieris esse creatum, uerisimile quibusdā uidetur, & ideo nec penitus idem est quod homo, nec penitus diuersum, nec ita temperata: quia calidissima frigidior est frigidissimo uiro. Et hoc est quod diuina pagina dicit Deum fecisse feminam ex latere Adæ. Non enim ad literam uolumus Deum primū hominē ex costa esse. Sed dicit aliquis, eadem ratione plures homines & feminas tūc posse creari, & adhuc posse. Nos dicimus uerum esse, si diuina uoluntas esset: quia ut aliquid sit natura operante, necesse est diuinam uoluntatem præcedere. Iterum dicit, hoc esse diuinæ potestati derogare, sic esse factum hominem dicere. Quibus respondemus e contrario: Immo id est ei conferre, quia ei attribuimus, & talem rebus naturam dedisse, & sic per naturam operantem humidū corpus creasse, nam in quo diuinæ scripturæ contrarij sumus, si quod illa dicit factū, nos qualiter factum sit explicemus. Si enim modo unus sapiens dicat aliquid esse factum, & non explicet qualiter: alter uero hoc idem dicat & exponat, quæ in hoc est contrarietas? Sed quoniam ipsi nesciunt uires naturæ, ut ignorantia suæ omnes socios habeant, nolunt aliquē eas inquirere, sed ut rusticos nos credere, nec rationem quærere, ut iam illud propheticū impleatur: Erit sacerdos sicut populus. Nos autem dicimus in omnibus rationem esse quærendam, si potest inueniri. Si enim alicui deficiat, quod diuina pagina affirmat, spiritui sancto & fidei est mādandū. Non enim ait Moses, Si agnus non potest comedi, statim igni comburatur: sed prius conuocet uicinum, qui coniunctus est domui suæ, & si nec ita sufficiunt ad esum agni, tunc demum igni comburatur: quia cum de diuinitate aliquid quærimus, si ad illud comprehendendum non sufficimus, uicinum domui nostræ conuocemus, id est in eadem fide catholica inquiramus. Sin autem nos neq; ille ad id comprehendendum sufficimus, tunc illud igne fidei comburamus. Sed isti multos habentes uicinos domui suæ coniunctos, ex superbia nolunt aliquem conuocare, maluntq; nescire quā ab alio quærere: & si aliquem inquirentem sciant, illum esse hæreticum clamant, plus de suo caputio præsumentes, quàm sapientia suæ confidentes. Sed quæso ne habitui credas, iam enim in eis impletum est, quod ait Satyrus: Fronti nulla fides, quis enim nouicis abundat, Tristibus obscenis. & iterum: Rarus sermo est ille, & magna libido tacendi, Atq; supercilio breuior coma. Et quoniam de prima creatione rerum fecimus mentionem, quam diuersi diuersis temporibus dicunt esse factam, doceamus in quo tempore & quibus rationibus dicunt esse factam. Hebræi ergo & latini dicunt in uere principium mundi fuisse. Vnde Virgilius de diebus ueris loquens ait: Non alios credidit in prima origine mundi, Illuxisse dies, alium ue habuisse tenorem, deinde subiungit: Ver illud erat, uer tempus agebat. Horum talis est ratio: Quicquid creatur, æqualitate proportionum creatur: sed nullum tempus præter uer temperatum est: in uere ergo creatio mundi facta est. Aegyptij uero in Iulio illam esse factam dicunt. Quos secutus Macrobius, dicit in natali die mundi cæcum gestasse lunam, leonem solem. Quorum hæc est ratio: In prima creatione tātus fuit humor, quod terra erat aquis circumdata, tantus uero humor sine mixto calore temperari non potuit. Ergo in tempore anni, in quo maximus calor est, id est in aestate, creatio mundi facta est.

LIBRI PRIMI,  
FINIS.

VENERA

Venerabilis Bedæ presbyteri *Wiel. A. Adæ. comp.* siue elementorum philosophiæ, Liber II.

PROOEMIUM.



In superiore particula de eis quæ sunt & non uidentur, & elementis, quæ quidem uisibilia, quidam inuisibilia docuerunt, pro paruitate nostri ingenij summam perstrinximus: nunc uero de unoquoq; & eius ornatu dicere satagamus. Sed quamuis multos ornatu uerborum quærere, paucos ueritatem, scientiæ cognoscamus, nihil tamē de multitudine, sed de paucorum probitate gloriantes, soli ueritati insudamus. Maluimus enim nudam ueritatem prætere, quam palliatam falsitatem. Sed quis nam est, cui ariditas nostri sermonis displiceat, si nostri animi occupationes cognouerit, ornatum sermonis non quæserit, sed de illo quod agimus stupebit. Quis enim ullus reliquus locus potest esse ornatui, cū oporteat quid & qualiter legamus cogitare: deinde legendo exponere, in disputationibus contra falsa declamare, de aliorum inuentis iudicare, contra inuidorum detractiones linguam acuere: ut iam impletum sit in nobis illud de filiis Israel, qui reedificantes templum, in una manu gladium, in altera lapidem habebant. Sed hæc hæcenus. Nunc de singulis elementorum & uniuscuiusq; ornatu dicamus, à superiori, id est ab igne incipientes.

Catalogus Libri II.



VID sit æther.  
Vnde aquæ congelatæ sint super æthera.  
Quod non est bona ratio dicere hoc, quia Deus facere potest.  
Quid sit quod in modū pellis extēsa uidetur.  
Quot modis fiat sermo de superioribus.  
Quare ignis dicatur firmamentum.  
De infixis stellis.  
Quot circuli dicantur esse in firmamento.  
Qui uisibiles: qui item inuisibiles.  
Vnde incipiat galaxias, & quomodo extendatur.  
Qualiter zodiacus distendatur, & quare sic sit nominatus.  
Quomodo in zodiaco sint signa disposita.  
De quinque parallelis.  
De duobus coluris.  
De horizonte & meridiano circulo.  
De motu firmamenti.  
De Saturno.  
Quare aliqua stella dicatur frigida.  
Quare non omne igneum sit calidum.  
Quot modis nomina qualitatum rebus attribuantur.  
De Ioue.  
De Marte.

De Venere.  
Quomodo eadem stella dicatur lucifer & heesperus.  
De Mercurio.  
De sole.  
Quare retrogradæ & stationariæ uideantur.  
Vnde uisum sit quibusdam quod sol sit quartus, quibusdam quod secundus à luna.  
Quæ sententia magis inde sit sequenda.  
Vtrum moueatur sol cum firmamento, uel contra.  
Quæ necessitas fuit, ut sol obliquè moueretur.  
Quas diuersitates operatur ascendendo uel descendendo.  
Quæ sint qualitates temporum, & quibus elementis quibus ætatibus consimilia sint.  
Quare citius moriantur infirmi in uere & autumno.  
Quid sit naturalis dies, & de eius partibus.  
Quid sit dies usualis.  
Vnde inæqualitas & æqualitas dierum.  
Vnde eclipsis solis.  
Quare in singulis non contingat.  
De luna.  
Quare luna non habeat proprium splendorem & calorem.  
Quare splendor in luna crescat & decrescat.  
De

De eclipsi lunæ.

Quare singulis mensibus non contingat.

Quare sit umbra conoides.

Quare cylindroides.

Quare calathoides.


Quid sit umbrosum q̄ in medio lunæ apparet.

## Liber secundus.




**I**GNIS est spacium à luna sursum, quod idem æther dicitur, cuius ornatus est, quicquid super lunam uidetur, scilicet stellæ tam infixæ quàm erraticæ. Sed quæret alius quis: Est ne super lunam nisi æther & stellæ & prætaxati spiritus, an ibi sunt aquæ congelatæ, supra quas sunt aliæ? Dicunt inde quidam super æthera esse aquas congelatas, quæ in modum pellis extensæ oculis nostris occurrunt, super quas sunt aquæ, auctoritate diuinæ paginæ hoc confirmantes, quæ ait: Posuit Deus firmamentum in medio aquarum, & iterum: Dimisit aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ sunt super firmamentum. Sed quoniam istud contra rationem est, quare sic esse non possit ostendamus, & qualiter diuina pagina in prædictis intelligenda sit. Si ibi sunt aquæ congelatæ, ergo aliquid ponderosum & graue. Sed proprius locus ponderosorum & grauium terra est. Si iterum sunt ibi aquæ congelatæ, coniunctæ sunt igni, uel non. Si igni coniunctæ sunt, cum ignis calidus sit & siccus, aqua uerò congelata, frigida & humida, contrarium suo contrario sub medio est coniunctum: nunquam ergo ibi cõcordia, sed contrariorũ est repugnantia amplius. Si aqua congelata coniuncta est igni, uel dissoluitur igne, uel extinguit ignem. Cum ergo ignis & firmamentum maneant, non sunt aquæ congelatæ igni. Si non sunt igni coniunctæ, est aliquid inter eas & ignem. Sed quid erit? Elementum. Sed nullum est superius igne, factum ex elementis. Visibile ergo. Unde igitur non uidentur? Restat igitur, ibi non esse aquas congelatas. Sed scio quid dicet: Nos nescimus qualiter hoc sit, sed scimus Deum hoc posse facere. Miseri, quid miserius, quàm dicere istud est, quia Deus illud facere potest, nec ostendere rationem, quare hoc sit: nec utilitatem, ad quam hoc sit. Non enim quicquid Deus facere potest, facit. Ut enim uerbis rustici utar, Potens est Deus de trunco facere uitulum. Fecit ne unquam? Vel igitur ostendat rationem, quare hoc sit, uel utilitatem, ad quam hoc sit, uel desinat iudicare sic esse. Si ergo nec aquæ congelatæ ibi sunt, nec super eas sunt aliæ. Cum autem diuina pagina dicit, Dimisit aquas quæ sunt sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Aera firmamentum uocauit, quia firmat & temperat terrena. Super hunc sunt aquæ uaporaliter, in nubibus suspensæ, quemadmodum in sequentibus ostendetur, quæ diuersæ sunt ab his quæ sunt sub aere. Similiter exponatur, Posuit firmamentum in medio aquarum. Quauis hoc plus allegoricè, quàm ad literam dictum esse credamus. Iterum dicatur: Quid est quoddam ibi uidemus spissum, & aquei coloris? ignis enim non est. Si enim aer ex nimia sui subtilitate uideri non potest, multo minus ignis, qui est subtilior, deinde talis color igneorum non est. Ad quod dicimus, nihil ibi uideri, sed uisum ibi deficere, & ex defectu uisus, hominem ibi quoddam spissum consingere. Cum enim radius ille interior qui uisum operatur, ad superiora dirigitur, nec est ibi obstaculum, quo repercutiatur, deficit, deficientesque spissatur. Sed quia per oculum, in quo est aqueus humor, & cristallæ idos transit, quod de compositione oculi loquentes ostendimus: cū deficit, nec alius color sibi occurrit, talem, id est aqueum sibi consingit. Hic subiiciunt: Si nihil ibi uidetur, imò uisus ibi deficit, quomodo dictum est, Cælum tegit omnia, stellæ esse infixas in firmamento, in eodem undecim esse circulos, in uno quorum duodecim sunt signa, dicemus ne eis respondeamus. Tribus igitur modis loquitur auctoritas de superioribus fabulose, astrologice, astronomice. Fabulose loquitur inde, Nemroth, Higinus, Aratus, taurum illuc esse transiatum, & in signum mutatum dicentes, & sic de alijs. Quod genus tractandi maximè est necessarium. Non enim scimus de unoquoque signo, in qua parte cœli sit, & quot stellæ in eo sint, & qualiter dispositæ. Astrologice uerò tractare, est ea quæ uidentur in superioribus dicere, siue ita sit, siue non. Multa enim ibi uidentur esse, quæ non sunt: quia uisus fallitur, sic tractat Marcianus, Hipparchus. Astrologice tractat Iulius Firmicus, Ptolemeus. Cum ergo dictum est, Cælum tetigit omnia. Astrologice est, quia sic uidetur: uel æther dicitur cælum, quia est diuersis stellis cælatum. Dicitur firmamentum, quia suo effectu & calore stellarum, quæ in eo sunt, firmat & temperat subdita. Cælum igitur tegit omnia, quia in æthere & sub æthere omnia continentur. In hoc dicuntur stellæ infixæ, non ut gemma in auro: sed quia in illo existentes, semper in eadem parte illius uidentur. & quoniam de infixis fecimus mentionem, quæramus utrum moueantur, an omnino careant motu: & si moueantur, qualiter moueantur. Sunt qui eas non moueri asserunt, sed à firmamento, & in eo fixas ad ortum & occasum referri. Alij dicunt eas proprio motu moueri, quia igneæ sunt naturæ, neque aliquid in æthere uel in aere sine motu posse sustentari, sed semper in eodem loco & circum se moueri. Tertij dicunt eas etiam de loco ad locum moueri, nullum tamen earum motum oculis nostris sentire: quia tantum spacij in peragratione sui circuli consumunt, quod uita humana, quæ breuis est, etiam ad breue punctum tam tardæ accessionis comprehendere non sufficit. Quamuis uerò huic sententiæ quod de loco ad locum moueantur consentimus, aliam tamen rationem

tionem quare motus earum non sentiat, præterimus: quæ talis est, Omnis motus discernitur per immobile, uel per minus mobile. Cum enim aliquid mouetur, si aliquid immobile uel minus mobile uideatur, cum aliquid præterire uel propinquare uideamus, motum sentimus. Sin autem aliquid moueatur, neque aliquid extra ipsum, uel immobile uel minus mobile uideatur, motus non sentitur. Quod per nauem currentem in mari probari potest. Motus ergo stellarum per immobile uel minus mobile superpositum, sentitur, nunquam superpositum, ut per signa motum planetarum discernimus: quia modo sub hoc signo, modo sub alio uidentur. Super prædictas autem stellæ nihil est uisibile, nec ideo est quo motus earum discerni possit. Mouentur ergo, sed infixæ dicuntur, quia motus earum non sentitur. In eodem firmamento undecim dixerunt esse circulos, quorum duo sunt uisibiles, alij inuisibiles. de uisibilibus ergo prius, deinde de inuisibilibus disseramus. Duo ergo uisibiles, galaxias, id est lacteus circulus. Gala enim lac, uisus circulus, & zodiacus: & incipit galaxias iuxta septemtrionem ex parte orientis, & ab obliquo per cancrum & capricornum transiens, ad idem reuertitur principium. Dicitur autem sic propter notabilem sui claritatem. Si quis uerò, unde sit ille in illa parte cœli notabilis splendor, scire desiderat, Macrobius legat. Zodiacus uerò à capricorno per arietem ad cancrum ascendens, de cancro per libram ad capricornum descendit. Descendere uerò & ascendere iuxta nostrum situm, intellige hic duodecim æquas partes, ut refert Macrobius, per fluxum aquæ diuisus est, quarum unaquæque dicitur signum, quia eis signamus in qua parte cœli sit sol & alij planetæ & ad quam exierint, & ad quam debent peruenire. Quæ signa quia nominibus animalium titulata sunt, ut aries, taurus, &c. Circulus qui ea continet, zodiacus dicitur. zōn enim est animal. Si quis autem causas nominum quærat, Helpericus legat. Signorum uerò talis est dispositio, quod propinquus nobis est cancer, scilicet in confinio nostræ habitabilis & torridæ. Deinde leo obliquando descendit uersus orientem, post uirgo: deinde libra, in medio torridæ zonæ existens: ultra quam est scorpius, deinde sagittarius: post quem est capricornus, à nobis remotissimus: deinde obliquè descendendo est aquarius, postea gemini, deinde cancer.



Hanc



Hanc figuram subijciemus, non ut obliquitatē signorum uel ascensum uel descensum, uel remotionē uel propinquitatē notarem: sed ut dispositionem illorum, & quod cuius planetæ primum secundarum uel solum domiciliū dicatur, manifestaremus: quod signum cuius mens sit, & quare, tractando de sole dicemus. Nouem alij circuli inuisibiles sunt, quorū quinque sunt paralleli: unus quorum equinoctialis dicitur, hic est qui per medium torridæ zonæ uadens per arietem & libram, in duo hemisphæria cœlum diuidit. Dicitur æquinoctialis, quia quando sol ad ipsum uel ascendendo uel descendendo peruenit, dies & noctes æquat, de quo in sequentibus docēbimus. Alter de parallelis dicitur coniuñtio nostræ habitabilis & torridæ. Tertius coniuñtio eiusdem & frigidus. Quartus ex altera parte, coniuñtio torridæ & alterius habitabilis. Quintus eiusdem coniuñtio & frigidus ut hic apparet. Sed quia au-

thoritas dicit quinque zonas esse in cœlo, utrum in æthere uel in ære sint, tractantes de ære dicemus. Isti circuli paralleli, id est æqui distantes dicuntur, quia à medio, id est æquinoctiali æqualiter distant. Tantum enim distant coniuñtio nostræ habitabilis & frigidæ alterius. Post hos sunt duo coluri, quorum principiū in medio septentrionis est, sed alter inde ascendit per cancrū, & descendens per capricornum, ad idem redit principiū. Alter inde per orientem reuertitur, per occidētem & libram, ad idem principiū: & ita in summo septentrionis se interfecāt, & cœlum in quatuor quadrantes diuidunt. Dicuntur autem coluri, quasi coloni: id est, membrum bouis syluestris. Colon enim est membrum, urus bos syluestris: dicitur sic propter imperfectionem, non quia in se sint imperfecti, sed quia illa pars alterius poli quam interfecant, nonquā à nobis uidetur. Duo qui ad prædictum numerum supersunt, meridianus est & horizon. Meridianus uero circulus est linea intelligibilis, illam partem cœli designans, in qua sol existens æqualiter ab ortu & occasu distat. Horizon uero ubi uidetur cœlum, cum terra iungit: dicitur horizon, quasi limitans. Isti duo ultimi non scribuntur in sphæra, quia pro diuersitate habitantium, uel circumspicientiū uariātur. Motus uero ætheris uel ignis, quod prædictis rationibus dicitur firmamentum uel cœlum, talis est. Cum ignis naturaliter sit in motu, nec supra ipsum sit, quo ascendat, ut ostendimus: nec descendere potuit, quia hoc contra suam naturam est, & omnia inferiora loca ab inferioribus elementis occupata erant. Iterum inutile fuit illum descendere, descendēdo nēpe terram incēderet, nec aliquid in ea uiuere posset. Ergo in quo potest & habet mouetur, id est, in circuitu, & est in circuitu, non occupādo diuersa loca se mouere est, partes aliter suas in eodem loco habere. Sic uero in circuitu se uertendo, ab ortu per occasum, ad ortum refert secum stellas tam erraticas quā infixas. Quamuis tamen sic super terram uoluatur non recto modo, sed oblique circa nostram habitabilem mouetur, quod per polos uideri potest. Est autem polos stella immobilis, una in hoc capite, altera in alio. Axis uero est linea intelligibilis, de polo ad polum per medium terræ directā, circa quam uoluitur firmamentum. Si ergo recto modo uolueretur firmamentum, unus de polis recto modo esset super terram, & alter sub terra, uel in lateribus terræ. Cum igitur unus sit inter medium cœli, & latus ex nostra parte, & similiter alter ex alia linea, quæ dicitur axis obliquata est, & circa ipsam oblique uoluitur firmamentum. Et quoniam falsam sententiā quorundā de firmamento satis improbauimus, nostram uero ponētes probauimus, & de stellis fixis in eo, & de circulis & motu eiusdem non tacuimus, de planetis dicere incipiamus: & quia à summo elementorum inceperamus, à summo planetarum incipiamus.

Summus itaque planetarū Saturnus dicitur in peragratione zodiaci, ferè triginta annos consumens, unde in fabulis sen ex fingitur. Hæc stella frigida & nociua dicitur esse, de cuius frigiditate primum, deinde de nocinitate disseramus. Stellam istam esse frigidam sic antiqui astrologi probauerunt: cum scirent solem existentem in cancro terras adurere, uidebant in aliquo anno hoc minus contingere: scientes autem ex natura solis hoc non esse, quæsierunt quis planeta esset in eodē signo cum sole, reperientesque Saturnum, dixerunt in eo causam frigiditatis esse. At dicit aliquis: Cum omne corpus stellarum igneæ sit naturæ, quod probat motus & splendor, unde una stella dicitur frigida & alia calida. Non enim illam probamus rationem, qua dicunt quidam ex uicinitate aquæ & terræ. Probauimus enim aquas congelatas in superioribus esse non posse. Sunt qui inde dicunt plures esse qualitates ignis, quæ in quibusdam corporib. sunt coniunctæ, in quibusdā diuisæ. Ut igitur est quoddam igneum & calidum, & non splendidum: ita est quoddam splendidum, & non

& non calidum. Dicunt quoddam ignea non sunt calida, nisi quæ alicui spissæ & humidæ materiæ, quam in sui substantiam transmutent sunt uicina. Vnde si alicui igneo desit uicinitas spissi humoris, in eo calor deficit. hoc uero per solē probāt, qui in conuallibus, ubi aer spissior est, magnū exercet calorem. in altissimis uero montibus propter aeris subtilitatem non exercet. Cuius rei sunt indicium nives perpetuo ibi existentes, de quo loquentes de situ terræ, satis dicemus. Volūt etiam isti super lunam nullum feruorem esse, præ nimia aeris subtilitate. Nos uero dicimus nomina qualitatum tribus modis rebus attribui, uel propter effectum: ut uinū dicitur calidum, quia calorem efficit, & si frigidus sentiat: uel propter sensum, ut cū dicimus aquā bullientem esse calidam, & si naturaliter sit frigida: uel propter signum, ut cum dicimus, Sanum est bene dormire, sine difficultate spirare. Cum igitur aliqua stella dicitur frigida, effectui deputetur. Quamuis ergo in se calida sit, si efficiat frigus, dicitur frigida. Inde quia Saturnus iūctus soli, minuit calorem, propter effectum dicitur frigidus, & si in se sit calidus. Sed dicit aliquis: Si corpora stellarum sunt ignea, unde accidit quoddam quædam de illis frigus efficiunt? Omnes non in omnibus posse inueniri rationē, sed in quibusdam recurrendum esse ad creator em, quāuis possimus hanc inderationem reddere, quod diuersa ignea ex propinquitate & remotione magis & minus calefiunt. Vnde Saturnus, quia à nobis est remotior non calefacit terrā. Sol uero quia est terræ propinquus, magis eā incēdit. Vel dicamus, quod quāuis aliqua stella sit calida, sunt in ea aliqua qualitates nobis ignotæ, propter quas calor non potest descendere: sed quia in medio quæstionē proposuimus, nec oia possumus omnes, erit ingenij uniuersum inquirere, quid pro soluenda hac quæstione possit inueniri. Hæc eadem stella ex frigiditate dicitur nociua, maxime quando est retrograda. Inde in fabulis falcem deferre dicitur. Deferens enim falcem, plus nocet recedendo quā accedendo.

Post Saturnū est Iupiter in peragratione zodiaci, duodecim annos consumens. Hæc stella est beneuola, quippe ut tēperata in qualitatibus, quod per coniuñtionē eius cū sole probatū est. Sed quoniam inter Saturnū & Martē est mediā, si in superiori uel inferiori abside sui circuli existat, tēperatur eorū nociuitas, sed minoratur eius beneuolentia. Inde est quod in fabulis dicitur, Iouem patrē Saturnū regno expulisse, quia Saturno uicinior factus, naturalē aufert ei nociuitatē. Dicit etiam adulterando diuersos genuisse, quia coniungendo se prædictis, diuersa in terrenis efficit.


Tertius est Mars, stella scilicet calida & sicca, & inde nociua in biennio zodiacū peragrās: sed inter Iouem & Venerem positus, quæ stella sunt beneuolæ, ex eorum uicinitate suam minuit nociuitatē, & illorum beneuolentiam. In præliis dicitur dominari, quia calorem & siccitatem, ex quibus est animositas, confert. calidi enim & sicci sunt animosi.

Quartus autem secundum Platonicos est Venus, stella calida & humida: & inde beneuola, in anno ferè zodiacum circūiens. Dicitur adulterata cum Marte, quia in superiore abside sui circuli existens, facta uicina Marti, minus est beneuola. Dicitur dea luxuriæ esse, quia confert calorem & humorem ex quibus est luxuria. Ut enim propter Venerē breuiter dicamus quod profixius loquentes de homine exponemus: calidi & sicci multum appetūt ex calore luxuriā: sed ex siccitate non sustinent effectum. Frigidi uero & sicci nec appetitum, nec effectum habent, nisi raro: & si faciūt, maxime eis nocet. Frigidi uero & humidi è contrario male appetunt, sed sustinent effectum: calidi uero & humidi appetitū & effectū habent, maximeque corporibus illorum prodest. Hæc eadē stella lucifer & hesperus dicitur. Sed lucifer tantum in mane ante solem uidetur: hesperus quādoque potest in uespere. Vnde est quæstio, An in eodē anni tēpore possit esse lucifer & hesperus. Dicitur quidā hoc esse non posse. Cū enim parīs est uelocitatis cū sole, & ferè in eodē spacio tēporis cursū suū perficiēs, quomodo in una eadēque nocte, in uespere sequetur solē, & in mane præcedet? In uno igitur tēpore anni præcedet solē, & tunc est lucifer: in altero sequetur, & tūc est hesperus. Alij dicunt illū ante solis ortum uideri, & post occasum eiusdem, non tamen illū præcedere & subsequi. hoc nāque impossibile est. Dicunt autē stellā illā altiorē esse sole, unde diutius uidetur in uespere: & si non sequatur solem, citius in mane, & si non præcedat. In eodem igitur tempore anni lucifer & hesperus dicitur, non quia præcedat solē, & subsequatur solem: sed quia ante ipsum, & post ex sui altitudine uidetur. Tertij dicunt Venerē & Mercuriū esse ferè eiusdem coloris & quātitatīs, semperque solē comitari: Cū ergo sic illū comitantur, quæ altera præcedit & altera sequitur, præcedēs in uespere propter splendorem solis non uidetur, sed subsequens splendore diei occiditur: sed quia unius coloris sunt & quātitatīs, una & eadem stella reputatæ sunt.

Quintus est Mercurius, ferè in anno similiter cursū suū perficiens, cū quo Venus adulterata dicitur: quia quando est in inferiori abside sui circuli, qualitatis illius se commiscet.


Sextus est sol, sed antequā de eo dicamus, de statu & retrogradatione omnium prædictorum doceamus: deinde cū Chaldei & eorum sequaces dixerint solē esse in medio planetarū, super Venerē & Mercuriū: Aegyptij uero, quos secutus est Plato, eundē sextum dixerunt, Mercurioque & Veneri suppositum. Dicunt igitur quidam solem esse attractiuæ naturæ. Si igitur illæ præcedant solem, si propinquæ sunt, attrahit eas ad se: si autem remotæ, saltē cogit eas stare, donec eas transierit: quod ostendunt per similitudinem adamantis & ferri. Alij dicunt eas nunquam stare, sed tamen uideri quod stent: quia cum sint igneæ naturæ, necesse est quod semper sint in motu. Videntur tamen aliquando ex arsi & thesi stare. Constāt enim inter omnes Astrologos,

unumquęq; de prædictis planetis plus solito remoueri à terra, & tunc eleuatur. Aliquando plus solito uersus terram descendere, quod primi dicimus. Cum ergo eleuantur & deprimuntur, si recto modo hoc fiat: quia dum eleuantur, sub eadem parte signi uidentur, & stare credunt: sin autē retrò obliquando, retrò ire uidentur.




Huius eleuationis & depressionis causa est sol. Cum enim sit fons totius caloris, aliquando plus solito desiccat superiora & inferiora. Vnde corpora stellarum desiccata, plus solito leuia ascendunt. Si iterum ad nutrimentum sui plus solito attrahant humorem, plus solito humida & grauia reddit ea, unde plus solito descendunt. Quod ergo dicuntur stare, Astrologicum est, quia sic uidentur. Deinde dicendum est, cur Chaldei dicant solem quartum, Aegyptij uerò & Plato sextum. Verum est solem esse sub Venere & Mercurio iuxta lunam. Cum enim luna sit frigida & humida, necesse fuit, ut sol qui est calidus & siccus, esset ei uicinus, quatenus ex calore solis, frigiditas lunæ, & ex siccitate humiditas temperaretur: ne cum uicina sit terræ, & inde magis ei dominans, si distemperata ad eam ueniret, distemperatā eam redderet. Iterum cum luna proprio careat splendore (ut ostendimus) & à sole accipiat, necesse fuit ut fonti sui luminis, lineæ medio sit subiecta. Sed quamuis hoc ita esse uerum sit, Chaldeis tamen aliter uisum est, ex hoc quod dicemus. Sol & Mercurius & Venus ita contigissent, quod ferè in eodem spacio temporis suos perficiunt cursus, scilicet in anno. Ferè ergo æquales sunt circuli eorum, si iuxta quantitatem circularum planetæ breuius uel prolixius tempus in peragratiōe zodiaci consumunt. Cum ergo ferè æquales sint, unus ab alio totus non continetur. Intersecant ergo sese ita, quod circulus Veneris in inferiori sui parte intersecat superiores partes circularum Mercurij & Solis, plus comprehendens de Mercuriali quā de solarī. Circulus uerò Mercurij superiori parte sui intersecat Venerē, inferiori solarem. Circulus autem solis superiori parte sui intersecat Mercurialem & Venerē, plus Mercurialem, minus Venerē.

Sed quia facilius elabitur animo, oculis subiecta descriptione, intersecationem illā ostendimus, circulos aliorū planetarum, & zodiacū adiungentes, hos omnes in duodecim partes diuidēdos, ut appareat cum signa sint eiuidem quantitatis, quare plus moueatur sol in geminis quā in alijs.



Cum igitur circulus solis in superioribus partibus illorum circularum ambiatur, iuste inferri or illis dicitur. Sed quia contingit aliquando solē per superiora sui circuli currere, illas uerò stellas per inferiora suorum, & tunc liberius apparent. Sol enim non tantū obscurat subiecta, quāntū superposita reputatus est illis superior. Sed iam tractatum ad solem trāsferamus, Sed quoniam cæteri

cæteri planetæ, quemadmodum sol mouentur, de motu solis dicamus, ut de alijs similia intelligatur. Generalis ergo sententia ferè omnium philosophorum fuit, firmamentum ab ortu ad occasum uolui: solem uerò & alios planetas contrario motu ab occasu ad ortum moueri, quod ostendunt oculis per signorum dispositionem. Cū enim aries sic sit positus, quod quando in medio cœli est, inter illum & orientem est taurus, deinde gemini, post cancer. Inter eundem & occidentē sunt pisces, post aquarius, deinde capricornus, ut in hac figura apparet.



Si ergo sol uersus occidentem tēderet de ariete in signum uersus occidentem positum, id est in pisces, transiret, deinde in cætera. Cū ergo sol in signa uersus orientem posita, scilicet in taurum, &c. de ariete transeat, sine dubio de occidēte in orientem moueretur. Subnectunt etiam rationem, quare sit necesse sic esse. Cum firmamentum ab ortu in occasum uoluitur, si planetæ similiter mouerētur, tantus esset impetus, quod in terra nihil stare nec uiuere possent. Vt ergo rapido motui firmamenti obuiarent, impetumq; illius temperarent, in cōtrarietate motu retorti sunt. Sed quamuis contra firmamentum deferantur, firmamentū tamen refert eos se cum ad ortum & occasum: ut si aliquis existens in nauī, contra quam nauis currat, se moueat: tamē à nauī quocūq; uadit, refertur, nō ideo à cōtrario motu quiescēs. Ergo quod paulatim uadit ad orientem, naturalis est motus: quod quotidie ad ortum & occasum, ex firmamenti impetu. Quidam tamen aiunt hoc esse non posse. Cū enim sol nō sit de infixis stellis in firmamento, qualiter refertur ab ipso: Si enim aliquis extra nauem positus, qualiter à nauī defertur? De eo uerò quod dicunt, solem ad signa aduersus occidentem posita transire: dicit sic uideri, non tamen ita esse. Cum enim ait firmamentū & sol naturali motu ab ortu ad occasum tendant, ita quod sol est sub prima parte arietis, quia firmamentū aliquāto uelocius est sole, transit eū in tricesima parte unius signi. Cū igitur sol uenit ad ortum, nō illa pars signi, quæ antē uidebatur super solem uidetur, sed posterior, & ita per singulos dies transeundo uidetur, qd ad signa posteriora eat, cum tamen non eat. Quod per simile lune probari potest. Cum enim certum sit, lunam ad septentrionem non currere, si super ipsam nubes currant, quando transeunt lunam, uidetur contra nubes ad septentrionem currere. Sed quia priori sententiæ doctissimus omnium philosophorum consentit, & uera est, illi concedamus: contraq; hoc quod ille dicit solem à firmamento non posse referri, cum in eo non sit. Et si possumus dicere, quod est in firmamento iuxta nostram sententiam, quæ dicimus aethera firmamentum uocari: tamen dicimus, & si nō sit in firmamento, posse referri ab eo. Vt enim in eodem exemplo de nauī persistamus, si aliquid leue iuxta nauem sit, impetu illius refertur, & si in ea non sit. Ergo sol cum leuis, & igneæ sit naturæ, à firmamento & si in eo non sit, potest referri. Mouetur ergo sol & alij planetæ ab occidente in orientem non recto modo, sed obliquando, sed modo descendendo ad austrialia, modo ad nostram habitabilem, ascendendo iuxta prædictam signorum dispositionem. Sed dicit aliquis, Quæ necessitas fuit quod sol obliquando, & non recto modo uolueretur.

Responsio. Magna, quam ut ostendamus, prædoceamus quas diuersitates obliquè meando operetur, à remotiori, id est à capricorno incipientes. Cum ergo sol intrat capricornum, quod in medio Decembris contingit. Semper enim sol in medio mensis intrat signum, & in medio sequentis mensis exit, eiq; mensi attribuitur, in quo sol illud intrat, quia tunc remotissimus est à nobis, & nostra habitabilis frigore astringitur. Terra enim & aqua naturaliter sunt frigida, nisi à sole calefiant. Iterum cum non sit quo arefcat aer, spissatur in nubes, quæ in pluuias dissoluuntur, inde fit quædam anni uarietas, quæ hyems uocatur. Est autē hyems frigida & humida, extenditurq; donec sol transeat aquarium & pisces, quorum primum intrat medio Ianuarij, secundum medio Februarij: constat ergo in tribus mensibus. & hoc est uerum de quatuor anni temporibus. In hoc constringuntur potī superficiēi terræ, nec potest calor euaporare, qui remanens nutrit radices herbarum & arborum, uicemq; matris pregnantis obtinet, clementum aut non confert: quia nec calor nec humor, ex quibus est augmentum, potest ascendere propter frigoris constrictionē. Sed unde gelu, unde niues, unde grandines, unde pluuiæ, unde tonitrua & fulmina contingant, tractantes de aere dicemus. Huius temporis consimilia sunt, aqua, phlegma, decrepita atas. hæc etenim frigida sunt & humida. In eodem se melius habent cholericī, peius phlegmatici: melius iuuenes, peius decrepiti. Pessima est infirmitas, quæ est ex phlegmate, ut febris quotidiana minus


nus mala, quæ est ex cholera, ut tertiana. Utile est in eodem augmentare cibum. porientim hu-  
mani corporis ex frigiditate constringuntur, nec potest calor euaporare, qui in us remanens plus  
consumit: contra igitur interiorum decoctionem necesse est infundere exteriorum refectorem.  
Inde est quod apud antiquos Deus hyemis pinguis uentre pingebatur, & ab immundicia palu-  
dis Spurius appellabatur. In eodem bonum est uti calidis & siccis.


Tunc igitur sol ascendendo usque ad arietem peruenit, qui in medio Martij intrat, nec nimis re-  
motus, nec propinquus, utpote in medio torridæ zonæ positus. Vnde aer nostræ habitabilis nec  
nimis calidus est, nec frigidus, nec nimis humidus, nec siccus: sed inter quatuor qualitates tempe-  
ratus. Ex qua temperie pori aperiuntur, euaporatque fumus humidus, per radices herbarum & ar-  
borum conscendens, confert eis augmentum & uegetationem. Vnde quidam mensis huius tem-  
poris dicitur Aprilis, quasi aperilis: quia tunc terra aperitur in flores. Estque proprium eius, quod  
inconstans sit, modo scilicet pluuiosum ex uicinitate hyemis, modo siccum ex uicinitate æstatis:  
modo eadem ratione calidus modo frigidus. Inde est quod in Martio sepe infirmantur homines,  
quia cum corpora humana modo aperta sunt ex calore, statim corrumpuntur subito frigore. Sed  
si quis in hoc tempore se conseruaret tardius, prius in illo quam in alijs infirmitatem incurreret.  
Hic subiiciet aliquis: Vnde ergo est, quod si aliquis intret hyemem cum aliqua infirmitate, non  
tam sepe moritur in hyeme quam in uerer? Cum infirmitates oriuntur ex malo humore, per me-  
bra se diffundente, ex frigiditate hyemis constringuntur humores, nec possunt diffuere: ex calo-  
re autem ueris idem dissoluuntur, quibus discurrentibus per membra succumbit homo, & mori-  
tur. Hæc temperies ab ariete incipiens, extenditur dum sol est in tauro, & in geminis primū, quo-  
rum intrat medio Aprilis, secundū medio Maij. Huic tempori consimiles sunt aer, sanguis, pue-  
ritia: quia calidi & humidi sunt. In eodem melius habent melancholici, peius sanguinei: melius  
senes, peius pueri. Pessima est infirmitas, quæ uenit ex sanguine, ut synoca: minus mala quæ est  
ex melancholia, ut quartana. In eodem est conueniens uti frigidis & siccis.

Cum autem sol usque ad cancrum ascendit, ex propinquitate sui terram incedit & desiccatur. Vn-  
de est æstas calida & sicca, quæ incipiens in medio Iulij, quando sol intrat cancrum, extenditur  
dum sol est in leone, quem medio Iulij intrat: dumque est in uirgine, quam intrat medio Augusti.  
Huius temporis est herbarum & arborum radices desiccare. Consimile est igni, cholera, iuuentu-  
ti. hæc etenim calida & sicca sunt. In eo se melius habent phlegmatici, peius cholericus: melius decre-  
piti, peius iuuenes. Pessima est infirmitas, quæ uenit ex cholera, ut tertiana: minus mala, quæ est  
ex phlegmate. In eodem utile est uti frigidis & humidis. Augmentandus est potus, cibus minuendus.  
Etenim ex calore aperti sunt pori corporis, euaporat calor naturalis: unde non ita cibus di-  
geritur. Sed quia potus cito transit in sanguinem, augmentandus est. Hic oritur quæstio: Cui istæ  
diuersitates in prædictis temporibus, ex propinquitate & remotione solis habeant contingere, sol  
uerò existens in leone tantum distat à nostra habitabili, quantum existens in geminis: in uirgine  
quantum in tauro, in libra quantum in ariete: quare in illis temporibus operetur calorem & hu-  
morem, in duobus istorum calorem & siccitatem, in tertio frigiditatem & siccitatem? Cui respō-  
dendum est, quod existens in tribus uernalibus, ex quo propinquus est operatur calorem, ex ui-  
cinitate hyemis præcedentis humorem. Cum uerò est in leone & uirgine, ex propinquitate ope-  
ratur calorem: sed quoniam ex calore ueris & æstatis iam est humor desiccatus, non est quo tem-  
peretur calor, nec est unde sit humiditas: unde est tempus calidum & siccum. Cui uerò est in libra, quia  
iam omnino desiccatus est humor, & extinctus calor, oritur autumnus frigidus & siccus, in quo  
fructus intus habentes humorem, ut racem, ex gemina siccitate, scilicet autumnij, maturi colli-  
guntur. Incipit autem autumnus medio Septembris sole intrante libram, durans dum sol est in  
scorpione & sagittario, primum quorum intrat medio octobris, secundum medio Nouembris.  
Assimilatur huic tempori terra, melancholia, senectus: quia frigida & sicca sunt. In eo se melius  
habent sanguinei, peius melancholici: pueri melius, peius senes. Pessima est infirmitas, quæ nasci-  
tur ex melancholia: minus mala, quæ ex sanguine. Vt enim generaliter dicamus, in omni tem-  
pore anni pessima est infirmitas, quæ sit ex humore simili tempori. Qualitatibus enim temporis  
augetur materia morbi. Minus est mala, quæ sit ex humore contrario tempori, minuitur nempe  
qualitate temporis materia morbi. In eodem est utile, uti calidis & humidis. Inæquale est hoc tem-  
pus ex uicinitate præcedentis æstatis, & subsequenti hyemis. Ex quo & ex succis fructuum tunc  
abundantiū, periclitantur indiscreti homines. Hic oritur quæstio similis præcedenti: Cum sol  
existens in scorpione, tantum distat à nobis, quantum in piscibus: in sagittario, quantum in aqua-  
rio: quare alias in istis operetur qualitates, alias in istis? Huius facilis est solutio. In præcedentibus  
id est in scorpione & sagittario, quia ex æstate desiccatus est humor, iamque sol mediū torridæ trā-  
sit, est frigus & siccitas. In alijs similiter remotus est, ex quo est frigiditas: sed quia iam dudum de-  
fecit calor, qui aera desiccatur, paulisper spissatur aer in nubes, fitque tempus humidum. Quamuis er-  
go, ut prædictum est, hyems sit frigida nimis & humida, in fine magis humida, minus frigida, in  
medio æqualiter. Ver autem in principio magis humidum, minus calidum: in fine magis calidum,  
minus humidum, in medio æqualiter. Notandum uerò est, quod quamuis istæ sint quatuor tem-  
porum proprietates ex accidente, tamen uariantur: ut si cum sole in hyemalibus signis sit ali-  
quis calidus & siccus planeta, ut Mars, est præter naturam calida & sicca: similiter si in æstate sit  
aliquis

aliquis frigidus & humidus cum sole, id est præter naturam frigida & humida. Ideo prudētī phy-  
sico semper prouidendum est, quæ signa obtineat sol, & quis planeta cum eo sit in eodem ligno,  
ut sciat qualis futura sit æstas, uel alia tempora, ut contra futuram qualitatem præsto sit medica-  
men. Cum igitur has diuersitates operetur sol oblique ascendendo & descendendo, uideamus  
quid mali sequeretur, si semper recto modo uolueretur. Sed de hoc nullus dubitat, quod si semp-  
ita propinquus nobis uolueretur, ut est in æstate, semper estum haberemus, nec aliquid crescere  
posset. Similiter si semper remotus, ut est in hyeme, rigor frigidus semper esset, nec ex terra fru-  
ctus & herba nascerentur. Sed dicit aliquis: Si ita se moueret, ut est in ariete, quod æqualiter sem-  
per à nobis distaret: semper temperiem ueris faceret, nec aliquid mali inde proueniret. Nos ue-  
ro contra dicimus, pessimum malum inde prouenire. nunquam enim terra intus conciperet, quod  
agit in hyeme: neque fructus si aliqui nascerentur, ad maturitatem tenderent, sine quibus nullus ani-  
mantium uiuere posset. Sed quia diximus elementa, tempora anni, humores, complexionem,  
ætates similes esse, sub oculis in figura, quod cui sit simile, ostendamus.


Quoniam de naturali motu solis &  
de eis quod agit oblique ascendendo &  
descendendo, satis docuimus: cōsequens  
est, quatenus de eis quæ agit relatus à fir-  
mamento dicamus. Cui igitur sol na-  
turali motu ab occidente in orientem  
contra firmamentum nitatur, quoti-  
die tamen à firmamento ad occasum  
refertur, existensque super terram, agit  
splendorem, qui dicitur dies. Eodem  
uerò existente sub terra, in superiori  
parte est obscuritas, quæ nox uoca-  
tur. Attendendumque est, quod dies a-  
lius naturalis, alius usualis: de natu-  
rali ergo prius, deinde de usuali disse-  
ramus. Naturalis uero dies est spa-  
cium uiginti quatuor horarum, con-  
tinens uisualem diem & noctem. Vn-  
de dicimus triginta dies in mense, cum  
in eo sint dies & noctes. Hunc philo-  
sophi in quatuor diuiserunt, à nona  
parte noctis usque ad tertiam diem usua-  
lis, calidum & humidum dicentes: à ter-  
tia diei usualis usque ad nonam cali-  
dum & siccum: à nona eiusdem usque ad tertiam noctis, frigidum & siccum: à tertiam noctis usque  
ad nonam, frigidum & humidum. Inde contingit quod quædam infirmitates in diuersis partibus  
eiusdem peius & melius secundum prædictam rationem de temporibus, se habent. Usualis ue-  
ro dies est spacium, quo sol ab ortu ad occasum refertur: hunc uerò naturalem in quatuor diui-  
serunt. Prima enim parte illius sol rubet, deinde splendet, postea calet, ad ultimum descendit &  
temperatur. Inde est quod in fabulis quatuor equi phœbo attribuantur, nomina prædictis pro-  
prietatibus conuenientia obtinentes. Primus nempe Erytheus, id est rubeus dicitur: secundus  
Aëus, id est splens: tertius lampas, id est ardens: quartus Philogeus, id est amans terram. In  
istis usualibus diebus tres in anno contingunt diuersitates. Aliquando namque sunt æquales nocti-  
bus, aliquando prolixiores, aliquando breuiores, quarum diuersitatum hæc est causa. Cum sol  
est in hyemalibus signis tumor terræ, qui est in medio torridæ zonæ inter nos & ipsum positus, au-  
fert nobis illum, ne cito uideamus. & causa est, quare cito ab oculis nostris auferatur: inde bre-  
uis est splendor apud nos super terram, & sic dies breuis: umbra prolixa, & sic nox. Sed quando  
est in cancro & in alijs æstiuilibus signis: quia citra tumorem nascitur, cito in mane uidetur, &  
tardè ab oculis nostris auferatur. Inde prolixus est splendor super terram, & breuis umbra. Eodē  
uerò in ariete uel libra existente, quia æqualiter distat à nobis, æqualiter super terram & sub ter-  
ra est. Inde æqualis est splendor, & æqualis obscuritas. Enumeratis effectibus solis tam ex natu-  
rali quam ex accidentalī motu, de eclipssi eiusdem dicamus, unde & quoquo tempore contin-  
gat: ad cuius euidentiam prædicamus, quod quemadmodum longitudo zodiaci in duodecim  
partes, quæ signa dicuntur, diuisa est, ita & latitudo in duodecim, quæ dicuntur, euagi-  
nationes. has duodecim partes latitudinis tangit luna, sol uero per me-  
dium transit, ut monstrat subiecta descriptio.





Cum ergo sol per medium latitudinis semper currat, si in die conjunctionalis gradus hoc contingat, luna sit in medietate eiusdem latitudinis, tunc est, si recto modo posita inter terram & solem: quod si linea à terra dirigeretur, & per mediū lunaris & solaris corporis iret, ut in hac figura.

DE ECLYPSI SOLIS FIGVRA VUTILIS




Sic igitur luna interposita facit radios solis elidi, quod obiectu eiusdem ad terram non possunt descendere. Inde est quod nunquam nisi in tricesima luna, uel uigesima nona hoc contingit, quia alia die non est cum sole in conjunctionali gradu, non tamen in omni tricesima uel uigesima nona hoc contingit: sed quando fit, in eis contingit. Si enim inde conjunctionali luna non sit in medio latitudinis zodiaci, sed citra uel ultra (ut monstrat subiecta descriptio) non potest luna uisum uel descensum radiorum nobis auferre. Sed quia de sole pro posse nostro differuimus, deinceps de luna differamus.

Luna igitur ex propinquitate aquæ & terræ spissius habet corpus quàm ceteræ stellæ: unde non habet proprium splendorem neque calorem, sed à sole accenditur. Si enim proprium haberet calorem, cum uicina sit terræ, & per singulos menses ascendat ad cancrum, descendatque ad capricornum: per singulos menses æstium calorem & frigus hyemis in terram ageret, tamque continuis inæqualitatibus nihil uiuere posset. Caruit ergo splendore & calore: à sole tamen superposito illustratur, non tamen semper æqualiter, quantum ad nos: sed modo est nouilunium, modo plenilunium, modo interlunium. Unde ergo hoc contingat uideamus. Quidam dicunt, quod quando est supposita soli in eodē signo, præ nimio splendore solis eam obscurari, nec posse apparere: sed quando elongatur à sole, in parte incipit splendor apparere. Unde cum plus remouetur à sole, maior in ea splendor

apparet:

apparet: quanto illi propinquior, est minor. Sed si inde, quia propinquior est soli, minor in ea splendor apparet: quanto remotior, maior in parte opposita soli prius apparet splendor. Cum ergo prius apparet ex parte solis, falsa uidetur illorum sententia. Nobis uero uidetur, quod omne lunæ corpus supposito aliquo obscuro, in opposita parte sui iacit umbram, in parte sui splendorem. Cum ergo luna, que (ut prædiximus) naturaliter est obscura, soli est supposita in parte sui: id est, supraponit sol splendorem in opposita parte, id est uersus terram iacit umbram, unde à nobis non uidetur luna. Sed quando elongatur à sole, incipit parum splendoris ad modum gracilis cornu apparere, diciturque monoides: quanto plus elongatur à sole, plus splendor descendit, ita que septimo die dichotomos, id est diuisa per medium uidetur, & notandum est, quod quantum splendor descendit, tantum umbra ascendit, & conuerso. Post septimam uero diem usque ad decimam quartam est amphicitus, id est minor plena, maior dimidia. Quartadecima uero die, quia per diametrum remota est à sole, quod potest probari ex hoc, quod sole occidente illa oritur, iam tota umbra ascendit, totusque splendor descendit, estque panselinus, id est plenilunium. Postea uero incipit soli propinquare, & umbra descendere, splendorque ascendere: & fit primum descendendo amphicitus, deinde dichotomos, deinde monoides. Hæc omnia apertiora erunt tali figura posita ante oculos.

Eclipsis lunæ talis est ratio. Sole & luna in prædicta ecliptica linea sic dispositis, quod sol est in inferiori hemisphærio, luna in superiori, terra in medio sic: quod si dirigeretur linea à medio lunaris corporis, transiret per mediū terræ & solaris corporis ad hunc modum, tunc tumor terre interpositus alicuius dirigeret umbram, scilicet usque ad ipsam lunam: unde solis radij eam non possunt accedere, patiturque eclipsis donec mouendo se, tumor retraherit. Splendorque in ea apparere ceperit. Inde est quod non deficit, nisi decima quinta uel 14. luna: quia tunc soli opponitur, non tamen in omni quinta decima hoc contingit, sed quando fit, in ea contingit. Unde ergo in omni non contingat, doceamus.




Sed hoc contingit ex figura umbræ terræ. De figuris umbrarum, quæ ex aliquo rotundo corpore opposito splendido eiusdem quantitatis fiunt, prædoceamus.

Omnis ergo talis umbra corporis, uel est cylindroides, uel calathoides uel conoides. Et est cylindrus, figura longa uel teres, æqualiter crescens, neque lineas infirmum contingens. Inde dicitur cylindroides umbra, que talis est figura: que fit, quoties luminosum corpus & obscurum eiusdem quantitatis ad hunc modum.

Cum ergo corpus & luna æqualia non sint, quippe cum sol octies maior sit terra, umbra terræ cylindroides esse non potest. Calatus uero est figura, ab acuto in latum tendens. unde calathoides dicitur huiusmodi figura umbra: hæc fit, quando luminosum corpus minus est obscuro, sic figura umbra terræ calathoides esse non potest: quia ut probat Macrobius, sol est maior terra. Conus uero est figura, à lato in acutum tendens, contra riam calato. Conoides uero umbra dicitur, quæ ex lato in acutum tendit: quæ fit, quando luminosum corpus maius est obscuro sic. Ergo quia solare corpus maius est terra, umbra illius est conoides. Cum ergo sol & luna, ut prædiximus, sunt disposita: conus umbræ terræ, recto modo ad lunam tendit, eamque inficit, nec radios à sole recipit, donec conum umbræ terræ transerit. Si autem quinta decima luna non sic sit disposita, sed alterum sit aliquantum uersus septentrionem, alterum uersus austrum: conus umbræ non recto modo ad lunam dirigitur, nec eam inficit, sed iuxta illam est in hunc modum.

DE ECLYPSI LVNÆ




E 4

Viso

DE ECLYPSI LVNE




DE LVNA SOLE ET TERRA



Viso unde eclypsis lunæ contingat, & quare non in singulis mensibus de umbra, quæ semper in medio eius videtur: quid nobis inde videatur, dicamus. Quamuis corpus lunæ naturaliter sit obscurum, tamen in quibusdam partibus suis est tursum & politum ad modum speculi: in quibusdā scabrosum & rubiginosum. Vbi igitur politum est, ex radijs solis splendet: sed ubi scabrosum, naturalem obscuritatem retinet.

SECVNDI LIBRI,  
FINIS.

DE ECLYPSI OMIVM PLANETARVM.



Venerabilis Bedæ presbyteri *vele. A. d. 850. p.* siue elementorum philosophiæ, Liber III.

PROOEMIUM.



**H** T S I studijs docendi occupati parum spacij ad scribendū habeamus, quoniam tamen multos vestes philosophiæ abscindentes, & cum panniculis arreptis, totā sibi eam cessisse credentes, abijisse cognoscimus. Voce ipsius reclamantis excitati ne nuda remaneat particulas abscissas stylo nostræ paruitatis consumimus: non ignari morsibus inuidiæ nos subiacere, quia hodie est periculum & nosse & habere. sed quoniam, ut ait quidam, Iustus inuidia nihil est quæ protinus ipsum Actorem rodit, excrucians animum & horum. Inuidia Siculi non uenerunt tyranni, Tormentum maius. de tormento illorum certi, & si de multis morsibus uenatorum non dubitantes, quasi Catonem per æstum Lybiæ, ueritatem sectantes, rationibus diuersis, ut linguis pusillorum muniti, ad sequentia transeamus. Et quoniam de æthere, & ornatu eius

eiusdem satis docuimus, de aere illi coniuncto & subdito doceamus, quæ & unde in illo contingant ostendentes.

Catalogus Libri III.



**D** E aere.  
Quare quinque zonæ sint in aere, & non in æthere.  
Quare superior ignis non sit feruens.  
Vnde sint pluuia.  
Quare sol calefaciat terrā, ignis superior non.  
Qualiter sursum eleuet humorem.  
Vnde uideatur quod sanguis pluatur.  
De arcu cœli.  
Vnde grando.  
Vnde nix.  
Quare niues in æstate non contingant, sed grando.  
De tonitruis & fulminibus.

Quare in æstate contingant fulmina.  
De hoc quod stellæ uidentur cadere.  
De cometa.  
De situ aquæ.  
De reflexionibus oceani.  
Vnde fluctus maris.  
De ortu uentorum.  
Vnde quædam aqua dulcis, quædam salsa.  
Vnde sint fontes.  
Vnde putei.  
Vnde aqua putei & fontis sit in æstate frigida, in hyeme non.  
Vnde exustio.  
Vnde diluuium. (decrepant.)  
Vnde sit quæ in lunatione crescunt humores, &

Liber tertius.



**A** E R igitur est à luna usque ad terram, qui quanto est terræ propinquior, tanto humidior & spissior: quanto remotior, siccius & splendidior. Hic cum sit suppositus soli, ex eo calorem & lucem accipit. Sed quoniam sol terminos torridæ zonæ nunquam excedit, illam partem aeris ex uicinitate sui accendit: remotas uero expertes sui feruoris relinquit, fiuntque ex uicinitate aquæ & terræ frigida. Posita uero in medio, ex utraque parte intemperie hinc & illinc temperantur. Sunt ergo in aere quinque diuersitates, quæ ab antiquis quinque zonæ dictæ sunt, non ut quidam æstimant, super lunam. ibi nempe sunt omnia immutabilia, quia ibi nulla est contrarietas. Cum enim ibi sit æther, qui ignis dicitur, corporaque stellarum ignea, unde in aliqua parte erit frigus? Sed scio istos ex uerbis philosophorum errasse, qui quinque zonas in cœlo esse pronunciat, ut Virgilius: Quinque tenent cœlum zonæ. Contra hæc geminam habemus defensionem. Prima est, quod aer sepe uocatur cœlum, unde dicitur, Aues cœli. Secunda est, quod quinque partes ætheris, quinque partibus aeris superpositæ sunt, uocaturque pars ætheris, nomine partis aeris sibi suppositæ, diciturque pars supposita frigida, frigida: quamuis in ea nullum sit frigus. Pars superposita torrida, torrida: non quia in æthere sit aliquis feruor caloris. Est enim superior tam subtilis, quod accendere aliquid non potest, donec humido se misceat & spisso. Istæ eadem diuersitates ex aere supposito in terra sunt, qualitas quippe aeris terram inficit. Sunt ergo quinque in terra, quinque zonæ in aere, de aere igitur nostræ habitabili superposito differamus, ostendentes quæ in eo & unde sint diuersitates, à pluuia quæ omni tempore est communis incipientes.

Pluuarum igitur diuersæ sunt causæ. aliquando namque spissus fumus euaporat, & humidus, qui ut ascendit, minutissima gutta se inuoluunt, quæ grossiores & graues factæ cadunt, sicut pluuia. Aliquando uero aer ex frigiditate terræ & aquæ spissatur, trahiturque in aqueam substantiam, quæ calore solis ut glacies igne dissoluta, per minutas cadit particulas. Aliquando ad nutrimentum sui, solem attrahere humorem contingit, & quod in eo liquidius est, in igneam transit substantiam: quod uero grauius, deorsum cadit. Vnde post acutissimum calorem, uidemus contingere pluuie inundationem. Habetur autem quæstio, cum sit proprium ignis tendere sursum, unde sit quod radij solis, & calor ad terram tendunt. Ad quod dicimus, quod sol igneæ naturæ, non quia ex solo igne consistet, sed quia in eo dominatur. Prædocuimus enim corpora stellarum ex quatuor elementis facta, dominante tamen igne. Cum ergo ex quatuor consistet elementis, quamuis igne dominante, quod in eo ex aqua & terra est, ad simile tendit. Sed quia à caloris fonte procedit, se cum defert aliquid caloris, quo terra & aqua calefiunt: & quoniam natura est caloris ascendere, calor qui prædicto modo descenderat, reuertens aliquid humoris secum trahit, quod bulliendo in sui substantiam transmutat. Si ergo proprie uelimus loqui, dicemus quod sol humorem sursum eleuat, non attrahit. ideoque fons dicitur caloris, quia sic subculta calefacit: ignis uero superior non.



Cum enim sit elementum non ex elementis factum, nihil est in eo quod ad inferiora descendat, in de uerò est, quòd pars aeris & terræ soli subdita, est feruida: remota autem frigida, & si sint ætheri subiecta. Sed dicit aliquis: Nonne ignis ubicunq; est, calidus est: cui dicimus, non nisi spisso & humido mixtus. Quamuis igitur super lunam sit ignis, non est inferior. defecit enim humida & spissa materia qua ignis accendatur, neq; frigus neq; obscuritas, sed unus & continuus splendor, neq; aliqua mutabilitas. Sed dicent quod Aristoteles, impossibile est ignem non calere. Dicimus Aristotelem sibi locutum esse de hoc inferiori igne, qui semper alicui spissâ materia mixtus, nunquam calere desinit. Vel dicamus, quod dicit ignē calere non actū, sed naturā. Quarta causa pluiarum, est uentus eleuans humorem de stagnis & fluuijs & lacubus. inde est quòd ranunculi & pisces à multis uisū sunt de aere cadere. Cum enim ut prædiximus, aqua uento sustollatur, contingit quòd ranunculos & pisces secum eleuat, quibus ex naturali grauedine descendentibus, stupent ignorantes. Nullum ergo tēpus anni immune est à pluuia. In omni nāq; uel fumus humidus euaporat, uel aer ex frigiditate spissatur, uel humor calore, uel uento eleuatur. Hæc pluuia quādoq; plus solito spissata, & ex nimio calore incensa, fit admodum sanguinis rubea & spissa: quòd uidentes, physicam ignorantes, dicunt sanguinem pluere. Inde uerisimile dictum est, quòd ante finem huius seculi guttæ sanguinis cadent: quia cum debeat exustione finire, ut testatur scriptura, quæ dicit, Ignis in conspectu exardescet. Aqua enim ex calore in nubibus suspensa ex feruore spissabitur, quæ incensa rubeaq; effecta ad similitudinem sanguinis cadet: & quoniam in pluuio tempore arcus discolor in nubibus apparet, unde existat, & unde tot in eo apparent colores doceamus. Cum diximus calor solis humorem eleuat, uel fumus humidus euaporat, aqua in nubibus illustrata ut in uitreo uase ex splendore solis, ubi est tenuior & calidior, rubeum offendit colorem: ubi spissior, purpureum uel nigrum. Inde est, quòd arcus ille nunquā nisi in opposita parte solis reuertitur. Aer enim uicinus soli ex eius splendore ita irradiatur, quod diuersi colores in eo non apparent. Visus ergo pluiarum causis, & arcus celestis, de grandinibus differamus. Cum ergo prædicto modo humor eleuetur, contingit sæpè in superioribus esse uentum frigidum & sic cum, qui guttas aquæ ex siccitate & frigiditate congelas, transmutat eas in lapideam substantiā: & quia guttæ rotundæ sunt, quod potest probari per rotunda foramina, quæ agunt in lapide asiditate cadendi, grando rotunda descendit. Niuēs uerò fiunt, si prædictæ guttæ, antequā grossæ sint, spissantur & congelantur. Hic subjiciet: Cum in æstate grando sæpè contingat, quare in eadem circa inferiora montium nunquam niuēs contingunt? Contra hoc dicimus, in æstate humorem ex calore alterius eleuari, eleuandoq; guttas in uolui, quæ grossiores factæ, frigoreq; congelatæ grandinem gignunt. In hyeme uerò frigus circa terram est, & contingit guttas aquæ anteq; grossæ factæ sint, ex frigiditate temporis astringi, & in niuem transmutari: in æstate uerò quia frigus circa terram non est, donec eleuat in altum grossæ & spissæ fiant, non congelantur. Nunquā ergo nix est in æstate, licet in ea sæpè sint grandines. De tonitruis & fulminibus, unde & qualiter contingant, differamus. Fumo ergo humido, ut prædiximus, ad superiora ascendente, cum ad summum aeris peruenit, ex ponderatione humoris mouetur summitas aeris, cuius particule ad modum undarum aque sibi occurrentes fragorem tonitruū faciunt. Ex motu uerò aer calefactus, in igneam transit substantiam, fitq; coruscatio: quæ quamuis cum fragore fiat, citius ad nos peruenit, quia uisus uelocior est auditu. Cum igitur fit prædictarum particularum occurfus, generatur impetus, qui si ascenderit sursum, est fragor sine fulmine: si autem impetus ille deorsum tendat, tamen tantus non sit, quòd usq; ad obstaculum perueniat, nondum est fulmen: cū uerò ad obstaculum peruenit, obstantia findit. Sed quia proprium est motus aeris tendere sursum, nulla materia exire uetante, reuertitur, sparsosq; recolligit ignes. Si uerò in hac inferiori parte aeris multus sit humor, aer existens in illo impetu, urere non potest, fitq; fulmen findens & non urens. Est ergo fulmen, pars aeris aliqua collisione usq; ad obstaculum cū impetu ueniens. Tonitruum uerò est partium aeris diuersa incurfusio. Non est ergo fulmen lapidea substantia, ut quidam asserunt. Si enim lapidea esset substantia, non huc & illuc discurreret, nec sursum reuerteretur, & cum aliquid ferret, carnem & ossa comminueret. Ideo fulmen sapius alta sternit, quia cum oblique aliquando descendit, citius alta repetit. Sed quia quorundam est sententia, quoddam fulmen lapideam esse substantiam, ne ex ignorantia uel inuidia uideamur eam uituperasse uel tacuisse, breuiter eam ponemus. Aiunt isti quòd cum fumus humidus ad superiora ascendit, cum eo eleuatur aliquid terrenæ substantiæ, quòd ex calore solis in lapideam spissatur substantiam, contineturq; in nubium concauitate, donec impetu aliquo nubes diuiditur, unde lapis ille impulsus, altum aliquid percutit. Hic dicit aliquis: Cum in omni tempore anni fumus humidus, ut prædiximus, ascendat, quare in omni non contingunt fulmina & tonitrua? Cui dicimus: Etsi ex humido fumo ascendente habeant fieri, non fiunt tamen inde, donec ad summum aeris perueniunt: quòd per simile maris probari potest. Cū enim mari ex fumo terræ ascendente in fundo remouetur ex spissitudine, tamen non potest huc & illuc impelli: sed cū usq; summū commotio illa peruenit, huc & illuc undæ impelluntur, fitq; tempestas. Quòd uerò à fundo maris tempestas incipiat, ex hoc potest probari, quòd phocas undas agitates ante uidemus. Ut enim ait Plinius, natura sunt dormitoria, fumo tamen ut prædiximus fundum maris commouente, excitati ad summum ascendunt: quòd uidentes nauæ experimento certū, & si de physica incertū, tempestatem futurā prædicunt,

dicunt, quippe iam incipit tempestas in fundo. simile uerò est in aere. Dum enim aeris inferioris partes obtinet fumus, ex spissitudine non potest huc & illuc impellere aera, sed cum ad summum peruenit, huc & illuc ex labilitate eius impellit, fitq; tonitrua & fulmina. In hyeme uerò etsi aer spissus sit, non est tantus calor, quia spissus fumus usq; ad summum possit erigi, nec eriam in uere. Remanens ergo in superiori parte aeris, uentos & pluias gignit. In æstate uerò cū maximus est feror, usq; ad summum eleuatur, fitq; partium aeris diuersa incurfusio, unde contingunt tonitrua & fulmina. In autumno uerò, quia frigidus & siccus, neque humor est qui eleuetur, neque calor qui eleuet.

In eodem aere uidentur stellæ cadere, nulla cadente. Cum enim igneæ sint naturæ, & prius locus stellarum sit æther, nunquam ad terram descendunt. Iterum cum maximæ sint, etsi ex remotio ne parua uideantur, si aliqua ex illis caderet, totam terram, uel maximam partem eiusdem occuparet. Non cadunt ergo, sed cadere uidentur. Sæpè et enim in superioribus partibus aeris est uentus & commotio, etsi non sit in inferioribus, ex qua commotione aer ignitus & splendens per aera discurret: qui cum iuxta aliquam stellam splendere incipit, splendore suo uisum illius stellæ nobis aufert, uideturq; quòd stella ceciderit. Sed dicit aliquis: Unde ergo quòd postea stellā ipsam non uidemus? Hic dicimus, stellam eandem postea à nobis uideri, sed eam esse nesciri. Cum enim, ut prædiximus, aer ignitus decurrat, aer spissior, & inde tarde subsequitur, qui inter nos & stellam illam positus, uisum eiusdem nobis aufert: sed antè transeat stella illa, & appareat firmamentum, quòd semper ad occasum tendit, & stellam illam ad ulteriora secum detulit, cumq; apparet, quia in alio loco quàm antè esset, uidetur, alia stella putatur.

De cometa uerò, quæ in mutatione imperij apparet, hoc sentimus, quòd stella non est, quia neque de infixis est, neq; aliquis planeta: quòd uerò de infixis non est, ex hoc apparet, quòd motus illius sentitur. Planeta uerò non est, cum extra zodiacum sæpè uidetur, nec motum planetarum sequitur. Si iterum stella esset, in aliquo hemisphærio esset. Cum ergo stellæ eiusdem hemisphærij apparent, unde ista quæ maior uidetur, non apparet: Non est ergo stella, sed ignis iuxta uoluntatem creatoris accensus, ad aliquid designandum.

Quoniam de aere, & his quæ in aere contingunt, pro affectata breuitate transcurramus, de aëre & situ eiusdem dicere incipiamus. Sapientia igitur diuina nihil posse uiuere sine calore & humore percipiens, terram & aquam frigidam esse, ut aliquid in eis uiuere posset, fontem totius caloris, id est solem, ut æqualiter hinc & illinc terrā calefaceret, super mediū terræ posuit: sed quia ex solo calore nihil uiuere posset, in medio eiusdem fonti caloris, fontem humoris supposuit, ex quibus hinc & illinc terra temperatur. Est ergo fons humoris in medio torridæ zonæ in modum æquinoctialis circuli terram circundans, uerumq; mare appellatur: hoc uerò mare cum ad occidentem uenerit, duas reflexiones ibi agit: quarum una ad austrum, altera ad septentrionem uertit, latera terræ sequentes. Similiter in oriente facit duas ad prædicta se uergentes: cum uerò hæc occidentalis reflexio, & illa orientalis ad septentrionem se uergentes sibi met occurrunt, ex repercussione ingurgitatur mare retrò, fitq; famosa accessio & recessio oceanī, quæ fluctus maris dicitur. Similiter alia duæ in alio capite terre sibi occurrentes. Sunt alij qui dicunt, fluctus maris causam esse montes subditos mari. Cum enim usq; ad ipsos mare peruenit, retrò cadit, & ingurgitatur, impleturq; retrò alueus, sed antè expletur: cum iterum reuertitur, expletur retrò, sed impletur antè. Prædicta occidentalis reflexio ad septentrionem uergens, cum iuxta latera terræ, tãgens Africam: ad finem eius peruenit, inter Calpen & Atlantā usq; Hierusalē mediterraneū mare uocatur, diuersa ex diuersis regionibus nomina accipiens. Qualiter uerò ascendat & descendat, si quis scire desiderat, & quæ nomina ex quibus regionibus contrahat, mappam mundi consulat. Sed quia facilius illabitur animo, oculis subiecta descriptione (id q; dicimus) subjiciamus.

Prædicta occidentalis reflexio ad septentrionem se uergens, ex Atlante monte adiacente, uocatur Atlanticum mare, in qua est Angliæ, & uicinæ insulæ. Ex orientali reflexione ad septentrionem se uergente nascitur Indicum mare, similiter in alijs reflexionibus ad austrum se uergentibus, credendum est diuersa maria nasci: sed hæc describi nostra attestatione non debuerunt, quia per torridam interiectam situm illarum nobis incognitus perseverat. Et quia nostra sententia est, ex illis reflexionibus uentos nasci, de ortu uentorum differamus tam cardinalium quàm collateralium. Cum igitur (ut prædiximus) in occidente ex fonte totius humoris duas reflexiones: una ad austrum, altera ad septentrionē diuidantur, illa separatione aquarū mouetur aer: sed si tantus fuerit impulsus, quòd usq; ad nos peruenit, generat uentum, qui zephyrus appellatur. Duæ uerò orientales sua diuisione & motu, generant uentum, qui eurus nominatur. Cum uerò orientalis & occidentalis ad austrum uergentes, in medio sibi occurrunt, mouetur aer, fitq; uentus septentrionalis, qui Boreas dicitur, qui ideo frigidus est, quia in frigida zona oritur: siccus uerò, quia nubes de hoc angulo terræ ad medium fugat: estq; inde pluuiosus, iuxta fines torridæ zonæ. Cum uerò transit torridam zonam, calefit: & si nobis sit frigidus, ibi tamen est calidus. Similiter cū duæ uergentes ad austrum, in medio sibi occurrunt, aufer generatur, qui etsi ultra torridam zonā frigidus & siccus, ut apud nos Boreas: quippe cum in frigida zona oriatur, quia tamen per torridam zonam transit, calefactus ad nos peruenit calidus: fugandoq; ante se nubes usq; ad angulum terræ, in quo habitamus, generat nobis pluias: estq; nobis ex accidente calidus & humidus, etsi in

sua regione frigidus & siccus. Viso unde quatuor cardinales uenti orientur, uideamus unde sin quatuor collaterales. Si in duabus prædictis reflexionibus ad septentrionem uergentibus, boreamq; prædicto modo generantibus, hoc contingat, quod orientalis ex aliquo accidente uel ocior, ultra medium septentrionis occidentali occurrit, nascitur uentus collateralis inter boream & zephyrum. Si uero occidentalis ultra medium, modo hinc modo illinc sibi occurrant, duos collaterales uentos generant: unum inter eorum & austrum, alterum inter eorum & zephyrum. Sed quia oculis subiiciendo figuram, minuemus laborem, unam similem præcedenti faciamus, in qua non in medio reflexiones sibi occurrant, ut in illa cardinales, ex hac collaterales intelligamus. Sed quia non in una figura plus quam duos potuimus ostendere, per simile istorum de alijs intelligatur. Quare si ex prædictis contingant uenti, cum quotidie reflexiones diuidantur, sibiq; occurrant: quod testatur quotidiani fluctus maris, quare quotidie uenti non contingant. Cui dicimus, Quod etsi quotidie contingant, non tamen impetum faciunt, quod usq; ad nos perueniat. Sæpe uero contingit, quod non putamus uentum esse, cum in alijs regionibus uel in superioribus aeris partibus sit, non tamen à nobis sentitur. Sunt qui dicunt, cauernas causas esse uentorum. Cui enim eas subintrant, partes aeris ex labilitate una intrante, alia nititur exire: fitq; conflictus, quo aer commotus generat uentum. Inde est, quod Aëolia, quæ cauernosa est, regio uentorum dicitur. Alij dicunt fumum humidum ascendente, ex ponderatione sua aera mouere, uentumq; generare: nos uero & secundum & primum & tertium, causam esse uentorum dicimus.

Postquam de fonte totius humoris, & ortu uentorum docuimus, unde aqua salsa sit doceamus. Naturaliter ergo sapor aquæ insipidus est, unde naturale phlegma insipidum est, ex accidente tamen fit salsum. Cuius ratio talis est: Cum mare, ut prædiximus, torrida zona sit suppositum, ex calore spissatur, fitq; salsum. certum nempe est, per ebullitionem aquam trāsire in salem. Sed dicit aliquis: Cum hoc principio salso nascantur omnes aquæ, & ad id reuertantur, testante Salomone, qui ait, Ad loca unde exeunt, aquæ reuertuntur. neq; enim annihilari credendum est aquas, sed circulariter reuertit. Vnde est quod quædam aquæ sunt dulces, quædam salæ. Huius hæc est solutio: Cum terra cauernosa sit, aqua ex labilitate sua subintrat, quæ per catarrhactas transiens, corralatur & tenuatur, salsumq; amittit saporem, quæ ad terræ superficiem erumpens, fontes & riuiolos dulcis saporis gignit.

Sed de puteis unde humorem habeant, dissensio est. Si enim à catarrhactis haberent principium, implerentur & decurrerent. Contra quod dicimus: Etsi à catarrhactis habeant principium, non implentur tamen. contingit enim catarrhactas ibi non finire, sed hinc & illinc esse. Vnde ultra trās sit aqua putei, sed non sursum ebullit. Vbi uero est fons, finitur catarrhacta. inde aqua putei propter spissitudinem terræ non ualens ultra defluere, cogitur superebullire. Sunt alij qui dicunt non esse ex catarrhactis principium putei, sed ex sudoribus terræ. Cum enim terra aliquid humoris contineat, si perforata est, descendunt guttæ aquæ ad modum sudoris hominis: inde est aqua putei. Nobis uero uidetur ex utroq; esse causam putei: quod enim ex catarrhactis sint, ex hoc probatur, quod iuxta flumina statim reperitur aqua putei, & quod sæpe contingit uno puteo post alterum facto, aquam de primo auferri. Quod uero ex sudoribus terræ sint probatur, quod in siccis & editis locis aqua putei reperitur.

Quod uero aqua putei & fontis in hyeme sit calida, in æstate frigida, sic contingit. Cui hyems naturaliter sit frigida, ex frigiditate poris terræ constringuntur, nec potest calor euaporare: qui remanens intus, terram calefacit, & aquam. In æstate uero poris superficie terræ ex calore aperti, fumus euaporat, minuiturq; calor. inde aqua abintus erumpens exit frigida. Est ergo aqua putei in æstate frigidissima, aqua uero fontis, quia propinquior calido aeri, minus est frigida: minus ad huc aqua fluuioium, minus pluuiarum. Si ergo dulcis aqua colando per catarrhactas terræ fit, sed aquæ illæ quæ prædicto humoris fonte exeunt per superficiem terræ, non per catarrhactas, spissæ sunt & salæ, mariaq; uocantur.

Et quoniam communis fuit sententia philosophorum, terrena modo diluuium, modo exultione finire, unde utrunq; contingat uideamus. Cum aqua, ut prædiximus, fonti caloris sit supposita, contingit humorem paulisper crescere, caloremq; superare, donec ad id creuerit, quod nullis liatoribus detentus per terram se diffundens, terrena submergit. Qui cum ex calore solis & siccitate terræ desiccatus sit, cōtingit calorem paulisper crescere, humoremq; superare, donec ad id creuerit, quod per terras diffusus eas adurat. Sunt qui dicunt ex communi planetarum eleuatione uel depreiōne hoc contingere. Si enim omnes planeta simul eleuentur, plus solito à terra remoti, minus de humore consumunt, unde humor crescens per terras se diffundit, fitq; diluuium. sed si unus uel duo uel tres sine alijs eleuentur, non tamen humor excrefcit, quod enim crescit ex istorum eleuatione, desiccatur ex aliorum propinquitate. Si uero omnes simul deprimantur, ex uicinitate adurant terras, fitq; exustio: quia quod isti ex propinquitate magis faciunt, alij remoti minus.

Et est attendendum, quod diluuium aliud commune, aliud particulare. Commune uero continuum esse non potest, aliud esse potest, sicq; alternatim pereunt temporalia. Vnde quia in tempore Noe per diluuium fuit mundi destructio, per exultionem mundus iste finitur.

Sed quoniam in fine huius uoluminis de mari habitus est tractatus, unde in primis septem diebus lunationis fluctus illius decrescant, in alijs septem crescant, in tertia septimana decrescant, in quarta

quarta crescant, uideamus. Cum ergo interlunium est, quia totus splendor solis qui eam accendit est super aera, subditum non potest attenuare neq; humorem desiccare: est ergo tunc plenus fluctus, sed cum splendor incipit descendere, accenditur luna, desiccaturq; aera, minuitq; humorem: quantoq; plus descendit splendor, desiccatur humor. & hoc usq; ad septimum diem: septimo uero die quia tota medietate accensa est, mediante aere calefacit humorem, qui bulliens super eleuatur, & sic usq; ad decimam quartam diem crescit fluctus: sed quia in tertia hebdomada calor eleuans in ea minuitur, fluctus maris minoratur: in quarta uero quia splendore ascendente calor deficit, spissatur aer, humorq; crescit, & inde fluctus maris usq; ad nouilunium.

LIBRI TERTII,  
FINIS.

## Venerabilis Bedæ presbyteri *weil Adāξτωρ*, siue elementorum philosophiæ, Liber III.

P R O O E M I V M.



**S**UPERIORVM uoluminum series à prima causa rerum orta usq; ad terram fluxit, pruritum aurium non continens, sed utilitati legentium deseruiens, atq; ideo animis stultorum minus cedens. Iam enim illud Apostoli impletum est, Erit cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad desideria sua coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Quæ igitur studij reliqua libertas potest, cum magistros discipulorum palpones, discipulos magistrorum iudices, legemq; loquendi & tacendi imponentes cognoscamus. In paucis enim fronte magistri, sed adulantis uultum & uoces percipies, & si sit aliquis qui magistri seueritatem sequatur, ut insanus à meretricibus scholarium fugitur, crudelis & inhumans uocatur, ut iam uerbis Vmbecij possit uti. Atq; ideo nulli comes ex eo tãquam mancus extinctæ corpus non utile dextera. Vnde ergo deberentur diligere, fugiuntur magistri, secundum illud Ouidij: Per quas nos petitis sæpe fugatis opes. Sed quoniam prohi est animum ad peiora non flectere, sed melioribus conformare, remoto animo à peioribus, conformatoq; melioribus, ad cætera trāscurramus: & quia in alijs elementis & ornatu illorum sectates compediatis diximus, de terra & eius ornatu dicere incipiamus.

## Catalogus Libri III.

**D**E terra *Aphricæ*.  
De habitatoribus eius.  
De diuersis qualitatibus terræ.  
De terminis *Asiæ* & *Europæ*.  
Vnde in quibusdam montibus sint perpetuæ niues.  
Quas qualitates contrahat terra ex diuersis uentis.  
De infertis arboribus.  
De spermate.  
De tempore conueniente coitui.  
De matrice.  
De causa sterilitatis.  
Virum uirile sperma solū cōceptioni sufficiat.  
De menstruo.  
Vnde cum animalia ex quo nata sunt, uadant:

homo uero non.  
Vbi concipiatur masculus, ubi fœmina.  
De operationibus.  
Qualiter puer pascatur in utero.  
De natiuitate.  
Quare nati in septimo mense uiuant, in octauo non.  
De infantia.  
De naturali uirtute.  
De spiritali uirtute.  
De animali uirtute.  
Vnde sit incrementum.  
De somno.  
Vnde somnia.  
De capite.  
De cerebro.

Bedæ tom. 2.

F

De

*De oculis.**Qualiter uisus fiat.**De contuitione.**De intuitione.**De detuitione.**De auditu.**Quid sit anima.**Quæ actiones sint animæ: quæ item corporis.**Qualiter anima sit in compositione hominis.**De uirtutibus illius.**De tempore coniunctionis eius cum corpore.**Quare puer non discernat & intelligat.**De iuuentute.**De senectute.**De sentio.**Qualiter querendus sit magister.**Qualiter discipulus.**Quæ complexio, cuius doctrina: quæ atas.**Quis ordo discendi.*

## Liber quartus.



**S**T ergo terra elementum in medio mundi positum, atque ideo infimum. mundus nempe ad similitudinem oui dispositus est. Namque terra est in medio, ut medullum est in ouo: circa hanc est aqua, ut circa medullum est albumen: circa quam est aer, ut panniculus continens albumen. Extra uero cetera concludens est ignis, ad modum testæ oui. Hæc terra in medio mundi sic posita, & inde omnia recipiens pondera: & si naturaliter sit frigida & sicca in diuersis partibus suis, ex accedente diuersas continet qualitates. Pars enim illius torrida parti aeris subiecta, ex seruore solis torrida est, & inhabitabilis: sed duo eiusdem capita duabus frigidis partibus subdita, frigida sunt, & inhabitabilia. Pars uero temperata parti aeris subiecta, temperata est & habitabilis. Sed quia ut prædiximus, duæ partes illius temperatæ sunt, duæ in terra sunt temperatæ, & habitationes patientes. Vna citra torridam zonam, altera ultra: sed quamuis sint habitabiles, unam tamen tantum ab hominibus habitari credimus, sed tamen nec totam. Sed quia philosophi de habitatoribus utriusque non quia ibi sint, sed quia esse possint, loquuntur, de illis quos nos credimus esse per intellectum lectionis philosophicæ dicamus.

Pars ergo terræ habitabilis, in qua sumus, in duo diuiditur. Cum enim temperies aeris ex omni parte terræ sit, ex omni parte terræ quaedam pars temperata est & habitabilis. sed quoniam reflexiones oceani, latera terræ iuxta quantitatem horizontis cingunt, in duo illam diuidunt. Cuius superiorem inhabitamus partem, antipodes nostri inferiorem: nullus tamen nostrum ad illos, neque illorum ad nos peruenire potest. Ex parte enim septentrionis frigus & reflexiones transitum perhibent: ex parte uero orientis & occidentis solæ reflexiones. Similiter et alia habitabilis in duo diuiditur. superius quorum obtinent nostri anthei, & antipodes illorum inferius. Sunt ergo in duabus habitabilibus quatuor habitationes, quarum habitatores alij cum alijs, in quibusdam temporibus conueniunt, in quibusdam differunt. nos enim & nostri antipodes simul habemus æstatem & hyemem, & alia anni tempora: sed quando habemus diem, & illi noctem, & e conuerso. Si enim ex propinquitate solis est æstas, ex remotione hyems, ex mediocri distantia uer & autumnus. Signa uero nobis æqualiter & illis distant, quippe terram seruantiâ naturalem locum obstantia, in quocumque signo sit sol, æqualiter nobis erit, & illis, idque efficiet. Merito ergo habemus simul anni diuersitates, non tamen simul diem & noctem. Cum enim ex splendore solis sit dies, ex umbra terræ nox. umbra uero semper est in parte splendore solis opposita, cum in inferiori parte terræ est splendor diei, in superiori umbra: & cum in superiori est splendor, in inferiori est umbra. Nulla est ergo hora, qua in aliqua parte terræ non sit dies, & in aliqua nox. Sed quare si nos & ipsi simul habeamus æstatem simul hyemem, sed quando nos diem, & ipsi noctem. In æstate uero dies nobis sunt longissimi, breues autem noctes. habebunt ergo ipsi sua æstate dies breues & noctes longas, quod contra naturam æstatis est. Contra quod dicimus, Et si quando nos habemus diem & ipsi noctem, non tamen quam cito habemus diem, illi noctem, imò in quodam tempore dies est nobis & illis communis. sed alteri in uespere, alteri in mane. Cum enim sol est nobis in ortu, adhuc est illis in occasu: habemusque mane & illi uespere, ut circa primam nondum eis sit nox. Similiter in occasu postquam sol incipit nobis descendere, & incipit illis apparere, & tunc est illis mane, & nobis uespere. Inde est ergo quod habemus & nos & illi dies æquales & noctes, & si non simul. Similiter & in hyeme, sed qualiter hoc sit, ingenijs legentium discutendum permittimus. Nos uero & anthei, simul habemus splendorem, simul umbram: sed quando sol est nobis propinquus, illis est remotus: quando nos habemus æstatem, & illi hyemem, & e conuerso. Sed hic oritur quæstio similis priori, ad quam si quis superioribus instructus accesserit, illius solutionem facile inueniet. Nos uero & antipodes antheorum neque simul æstatem neque hyemem, neque diem uel noctem habemus. Anthei uero & sui antipodes se habent ut nos & nostri anthei, & nostri antipodes ut nos & sui. Et quoniam de tribus habitationibus, & eorum habitatoribus

fatis docuimus, de nostra dicere incipiamus. Nostra ergo habitatio ab oriente ad occidentem, à meridie ad septentrionem extenditur. Quamuis temperata dicatur, non æqualiter tamen in omnibus suis partibus temperata est. Pars enim torridæ zonæ propinquior est libra, Aethiopia calida est & sicca. uicina frigida, frigida est, & humida: orientalis uero calida & humida. occidentalis frigida & sicca. Aequaliter uero distans, æqualiter est temperata. Huius iterum tres sunt partes principales, Asia, Aphrica, Europa: & incipit Asia ab oriente, extenditurque lateraliter usque ad septentrionem, & usque ad torridam zonam, terminaturque Tanai & Nilo, mediam partem habitabilis obtinens. Europa uero & Aphrica duas alias obtinent. Sunt autem termini Africa, Nilus ex parte orientis, à meridie torrida zona, à septentrione mediterraneum mare, ab occidente reflexio, à septentrione frigida zona hoc modo.

In hac igitur sunt montes, in quorum summitatibus sunt perpetuæ niues, in conuallibus maximus calor. Sed quare cum calor sit ex sole & superioribus, montes uero qui sunt illi propinquiores, quæ suæ conualles: quare in superioribus illorum sunt niues, in conuallibus non? Contra hoc dicimus, quod in superioribus breuiter tetigimus, quod quamuis ex sole sit calor, qui idem est calidæ nature, donec tamē humido, quod in sui naturam transmutet, se commisceat, nihil calefacere potest. unde in prædictis montibus, quia aer subtilis est ex remotione à terra, à sole non potest accendi: sed ex sui leuitate huc & illuc impulsus, frigidus efficitur. In conuallibus uero quia aer est spissus, & inde fertur immobilis, cito incenditur & calefit: quod per hanc similitudinem potest probari, quia si aer in æstate sit immobilis, accenditur, & est calidus: sed si uentus ueniat, qui illum moueat, frigidus sentitur. Hic oritur quæstio: Si aer in superioribus montium est ita subtilis, unde ergo spissatur in nubes & in niues? Nos uero dicimus, quod ille non spissatur, sed fumus humidus, qui ex conuallibus ascendit, ex frigiditate superiorum spissatur in nubes, & cõstringitur in niues. Hæc eadem habitabilis diuersis uentis exposita, diuersas contrahit qualitates. Si enim aliqua pars eiusdem montibus oppositis orienti, septentrioni clausa sit, & occidenti, exposita uero meridiei, est calida & sicca. In hyeme habitationi bona, in æstate pessima. Si uero ex contrario, in hyeme mala, in æstate bona: pars uero orienti exposita, & alijs clausa, est calida & humida, & inde bona. E contrario frigida & sicca, in autumno mala, in uere bona. Quod uero de partibus terræ dicimus, probari potest per fenestras domus. Australis namque in æstate sunt male, in hyeme bonæ: septentrionales e contrario. Inde erat quod antiqui inter limina australia & borealia faciebant, ut in australi in hyeme, in boreali æstate discumberent. Et quoniam de hoc elemento & partibus suis satis diximus, de herbis & fructibus arborum consequens est ut dicamus: sed quoniam Macer & Dioscorides satis de illis aperte docent, de illis taceamus, unam solam quæstionem cum sua solutione de incertis ponentes, quæ talis est. Cum alterius sit truncus, alterius surculus, causaque rescende de terra per radices & truncum ascendit, quomodo transeunt in naturam surculi, rami & fructus? Huius talis est solutio: Ex terra fumus calidus & humidus ascendit per poros radices, secum aliquid terræ naturæ & aqueæ substantiæ trahens, causamque uiuendi, augmentandi fructusque conferens. Hic per truncum ascendit, truncus quod suæ naturæ est, conuallibus retinet, naturaliter calore illud digerens, in medullam truncum & corticem transmutat: quod uero ad surculum ascendit, similiter in sui naturam digerit. Restat ergo ut de terreno animali dicamus, quod cum omne sit mortale, quoddam tamen rationale, quoddam irrationale. Sed quoniam irrationalia infinita sunt, nec lectioni philosophorum multum pertinentia, de naturis illorum, & unde quædam ruminant, quædam non: quædam mugiant, quædam non, dicere postponamus, & de rationali & mortali scilicet homine, quod dignius est differamus: quod ex duobus, id est, anima & corpore constat, prius de humano corpore, quod prius cogitationi nostræ occurrit, deinde de anima, & eius uirtutibus doceamus. Sed quoniam de compositione primi hominis & scemine, qualiter ex limo terræ homo factus sit, in primo uolumine docuimus, de quotidiana hominis creatione, formatione, natiuitate, ætate, membris, de officijs & utilitatibus membrorum doceamus. Cum igitur ex spermate conceptio hominis fiat, de ipso aliquid dicamus.

Sperma igitur est uirile semen, ex ipsa substantia omnium membrorum compositum. Quod uero ex substantia omnium membrorum illud sit compositum, ex hoc apparet, quod omnia membra inde formantur, naturaque est ut similia ex similibus nascantur. Aliud ad hoc argumentum: quod si pater in aliquo membro aliquam incurabilem infirmitatem obtineat, ut chiragram uel podagram, filius in eodem membro eandem obtinebit infirmitatem: & quia de spermate fecimus mentionem, quod in matrice recipitur pro tempore conueniente coitui, & de matrice parum dicamus. A decimo quarto anno tempus coitus incipit. Sed quare cum ex calore & humore sperma causam contrahat, pueritia uero calida sit & humida, quare in ea coitus non contingat. Cui dicimus, quod in illa ætate stricti sunt pori meatus, huic ad hoc deferuientes, unde sperma exire non potest: in alijs uero aperti sunt, & apti coitui. In senectute uero & senio coitus uix contingit propter frigiditatem. Post comestionem uero ante somnum, molestum est, & minuitur hoc opus. Minuitur enim calor naturalis, qui cibum debet digerere: post somnum uero, quia cibus digestus est in sanguinem, tempus illius est. quæ uero complexio huic operi conueniat, secunda particula queratur.

Matrix uero est cista seminis susceptrix, intus uillosa, ut melius semen recipiat, septem obtinens cellulas, humana figura ut moneta impressa sunt. Inde est quod septem nec unquam plures mulier uno lectio parere potest. Et quia ex matrice aliquando causa sterilitatis contingit, de illa aliquid dicamus. Causa ergo sterilitatis est nimia siccitas, nimia humiditas, nimius calor, nimium frigus. Cum enim sperma ex temperato, id est ex sanguine consistet, ut inde aliquid sit simile, requirit. Aliquando nimia pinguedo est causa, quare nihil concipiatur, ex ea enim omnes folliculi obruduntur, ne semine intrare possit. Unde Virgilius dicit in tempore coitus, equas macie esse extenuandas, deinde subiungit physicam, ne pinguior usus fulcos oblitet inhaerentes. Iterum frequentia coitus, eiusdem rei causa est. Delinitur enim matrix intus, ad modum marmoris iuncti, nihil potest retinere. Si uero in muliere nulla sit causa sterilitatis, ueniatque spermagenitura conueniens in matricem, clauditur statim matrix, ita ut dicat Hippocrates, quod nec etiam acus possit iungi, facta est conceptio. Ideo conueniens genitura diximus, quia si minus sit frigidum uel calidum uel siccum uel humidum, non est aptum geniturae. Sed quaeritur si solum sperma sit utile si non muliebri ac geniturae sufficiat. Dicunt quidam illud solum sufficere, cuius rei haec est probatio: quod saepe homo aliquis cum aliqua nolente concumbit, eaque stente aliquando gignit, ubi nullum semen mulieris potest esse. Non est enim sine uoluntate seminis emissio. Nos uero dicimus etiam muliebri in conceptione esse, quod per infirmitatem, quae puer contrahit in simili membro a matre probari potest. Quod uero dicunt aliqua nolente puerum concipi, dicimus quod si in principio displicet, in fine tamen ex carnis concupiscentialis fragilitate placet. Sed quia facta conceptione menstruum cessare solet, unde contingat, & quare tunc cesset edisseruamus. Cum mulier omnis calidissima naturaliter sit, frigidior frigidissimo uiro, cibum non bene potest digerere, remanent superfluitates, quae per singulos menses purgantur, menstruumque inde uocatur: conceptione uero facta geminatur calor ex foetu. Unde melius cibum digeritur nec tantae superfluitates oriuntur. Iterum quia ex sanguine matris nutritur foetus, non indiget purgatione. Inde est quod caetera animalia ex quo nata sunt gradiuntur, homo non graditur, quia ex sanguine menstruato in utero nutritur. Sed unde mulieres post conceptionem feruentiores sunt libidine, bruta uero animalia omnino ab ea cessant. Unde cum mulieres sunt frigidiores uiris, luxuriosiores tamen illis sunt. Unde post coitum leprosi mulier non laedatur, antecedens uero uir leprosus efficiatur, dicere proposuimus, ne corda religiosorum si forte hoc opus nostrum in manus acceperint, diu loquendo de tali re offendamus, omittimus. Spermate igitur in matrice locato, oreque clauso, eiusdem in dextera parte maneat, quia epa est in dextera parte matrici uicinior, meliori & calido sanguine nutritur foetus, masculusque efficitur: si autem in sinistra, quae a fonte caloris est remota, ab epate, est foemina. Si uero non bene in sinistra, sed aliquantulum uersus dexteram mulier est uiriliter. Cum igitur in una praedictarum trium partium semen est locatum, incipit uirtus digestiua operari, quae calefaciendo a calore matris illud spissat, sed ex siccitate folliculum intra se continere conceptum creat, ne aliqua superfluitates illi se commiscerent illud corrumpant. Hic folliculus cum puero crescit & oritur. Septimo die conceptus, ut refert Macrobius, gutta sanguinis in superficie folliculi incipiunt apparere, tertia septimana ad ipsum coceptionis humorē demergunt, quarta in quadam liquida soliditate, uelut inter carnem & sanguinem, coagulatur, quinta si puer septimo mense nasci debeat, isti autem in nona septimana incipit uirtus formatiua, cuius est officium humanam figuram conferre: haec sequitur uirtus assimilatiua, cuius est officium, quod frigidum & siccum est, in frigida & sicca membra mutare, ut sunt ossa: quod frigidum & humidum in phlegmatica, ut est pulmō: quod est calidum & siccum, in cholericum, ut est cor: quod calidum & humidum in sanguinea, ut est epa. Deinde sequitur uirtus concouatiua, huius est manus concouare, nares perforare, &c. Formatis uero membris assimilatis & concouatis, incipit fumus humidus per uenas & arterias discurrere, motumque & uitam conferre. Hi motus septuagesimo die a conceptu incipit, si puer septimo mense nasci debeat: si in nono, nonagesimo. Sed quia omnia quae temporaliter uiuunt, indigent cibo aliquo, sequitur ultimo pascuatiua, quae usque ad mortem extenditur. Sed quaeritur quomodo puer in utero pascatur. Dicimus quod quidam nervi qui in umbilico sunt, matrici coniunguntur, per quos puro sanguine ab epate matris descendente nutritur puer, & crescit. Unde quia digestum recipit, non indiget egestione superfluitatis. Has praedictas uirtutes sequitur natiuitas, cuius duo termini sunt, septimus mensis & nonus. Quaeritur cur ante septimum mensem puer natus uiuere non potest, & cur in septimo mense natus uiuat, in 8. non. Dicunt inde physici, quod ante septimum mensem non est in puero tantus motus: quod si nasceretur, uiuere posset. In vii. est motus uitae sufficiens, unde puer se mouens, si debiles nervos, quibus matrici coniungitur habeat, frangens illos nascitur uitae idoneus. In viii. mense motu septimi debilitatis, si nascitur, uiuere non potest, donec refectus, & in parte noni incipit moueri, rumpensque nervos idoneos uitae nascitur: & quia in calido & humido nutritus est, nascens & ad dissimile prodiens, contrarietatem sentit, uocemque ululationis emittit. & ideo prima hominis uox est doloris. A natiuitate uero usque ad vii. annum est infantia, quia in quadam parte illius fari non potest: in altera uero si loquitur, imperfecte loquitur. In hac aetate sensum habere potest, rationem tamen intellectum non. De sensu igitur aliquid dicamus. De ratione uero atque intellectu qualiter in tali aetate habere non possunt, quia sunt de uirtutibus, deinde loquendo de anima offendemus; & quia ex animali uirtute, quam praecedat naturalis & spiritalis sensus, habet principium,

principium, de istis uirtutibus, a naturali quae prior est, inchoando aliquid praesibemus. Cum igitur homo ex quatuor constet elementis, ex calore & humiditate, contingit fumum humidum nasci & calidum, qui diffusus per membra, mouens illa, trinitam digestionem operatur, uirtusque naturalis uocatur. Et quia de tribus digestionibus facta est mentio, inquiremus quid sit & ubi sit, & qualiter fiat digestio. Digestio igitur est alicuius rei per ebullitionem facta mutatio. Prima uero digestio fit in stomacho, secunda in epate, tertia in omnibus membris, ergo de prima primum dicamus. Cum humanum corpus incremento indigeat in quadam aetate, in omni uero restauratione, quippe interiore & exteriori calore uel frigore deuantibus, necesse fuit cibum & potum, ex quibus esset nutritio & incrementum subintrare. Sed quia cibum grossus est, necesse fuit ut priusquam intraret stomachum, tenuis & delicatus redderetur. Ad hoc enim dentes parati sunt, nati ex phlegmate per gingiuas descendente, ex frigiditate spissato & durato, ut cibum conterant. Lingua uero ut ad modum manus molendinarii illum uertat, & sub dentes reducat: quae ad hoc spongiosa est, ut cibi succum recipiens saporem discernat. Fit ergo mola quadam istius comminatio, nis comparatio: cibum uero sic praeparatus cum potu per oesophagum in stomachum, per portam cuius amplius est os, motus descendit, ibique decoquitur, & in speciem ptisanam transmutatur. & haec est prima digestio. De stomacho uero utrum sit calidae naturae, est quaestio. A iunt quidam, Oportet quod calidam sit naturae: aliter enim cibum non posset concoquere: cum ergo cibum coquat & transmutet, calidus est. Nos uero dicimus stomachum frigidum esse naturaliter, calidum accidentaliter, est enim nervosa naturae, ut quando nimis solito homo comedat, extendatur: quando minus, contractatur. Iterum necesse fuit, quod esset nervosa naturae, ne cum aliquid durum nec commasticatum reciperet, laederetur. Cum igitur omne nervosum frigidum sit naturae, ergo & stomachus: sed ut melius cibum retineat, & idonee decoquatur, intus est uillosus: quamuis tamen naturaliter sit frigidus, ex accidente tamen calefit. Suppositus est enim epati, ita quod fere totus ab eo includitur. Ex dextera uero parte eiusdem est sel, ex sinistra cor, quae calida sunt & sicca, & inde fit calidus stomachus, ut igne supposito coquitur cibum. Si ergo proprie uelimus loqui, in stomacho, non a stomacho cibum dicamus coqui. Cibum igitur sic in modum ptisanam mutatus per inferius foramen, quod porta dicitur, exiens intrat duodecimum intestinum, sic dictum, quod quantitatem duodecim digitorum, quales sunt digitus eiusdem in unoquoque obtinet. Relictum uero in eo quod eius naturae uel nutritiuae est conueniens, transit in aliud, quod ieiunum dicitur, quod nihil inde retinet. Huic ieiuno uenae quaedam ab epate uenientes sese coniungunt, per quas quod liquidius est, transit in infima epatis, meseraicae, quia succum mittunt dicunt: quod uero feculentum est in longitudinem, id est, in secessum descendit, & primae superfluitates digestionis. Illud uero liquidum quod in infima epatis transit, calore eiusdem digeritur: quod quia in eo calidum & siccum est, transit in choleram, & per quasdam uenas ad cistam fellis transmittitur. & haec est sedes cholerae. Inde quaedam pars ad confortandam uim appetitiuam in stomachum transit. Quod uero frigidum & siccum est, in melancholiam transit, & ad splenem sedem melancholiae descendit: sed quaedam pars ad stomachum ascendit, ad uim retentiua confortanda. Quod frigidum & humidum in phlegma mutatur, & ad pulmonem sedem phlegmatis transit, quada parte expulsiua uim in stomachum transmissa: quae uero calidum & humidum in sanguinem uersum remanet in epate, quae sedes est sanguinis. In epate ergo quatuor gignuntur humores proprias sedes habitantes. Cholera sel, melancholia splenem, sanguis epa, phlegma pulmonem: quamuis dicant quidam, phlegma propriam sedem non habere, sed cum sanguine ut melius possit per membra discurrere, remanere. & haec est secunda digestio. Quod ibi superfluum est, per illam uenam, quae spleni adiacet, ad renes descendit: quod ibi liquidum est, ad sui nutrimentum retinentes, reliquum per uritides poros ad uelicam transmittunt. Idem per uirile membrum exiens, urina dicitur, & haec est superfluitas secunde digestionis: sed quia pueri habent poros uritides strictos, quod ibi spissum est, in lapideam transit substantiam. In alijs uero gratibus quia pori aperti sunt, non generatur ibi lapis, sed circa renes, ergo pueris nascitur lapis in collo uelicae, senibus, circa renes. Sanguine uero praedicto modo in epate generato, per uenas ad omnia transit membra, calore quorum digestus, in eorum similitudinem transit: superfluitas uero partim per sudorem exit, alia uero pars ad epa reuertitur, ibi decocta cum urina exit descendens, sedamenaque uocatur: sed si in fundo sit urina, dicitur hypostasis: si in medio, enecortim: si in summo, nephile. Sed quid significat, & in diuersis locis existens, quid quando est continuum, quando diuisum quid ex substantia & calore, dicere non est nostrum. Si quis uero hoc scire desiderat, Galenum de urinis legat. Huius iterum naturalis uirtutis est augmentum conferre, quod contingit ex humore & calore. Quod enim aliquando ascendit, est caloris: quod uero spissatur, humoris. Sed dicent: Si ex calido & humido est incrementum, unde cholericum & melancholicum, quorum alteri frigidum sunt & sicci, & alteri calidi & sicci, tantum crescant? Nos uero dicimus, nullum esse hominem, quod calidus non sit & humidus: sed tamen quidam plus, quidam minus. Verbi gratia, homo natura liter est calidus & humidus, & in quatuor qualitates temperatus: sed quia corrumpitur natura, contingit illas in aliquo intendi & remitti: si uero in aliquo intendatur calor, & remittatur humiditas, dicitur cholericus, id est calidus & siccus, non tamen est sine humiditate. Si uero in aliquo intentus sit humor, & remissus calor, dicitur phlegmaticus: si autem intensa sit siccitas, remissus calor, dicitur melancholicus: si uero aequaliter infunt, dicitur sanguineus. Sunt ergo omnes natura

raliter calidi & humidii, sed propter diuersas qualitates intensas & remissas, incipiunt inter se, & nomen contrarij remisse. In omni ergo complexione potest homo crescere, plus tñ in una, minus in alia: in quadã in longũ, in quadam in latũ. Cholericus namq; gracilis & lōgi sunt: lōgi ex calore, cuius est ascēdere, graciles ex siccitate. Sanguinei uerò lōgi propter calorem, pingues propter humiditatem: phlegmatici uerò propter frigiditatem parui, propter humiditatem pingues. Melancholicus uerò propter frigiditatem parui, propter siccitatem graciles. Sape tñ naturales proprietates ex accidēte uariantur. Nam cholericus & melancholicus ex ocio uel comestione sunt pingues: sanguinei & phlegmatici ex abstinētia & labore graciles. Quod uerò sanguinei & phlegmatici, &c. præter naturã breues sunt, ex paruitate matricis uel spermatis cōtingit. Hęc naturalis uirtus habet quēdam principalia mēbra, quēdam deseruiētia & adiuuātia: quēdam alterum, quēdam neutrum. Sed quia hoc à physico in isagogis satis dictum est, illo postposito, ad somnum, qui ad naturalem uirtutem pertinet, transeamus.

Somnus est quies animalium uirtutum, cum intentione naturalium. Contingit autē sic. Fumo humido ad superiora ascendente implentur nerui, quibus animalis uirtus solet descendere. Desinit ergo animal uidere, audire, &c. donec naturali calore illo desiccato, naturalis spiritus incipiat descendere, & ad aliquid sensum animalis excitari. Somnia uerò ex reliquijs cogitationũ, ex cibo & potu & tēpore, ex cōplexione, ex iacēdi qualitate, habent existere, & hęc nihil significāt. Alia ex ministerio angelorũ, alia ex mundi causã & libertate anime: quorũ omnium prolationes in prōptu habemus. Sed quoniam hoc nostro proposito multum nõ attinet, ad finem uoluminis tendimus, illo prætermissio ad splenis uirtutem transeamus. Prædictus igitur fumus per diuersa foramina transeundo, subtilior ad cor ueniens, attrahendum aera illud dilatat, ut interior calor temperetur: ad expellendas uerò superfluitates, idem cōstringit, & tunc dicitur spiritalis uirtus, cui arteriæ deseruiunt: sed ad animalem uirtutem ueniamus. Prædictus ergo fumus per neruos ascendens, colando efficitur ita subtilis, quod perueniēs ad cerebrum spiritus dicitur: descēdens per diuersa instrumenta, diuersas animales uirtutes operatur, ut ostendemus. Quæq; à cerebro prodeunt, de ipso ante dicamus: deinde qualiter sensus inde prodeant, & quoniam in capite continentur, de illo exordiamur.

Caput est quædam spherica substantia, quæ in duobus digitis ante & retrò est expressa. Rotunda, ut melius in ea cerebrum mouetur, & ne superfluitates in angulis sibi remanentes, illud corumpant. Ante & retrò expressa per neruos inde procedentes, quorũ priores sensus operantur, posteriores uerò motum corporis uoluntarium. In eius exteriori parte ex cranunculis pelliculæ adherent capilli, & ex fumo ascendente, & per poros exeunte nati. Fumus etenim ille exiēs ex frigiditate siccis aeris cōstringitur, & in corpulentã substantiam transit. Alio uerò fumo exeunte impellitur sursum, & sic crescunt capilli. Sed quia naturale est ponderum descendere, curuantur & descendunt. Vnde quia nulli ætati desunt superfluitates, neq; alicui capillorũ deest incrementum, neq; unguium, quia ex superfluitatibus cordis, per digitorum summitates exeuntibus, à frigiditate durati fiunt. Sed pili barbæ & pectoris cuidam ætati desunt, barbæ uerò fœmine osæxui. Cum enim barba ex calore habeat existere in homine, propter geminum calorem cordis & testiculorum potest esse. In muliere uerò propter frigiditatem esse non potest, nisi sit aliqua præter naturam calida. Eadem ratione non est barba in spadonibus. In pueritia uerò esse non potest propter siccitatem pororum, & quoniam ex fumo ascendente fiunt capilli, iuxta cōplexiones uniuscuiusq; diuersi contrahuntur colores. De quibus quia in physica satis dicitur, ad cætera transeamus. Sub cranio duæ sunt pelliculæ mineæ dicitur, quarum prior cerebro durior est, duraq; mater dicitur. Quæ propinquior uerò cerebro, ne lædat ipsum, tenuior est, diciturq; pia mater. Sub istis est cerebrum, cuius talis à Constantino dicitur definitio: Cerebrum est liquida & alba substantia, sine sanguine, de quo queritur, an sit frigidum an calidum. Dicimus quòd naturaliter est frigidũ, ne continuo motu desiccetur. Huius in capite tres sunt cellulæ: in prora, in medio, in puppe. Prima uerò cellula est calida & sicca, diciturq; phantastica, id est uisualis: quia in ea est uis uidendi & intelligendi. Hęc calida & sicca est, ut formas rerum & colores attrahat. Media uerò dicitur logistica, id est rationalis: quia in ea est uis discernendi. Quod enim phantastica attrahit, ad hanc trahit, ibiq; anima discernit, estq; calida & humida, ut melius discernendo proprietatibus rerum se conformet. Tertia uerò memoriales dicitur, quia in ea est uis retinendi memoriã. Quod enim in logistica cella discretum est, transit ad memorialem per quoddã foramen, quod claudit quidam panniculus, donec aperiatur, quando aliquid tradere memoriæ uel ad memoriã uolumus reducere. Ista est frigida & sicca, ut melius retineat. frigidũ enim & siccũ est cōstringere. Sed dicitur: Quo modo hoc unquam potuit probari? Dicimus, per uulnera in illis partibus accepta. Cũ enim aliq; esset hõnæ memoriæ, rationis & intelligentiæ, uiderunt phycici, quod accepto uulnere in aliqua illarum cellularum, uim illius amittebat, uires aliarum retinens. Vnde Solinus in polyhistorijs narrat de quodam, qui accepto uulnere in occipitio, ad tantã deuenit ignorantiam, q̄ nesciebat se habuisse nomen. Ergo merito antiqui dixerunt in capite sedem esse sapientiæ. In capite enim habent sedem, quæ faciunt hominem sapientem, scilicet intellectus, ratio, memoria. Ab hoc cerebro prodeunt nerui ad oculos, per quos animalis spiritus exiēs, uisum operatur, ut ostēdimus: sed prius de substantia oculorum aliquid dicamus. Oculus igitur est quædam orbicularis & clara substantia,

substantia, sed in superficie aliquantulum plana, ex tribus humoribus & septē tunicis constans. Orbicularis est, ut huc & illuc uerti possit. In superficie plana, ut melius formas rerum in se possit recipere. Lucēs, ex humoribus constans, ut à uisuali spiritu possit penetrari. Ex tunicis septē, ut superfluitates expellat, ne illũ lædant. Sed si quis nomen humorũ & tunicarum dispositiones sciire desiderat, Galenum legat. Duos uerò oculos constituit natura, ut si unus læderetur, alter remaneret. Deinde de uisu dicamus. Cum igitur animalis spiritus, per neruos à cerebro prodeutes, & ad oculos usq; peruenerit, exiēs si aliquem exteriorem splendorem uel solis uel alterius receperit, usq; ad obstaculum dirigitur, quod offendens per ipsum se diffundit, formisq; illius & coloribus informatur per oculos, & per phantasticam cellã ad logisticam cellam transit, uisusq; efficitur. Inde est quòd uisu figuras & colores rerum discernimus. Stoici tamen dicunt uisualē spiritum usq; ad rem non peruenire, sed oculum figuras rerum in se recipere, ad quas perueniens ille radius, similiterq; informatur uisum operatur. Sunt alij qui dicunt, neq; illum usq; ad obstaculum peruenire, neq; oculo informari, sed medium aera inter uidentem & obstaculum, formis & coloribus informari, ad quem radius perueniens, informatusq; reuertens uisum operatur. Nobis uerò illa placet sententia, quæ uisualis spiritus usq; ad rem perueniat. Cuius rei hęc est probatio, q̄ ex uisu lippientis alicuius sape eandem cōtrahimus infirmitatem. & unde hoc, nisi quòd uisualis spiritu ad corruptum oculum perueniente corrumpitur, reuertensq; oculos corrumpit. Eiusdem rei probatio est, quòd sic contingit: Cum homines sint contrariarum complexionum, alij enim sunt frigidi, alij calidi, alij humidi, alij siccis, uisualis spiritus ab aliquo exiēs, qualitates illius secum trahens, diffusus per faciem alterius cōplexionis contrariæ, illum corrumpit. Cōtrarijs namq; contrarijs læduntur. Inde est quòd uetulæ lingentes faciem, & expuentes illo curantur. Quòd em̄ est ibi nocuum, expuunt. Vt igitur uisus efficiatur, tria sunt necessaria: interior radius, exterior splendor, obstaculum rei. His igitur concurrentibus est uisus: aliquo autem istorum deficiente, deficit. Uisus autem species sint tres: detuitio, contuitio, intuitio. Et est intuitio, quando aliquid uidemus in eo occurrentes simulachro, sed ostendentes qualiter uisus fiat, de ea satis diximus. Cōtuitio est, quando aliquid uidemus, in cuius superficie aliquod occurrit simulachrum. Detuitio est, quando non in superficie, sed in profundo apparet, ut in aqua: diciturq; detuitio, quasi deorsum tuitio. Restat ergo de intuitionē, & detuitiōne dicere, quarum quia eadem est causa, de intuitionē disputemus, ut quod de ea ostēderimus, de tuitiōne intelligatur. Cum igitur uisualis spiritus ad aliquid uidendum dirigitur, ex labilitate huc & illuc impellitur, informatusq; formis circumstantium, si ad aliquid obicuum peruenerit, ex sui subtilitate uideri non potest. Si autem ad aliquid quod radiosum, ex splendore illius apparet. Aristoteles uerò dixit, nullũ ibi apparere simulachrũ, sed hominẽ se & posteriora uidere tali modo: Cum prædictus spiritus aliquod radiosum offendat, radijs illius elisus repercutitur, reuersusq; ad faciem uidentis, ipsum & posteriora percipit. Sed quia mediante speculo hoc contingit, uidetur hoc in speculo apparere. Sunt qui dicunt aera inter hominem & speculum diuersis formis insignitum & coloribus, unde si aliquid opponatur, splendidum appareat, sine contrario non. Contingit autem sic auditus: Cum aer naturalibus instrumentis percussus, formam uocis acceperit, exiēs primam partem aeris quam reperit, simili informat forma, & illa aliam, donec ad aures perueniatur ad modum tympani siccis & concauit cui resonanti excitatur ille spiritus animalis, descendensq; ad aures per quosdam neruos informat se simili forma, sicq; informatus ad logisticam cellam reuertens, auditum operatur. Similiter alijs sensus fiunt eodem animali spiritu ad illorum instrumenta, per neruos à cerebro descendente. His itaq; perceptis, de anima, & eius uirtutibus tempus est differere.

Anima est quidam spiritus coniunctus corpori, idoneitatem discernendi & intelligendi conferens. Quod enim ex anima sit discernere & intelligere, sic probatur: quod crescente cura corporis, oriuntur illæ uirtutes: decrescente illa & crescente cura animæ, crescunt illæ. Si enim ex natura corporis essent, crescente cura corporis crescerent. Augmentata namq; cura, augmentatur effectus. Iterum cum omnis creatura corporea uel spiritus sit, conueniens fuit, ut homo ex corpore & spiritu constaret, ut cum utroq; aliquam affinitatem haberet. Habet enim cum corporibus uita carentibus, commune existere, cum herbis & arboribus uiuere, cum brutis animalibus sentire, cum spiritibus discernere. Inde est quòd in diuina pagina dicitur homo omnis creatura. Cũ ergo ex corpore & anima constet homo, dominante tamen, anima in qua quippe similis est creatori, inconueniens esset, si hominis corpus suas haberet actiones, anima uerò nõ. Sed dicit aliquis: Quomodo discernam quæ actiones in homine debeant iudicari animæ, quæ corpori? Dicimus q̄ illæ actiones, quæ sunt communes homini cum bruto animali, uel corporibus uita carentibus, etiam illas in homine anima operetur, non debent dici animæ, sed corporis: quæ uerò inueniuntur in homine, & in nullo alio corpore esse possunt, animæ sunt. Discernere ergo & intelligere, animæ est: sentire uerò, & similia, corporis. Sed dicit aliquis: Si actiones animæ non sunt, debent ne dici uel uirtutes uel uitia animæ, & quare propter illa damnatur uel remuneratur animar? Nos uerò dicimus, etiam illius non sunt actiones, eius possunt esse uitia. Cum enim ad hoc sit homini anima data, ut illicitos motus corporis corrigat, ignorantia uel negligentia eius cōtingit. Sicut ergo discipulus uel seruus negligentia doctoris uel domini peccet, magister & dominus extra culpam non est: sic nec anima illis contingentibus non est extra culpam, etiam illius actiones non sunt. Cũ igitur homo

homo ex anima & corpore constet, quæritur an sit appositæ corpori, an concreta, an cõmixta, an coniuncta. Vni quippe istorum insunt, quæ insunt in alicuius compositione. Apposita non est, quia tunc extra corpus anima esset, nec æqualiter illud moueret. Omne enim appositum extra illud est, cui est appositum, & maiores vires habet in proximo, ut ignis alicui appositus. Concreta non est: concretum est id quod ex sua substantia transit in alterius substantiam, ut aqua per ebullitionem in salem. Cum ergo anima non trãseat in corporis substantiã, sed semper spiritus sit, concreta illi non est. Commixta non est illi: nullum enim commixtorum esse suum retinet, non sunt ergo commixta corpus & anima. Ergo sunt coniuncta, sed ita quod tota anima in omnibus corporis partibus est esse suum retinens, tota & integra. Hic subiiciunt: Si in omnib. partibus tota est, abscissa una parte corporis, ablata est tota anima à corpore. Nos uerò dicimus, animã non esse in aliqua parte corporis, nisi dum est coniuncta corpori idoneo uitæ. Separata igitur à corporis parte, remanet anima in alijs partibus, in quibus ante tota erat. Iterum quæritur, an anima & corpus sint ex eodem an ex alio? Nos uerò dicimus, nullã esse illius causam, præter solũ creatorem, qui omnibus dat esse. Vnde Plato omnium philosophorum doctissimus dicit Deum creatorem stellis à se creatis & spiritibus, causam formandi hominem iniecisse, ipsum uerò animam fecisse & illi tradidisse: quia ministerio spirituum, & effectum stellarum humana corpora existunt & crescunt, sed sola uoluntate creatoris anima existit. Iterum quæritur, an anima humana ante existat, quam corpus, & quando illi coniungatur. Dicimus illam nō ante existere, quod probari potest ratione & autoritate. Si enim ante esset, uel in miseria uel in beatitudine esset, nullo præcedente merito. Autoritate beati Augustini hoc probatur, qui dicit, Quotidie creat Deus nouas animas, tempus uerò coniunctionis illius cum corpore, à nullo definitur. Nobis tamen post operationem formatiue & concuatiue uirtutis uidetur: tunc non naturalis uirtus per umbram potest discurrere, sine qua uita non potest esse, nec anima in corpore. Huius autem diuersæ sunt potentia intelligentia, ratio, memoria. Est intelligentia, uis animæ, qua percipit homo corporalia cū certa ratione, quare ita sit. Ratio uerò est quedam uis animæ, qua percipit homo quid sit res, & in quo conueniat cum alijs, & in quo differat. Memoria uerò est uis, qua firmè retinet homo antè cognita. Sed quæritur cū istæ sint proprietates animæ, quare infans, in quo est anima, nō discernit, &c. Ad hoc dicimus, quod anima hominis à creatore habet principium, ex quo est perfecta in suo genere, sciret quæ ab homine sciri possunt, nisi grauitas carnis esset, quod per primũ hominem qui ante corruptionem humanitatis, ex quo fuit, perfectam habuit scientiam humanã, probari potest. Sed modo corrupta humanitate, ex quo coniungitur corrupto, corrumpitur: nec proprietates suas potest exercere, donec usus experientia, uel alicuius doctrina excitata incipit discernere. uelut cum aliquis subtili acie oculorum, tenebroso carceri deputatur, uidere tamen nō potest nisi assuescat tenebris, uel lumen accendatur. unde Virgilius: Quantum non noxia corpora tardant. In prima uerò ætate nec præcessit usus experientia, nec est tempus doctrinæ cõueniens. Cum enim illa ætas calida sit & humida tantũ, statim cibum digerit & appetit: unde frequentis influxione indiget & effluxione, spissusq; fumus generatur, qui ascendens cerebrũ, in quo est uis discernendi & intelligendi, turbat. Hanc ætatẽ sequitur iuuentus, quæ est calida & sicca. Desiccatus est enim ille naturalis humor, quem cõtrahit homo ex matris utero. unde non ita spissus fumus generatur, neq; cerebrum ita turbatur, estq; ætas conueniens ad discendum, & maxime, si lampas diligentis doctrinæ accendatur. Sequitur senectus frigida & sicca. Extinctus est enim ille naturalis calor. unde in hac ætate uiget memoria, sed uires corporis deficiunt. exsiccitate enim & frigiditate, cuius est confringere, est memoria. Ex calore, cuius est impetum facere, uires corporis eo deficiente deficiunt: hanc sequitur senium, frigidum & humidũ. Extinctio enim naturali calore crescit frigidũ phlegma. unde in illa ætate deficit memoria, fiuntq; homines pueriles. Est enim à phlegmate uis expulsiua, hanc sequitur animæ & corporis dissolutio. Non enim extinctio naturali calore diu potest uiuere homo. Et quia de homine satis diximus, cuius est doceri dicamus, quales ut doceant, quærendi sint, quales ut doceantur, qualis cõplexio cõueniens sit doctrinæ, in qua ætate sint incipienda, & quando finienda, quis sit ordo discendi. Talis igitur ut doceat quærendus est, qui neq; causa laudis, nec spe tẽporalis indumenti, sed solo amore sapere doceat. Si enim propriam laudem diligit, nunquã discipulũ ad sui perfectionẽ uenire uolet. Subtrahit enim doctrinam, ne in eo quod plus diligit, æquetur uel superetur. Si iterum temporalis cõmodi spe inductus doceat, non curabit quid dicat, dum nimium extorqueat. Sæpè enim placent nugæ magis quam utilia. Sed si amore scientiæ ad docendum accesserit, nec propter inuidiam doctrinam subtrahet: nec ut aliquid extorqueat, ueritatem cognitam fugiet: nec si deficiat multitudo foctorum, deficiet, sed ad instructionem sui & aliorum uigil & diligens fiet. Ut doceatur ergo, talis diligendus est, qui non sit doctrinæ strepens, nec superbus, ne uideatur aliquid esse, cum nihil sit: qui magistrum ut patrem diligit, uel etiam plus patre. A quo enim maiora & digniora accipi mus, magis diligerere debemus. A patre enim rydes esse cõpimus, à magistro uerò esse sapientes, quod maius est & dignius, plus ergo diligendi sunt boni doctores quam parentes, nec tamen est iustum quod magis diligantur doctores, sed utile, ut scientiæ illius uerba nobis placeant: quia in eo quem non diligimus, sæpè etiam nobis bona displicent, illaq; fugimus, dum studemus non imitari illos quos non diligimus. Quamuis enim sanguinea complexio habilis sit ad doctrinam, quippe


quippe in omnibus temperata, tamen in omni aliquis perfectus esse potest, etsi cum labore: quia ut narrat Pamphilus: Labor improbus omnia uincit. Principium uerò doctrinæ ab adolescentia est conueniens, quia ut ait Plato: Aetas hominis similis est ceræ, quæ si nimis mollis sit, nec figuram recipit: nec retinet, similiter si sit dura. Ergo nec nimis tenera, nec nimis dura. cõueniens est doctrinæ. Terminus doctrinæ est mors. unde quidam sapiens, cum ab eo sic quæreretur, ubi est terminus discendi? Respondet, ubi & uitæ. Quidam philosophus cū nonagenarius moreretur, & quæsitus à quodam discipulo suo, si de morte doleret: sic interroganti respondet: quia nunc incipiebat dicere. Ordo uerò discendi talis est, ut quia per eloquentiam omnis sit doctrina, prius instruantur in eloquentia. Cuius tres sunt partes: rectè scribere, & rectè scripta pronunciare, probare id quod est probandum, quod docet Dialectica. ornare uerba & sententias, quod tradit Rhetorica. Initiandi ergo sumus in Grammatica, deinde in Dialectica, postea in Rhetorica. Quibus instructi ut armis, ad studium philosophiæ debemus accedere. Cuius hic est ordo, ut prius in quadriuo & in ipso prius in Arithmetica, secundo in Musica, tertio in Geometria, quarto in Astronomia. deinde in diuina pagina, quippe ut per cognitionem creaturæ, ad cognitionem creatoris perueniamus.

ὡς δὲ διδάσκω, Finis.

## VENERABILIS BEDÆ presbyteri de Paschæ celebratione liber, siue de æquinoctio uernali iuxta Anatho- lium, Epistola.

REVERENDISSIMO AC SANCTISSIMO

FRATRI VVICRHEDÆ PRESBYTERO, BEDÆ  
optabilem in Domino, salutem.



**L**IBENTER accepi literas tuæ benignitatis, amantissime in Christo frater, & capitula quæ rogasti promptius describere, ac tibi dirigere acceleravi, memor familiaritatis ac dulcedinis, qua cum illo aduenirem, me suscepisti. Sed & questionem illam merito famosam de historia ecclesiastica, super qua me interrogasti presentem, cui tunc breuiter ut potui respondi, nunc latius explanare etiã studui, hoc est, de æquinoctio uerno, quod in libro præfato Anatholius antistes reuerendissimus, in undecimo Calend. April. die annotasse perhibetur, cum ceteri Aegyptiorum magistri hoc magis in duodecimo Calendarum earundem die annotandum esse decernant. Dicit namq; sanctus Proterius Alexandria antistes ecclesiæ, ad beatissimum papam Leonem scribens de pascha, & manifeste quidem secundum cursum solis, xxv. die mensis Famenoth, qui etiam xii. Calendas April. æquinoctium esse cognoscitur. Sed non oportet ab hoc æquinoctio primi mensis exordium iuxta cursum lunæ prorsus affigere, alioquin per omnia solis circulo lunæ discursus concordare debuerat. Dicit & sanctus Cyrillus eiusdem præsul ecclesiæ: Sol enim ipse quotidie terra mariq; & clauditur in fine diei, & in diei initio aperitur, & finit sol cursum totius anni, in duodecimo Calend. Aprilis. Vnde te merito, sicut & ceteros, mouet studiosos, quomodo Anatholius cum sit & ipse eruditione ac genere Aegyptius, quasi contrarius Aegypti doctoribus, scribat æquinoctium idẽ in undecimo Calendas Aprilis occurrere solere. Est ergo, inquiens, in primo anno initium primi mensis, quando est decimo, & i. x. annorum circuli initium, secundum Aegyptios quidem mensis famenoth uigesimo sexto die, secundum Romanos uerò undecimo Calendas Aprilis, in qua die inuenitur sol non solum conscendisse primam partem, uerum etiam quartam iam in eadem die habere, id est, in prima ex duodecim partibus. Hæc autem particula, uernale est æquinoctium & ipsa est initium mensium, & caput circuli, & absolutio cursus stellarum, quæ *μακρὰ*, id est, uagæ dicuntur, ac finis duodecime particule, & totius circuli terminus. Sed facillime ratione posse credo doceri, non eum ceteris Aegypti & orientis præceptoribus in hoc esse contrarium. Facit enim ratio quadrantis (quem bisextum uocant) ut sol æquinoctialem sui cursus locum in signifero circulo, nunc in primo exortu suo, nunc in meridie, nunc in occasu, nunc media nocte comprehendat, & quotiens mane uel meridie fieri æquinoctium contigerit, ad duodecimum Calendarum Aprilium: quotiens autem uesperis, uel media nocte, ad undecimum Calendarum earundem diem pertinet. Absq; enim contradictione nox omnis ex quo Dominus à mortuis resurrexit,

rexī, sequentis diei temporibus antepōnitur, non autem præcedentis apponitur. Vnde consul-  
te Anatholius non uetat in undecimū, sed ante xī. Calendarum Aprilium pascha celebrari, cū  
ipse in eodem libro diligenter ex antiquorum pariter & nouorum patrum scriptis affirmet, an-  
te transiens æquinoctij pascha agi non posse. Ipse enim sibi testis erat, quod scribens non pri-  
ma sedis æquinoctialis tempora, sed ultima signauit, hoc est, ea à quibus pasche celebrationem  
incipere posse nouerat. Cum enim secundo uel tertio anno post bissextum paschæ dies Domi-  
nicus in undecimo Calendarum Aprilium occurrerit, constat nimirum, quod cum æquinoctio  
paschæ tempus inchoatur. Cuius ceremoniæ partes celebrantur eiusdem primæ noctis: quam-  
uis illa mediante, uel etiam inchoante perfici æquinoctiū nullus ambigit: eo quod profectio Do-  
minicæ ipsam resurrectionis ritē celebrari horam, quæ diluculo facta est. Et ut patenter animad-  
uertas, quod Anatholius uespertinum specialiter æquinoctium scribat, à quo pascha incipere po-  
test, quodq; ad duodecimū Calendarum Aprilium regulariter respicit. Attende quid in sequen-  
tibus ex antiquorum sententiā patrum annotat. Cum enim sint duo æquinoctia ueris & autum-  
ni æquis spacijs dirempta, & decimo quarto die primū mensis sit statuta solēntas post uesperam,  
quando luna soli apposita ē regione deprehenditur, sicut etiam oculis probare licet: inuenitur  
utiq; uernalis æquinoctij partem sol obtinens, luna uerò autumnalis. Quid ergo mirandum si in  
xī. Calendarum Aprilium æquinoctium fieri dicat, cum de illa loqui se hora declaret, quando  
occidente ad uesperam sole, luna econtrariō suum attollit exortum. Vbi pariter intuentum,  
quod æquinoctia ueris & autumnū æquis spacijs dixit esse dirempta. Et inde colligendum, quod ab  
æquinoctio ad æquinoctium dimidium anni computare debeamus, atq; autumnale xīii. Calen-  
darum Octob. annotare, centum uidelicet & octoginta duobus diebus à uernali discretū. Quod  
esse uerissimum etiam horologica docet inspectio, maxime cum hanc æquissimam anni inter æ-  
quinoctiorum diremptionem antiquissimi & eruditissimi doctoris Aristei uerbis astruat, qui fuit  
unus ex illis Lxx. illustribus scripturæ sacræ interpretibus. Quod autem idem ait Anatholius,  
in qua die inuenitur sol, non solum conscendisse primam partem, uerum etiam quartam iam ha-  
bere in ea die, id est, in prima & duodecim partibus, xī. partes xīi. signa horoscopi nominat,  
quæ tricenis diebus & paucis insuper horis solem singula tenent. Vnde & Maro de iisdem dicit,  
Idcirco certis dimensum partibus orbem, Per duodena regit mundi sol aureus astra, quarum ui-  
delicet partium prima iuxta naturam à loci æquinoctij uernalis incipit. Hac autē prima ex duo-  
decima uernale est æquinoctium, quia nimirum partis eiusdem initium, scilicet ubi sol primo po-  
situs est, ipsum tenet æquinoctium, recte præmittit solem in ea die non solum conscendisse primam  
partem, uerum etiam quadram iam in ea die habere: quia quotiens æquinoctiale tempus iuxta ra-  
tionem præfatam in undecimū Calendarum Aprilium incidit, totiens in ipso temporis momen-  
to illa quarta pars diei, quæ annuatim accrescere solet, secundum naturam perfecta esse digno-  
scitur. Nam cum duodecimo Calendarum earundem die contingit æquinoctium, tum in ipso æ-  
que die, & in ipsa æquinoctiali hora quadrans idem expletur. Ideo autem addimus Naturaliter,  
quia consuetudinis est humana, uarijs illum temporibus anni prout cuiuslibet generi placuit infe-  
rere. Naturalis uerò est rationis in completionē & circulis solis adijci, quam Cyrillus signauit in  
ea, quam ut supra proposuimus sententiā, dicens: Et finit sol cursum totius anni, in duodecimo  
Calendarum Aprilium. & ne quis forte nos non contendat in hac Anatholij sententiā, hoc quod  
ipse sentit intelligere potuisse, libet pauca annexere quæ de iisdem partibus & æquinoctio uir do-  
ctissimus Victor Capuanæ urbis antistes describebat. Cœlestis, inquit, circulus, per quē sol & lu-  
na & stellæ, quæ planetæ appellantur, contra impetum totius cœli proprio motu feruntur, per  
duodecim partes, iudicio est sapientiæ distributus. Quibus peractis cccclxv. die, quo toto tem-  
pore annus expletur, dum sol repetierit circuli supradicti primæ partis initium, oritur anni prin-  
cipium, quod fit à duodecimo Calendarum Aprilium die usque ad undecimū. Sæpē enim uespe-  
re, interdum nocte, nonnunquam ipsa Calendarum xī. Aprilium die prouenire deprehenditur.  
Vicesima igitur sexta die Martij mensis secundū Alexandrinos, hoc est, iuxta Latinos duodeci-  
mo uel undecimo Calendarum Aprilium die fit, iuxta solis cursum primū mensis initium. Ne quis  
autem nos inconstantia uelit arguere, quod uelut sub ambiguo fluctuantem diem primū mensis mi-  
nime definiamus, huiusmodi obiurgator aut potius inquisitor sciat, quod solertissimè à septima  
diei hora, horam primam alterius diei docet incipere, & cum sit xxv. dies Martij mensis, xīi.  
Calendarum Aprilium, si uespere eiusdem diei sol spacium primæ partis illustret, iam xxvi.  
ascribitur, Aegyptiaca ut diximus traditione subtili, & sine dubitatione probabili, & post pau-  
ca: Igitur luna, inquit, si xīiii. reperitur, sole in prima parte sui circuli constituto, iure primū mē-  
sis ascribitur. Si uerò prius xīiii. luna hoc pleno lumine orbis effuisset, quam sol memoratā  
primam partem circuli sui contigerit, xīi. mensis esse reperitur uel reputabitur. Et quoties ita  
contigit, solennitas differtur ad alterum plenilunium, quam uenire necesse est adhuc sole in pri-  
ma parte de duodecim circuli partibus constituto. Hac de uerbis beati Victoris assumere pla-  
cuit, quatenus sententiā sancti patris Anatholij, quæ in ipsius opere paschali, & in historia eccle-  
siastica pleriq; obscura est, per eius tibi dicta clarior redderetur. Sed neq; hoc prætereundum,  
quod sunt qui contendunt Anatholium in hac sententiā nequaquam undecimū, sed octauum  
Calendarum Aprilium diem posuisse, dicentes: cum hanc sententiā in historia ecclesiastica  
poneret

poneret diem pro die mutasse, & Eusebium quod cætera bene ac philosophicè posita uideret, u-  
no uerbo corrigere uoluisse, quod in ea minus perfecte dictum conspexerit, ne illum uidelicet  
quem laudare proposuerat, palam notabilem monstraret, si eius pura uerba & ut ipse scripserat  
suis inderet historijs. Sed mirum si Eusebius tam circumspectus sermone, & sensu scriptor, in tan-  
tum laudis aliorum potuit esse cupidus, ut eorum scripturis deslagrans, ea quæ non dixerant illos  
dixisse finerit, nec formidaret argui, postquam lectores sui integra eorum opuscula perscrutare-  
tur, atque quæ ipse de his assumpserat, aliter in suis authoribus posita offendissent. Mirum si Vi-  
ctorem, cuius dicta posuimus, uirum æquè eruditionis eximie talis impostura latuit, qui in alio  
opere scribens de pascha, hanc eandem sententiā Anatholij de historia ecclesiastica, quasi iure  
laudabilem ac memorabilem assumens, ubi opportunum reprobatur inseruit, & ipse undecimū  
in ea non octauum Calendarum Aprilium scribens diem. Sed & Dionysius cognomento Exi-  
guus, scientia præcipuus, mirum quare uel ipse in epistolis suis paschalibus Anatholij suffragiū  
de historia ecclesiastica flagigaret, si eius ibi dicta sciret falsata, quem ut Græcæ etiam lingua per-  
tissimum, qualiter hæc sint primo adita, latere non potuit attentio. Sed quia mensis hic unde su-  
mar exordium, uel ubi terminetur, euidenter in Moyli scriptis non colligitur: præfati uenerabi-  
les cccxviii. pontifices antiqui moris obseruatiā, & exinde à sancto Moyse traditam, sic ut  
in septimo libro ecclesiasticæ historiæ fertur solertius uestigantes, ab vii. Iduum Martia-  
rum usq; in diem nonarum Aprilium natam lunam facere dixerunt primū mensis initium, & à  
duodecimo Calendarum Aprilium usq; ad xiiii. Calend. Mai. lunam xiiii. solertius inquirē-  
dam. Itaq; uerissimè uidetur, Eusebium quidem quod in Græca authoritate inuenerat, fideliter  
suis indidisse historijs. Ipsum uerò libellum Anatholij postmodum in aliquibus Latinorum ex-  
emplaribus esse corruptum, eorum nimirum fraude, qui paschæ uerum tempus ignorantes er-  
rorem suum tantipatris autoritate defendere gestirent. Sed quærent illi qui Eusebium magis  
unam emendasse sententiā, quam alios quoslibet totum Anatholij putant infalsasse libellum,  
quomodo in illo libello sit scriptum. Sed quid mirum, si in undecima luna errauerint qui iiii. di-  
es addiderunt ante æquinoctium, in quibus pascha immolari posse definiunt, quod certum om-  
nimodis putari absurdum. Quibus respondendum, quia Anatholius potuerit nosse plurimos,  
qui sic uel sic de pascha fenserint, nec tamen ad nostram notitiam peruenerint. Et econtrā quæren-  
dum ab eis, quomodo in ipso libello sit scriptum: Est ergo in primo anno initium primū mensis,  
quod est xix. annorum circuli initium, secundum Aegyptios quidē mensis Faminoth xxxviii.  
die, iuxta Macedones uerò Distri mensis xxiii. Secundum Romanos uerò Martij mensis xxv.  
die, id est, vii. Calendas Aprilis, cum xxvi. dies mensis Aegyptiorum Faminoth, &  
xxiii. dies mensis Macedonum Distri non sit vii. Calendarum Aprilium, sed ix. Calend. A-  
pril. Nonne uerissimilimum apparet, quàm sit falsata sententiā, ubi ipse qui vii. Calend. pro ix.  
Calend. April. mutauit, oblitus est etiam Aegyptiorum uel Græcorum mensium statum mutare.  
Sed his quæ minus nota erant manere permittis ut fuerunt, illud solummodo quod suis sibiq; usi-  
bile erat mutauit. Quid sane horum sit uerius, illi potius qui Anatholium Græcum legunt, uideat.  
Verum siue Eusebius unam sententiā seu quilibet totum ipsum libellum à suo statu mutauerit,  
constat absq; ulla dubietate, quamuis plurima uerterit æquinoctium octaua Calendarum April-  
ium die nequaquam posse reperiri. Quod in conspectiōne horologica ex aperta ratione proba-  
bitur. Regula enim tenet ecclesiasticæ obseruationis, quæ & edictis patrum priorum & clarius  
est Niceno probata concilio, ut paschæ dies Dominicus ab xi. Calendarum Aprilium usq; in vii.  
Calendarum Martiarum diem quaratur. Item catholicæ institutionis regula præcipit, ut ante uer-  
nalis æquinoctij transiens pascha non celebretur. Qui ergo vii. Calendarum Aprilium pu-  
tat esse æquinoctium, necesse est idem aut ante æquinoctium pascha celebrari licitum dicat, aut  
ante vii. Calendarum diem pascha celebrari licitum neget. Ipsum quoq; pascha quod Dominus  
pridie quàm pateretur, cum discipulis fecit, aut nona Calendarum Aprilium die non fuisse, aut an-  
te æquinoctium fuisse confirmet.

Primo anno circuli decennouenalis xxx. est luna in xi. Calendarum Aprilium, eodemq; an-  
no luna xiiii. quinta die Calendarum Aprilium, id est, Nonas Aprilis: iungeq; ad xxx. & su-  
me regulares mensis Aprilis, eo anno quo xiiii. luna Aprilem incurrat. Eo uerò quo, mense Mar-  
tis luna xiiii. incurrit, tardè Martij regulares triginta sex. Ex epactis utique agnoscis facili-  
lime, utrum in Martium an in Aprilem, luna decimoquarta ueniat. Si enim plus xv. aut mi-  
nus v. epactis habes, Aprilis luna xiiii. computatur. Tene ergo regulares in Aprilis trigesimo-  
quinta, & subtrahe epactas semper eius anni, & quod remanserit, ipsa est dies lunæ decimoquar-  
ta, utputa tertio anno circuli decennouenalis xxxii. erunt epactæ, tolle xxxii. de xxxv. & re-  
manent xiii. tertiadecima die mensis Aprilis, id est, Idus Aprilis luna decimoquarta occurrit.  
Si uerò feriam quæras xiiii. lunæ, adde concurrentes anni illius numero, qui reliquus est, utpu-  
ta istis tredecim qui in præfati sunt, in Aprilis quoque regulares vii. Hæc omnia collige &  
postea diuide per septenarium, & quod remanserit ipsa est feria lunæ decimoquarta, & sic facili-  
lime ad diem Dominicum peruenies. Mense autem Martij tene regulares triginta sex sub-  
trahe epactas anni illius, uerbi gratia, secundo anno circuli decennouenalis undecimo fiunt  
xxv. die mensis eiusdem, xiiii. luna aderit, id est, octauo. Calendarum Aprilium. Si uerò

feriam eiusdem diei requiras, adde numero præscripto concurrentes anni illius & regulares quatuor in Martio. Iis quoque in unum collectis partitio per septenarium, & quod remanserit ipse est dies lunæ decima quarta, si nihil remanserit VII. feria est. Igitur si detractis epactis triginta, remanent tamen quodcumque super est, ipse est dies mensis, in quo XIII. lunam reperies, ut eo anno quo quatuor epactæ fiunt, absume III. de XXXV. & remanent triginta unum. Tolle XXX. & remanent I. Prima die mensis XIII. luna occurrit, id est, Calendas Apriles. Si detractis epactis XXX. tantum remanent XIII. die mensis luna XIII. evenit, quod semel intra XIX. accidit annos, quando VI. epactæ ascribuntur, & III. Calendarum Aprilium XIII. luna provenit. Ut te exemplis ad inveniendam instrum feriam, qua XIII. occurrat luna, ut puta anno præsentis Dominicæ incarnationis DCCCLXXVI. sume epactas huius anni XXVI. detractisque eiusdem XXXV. regularibus & remanent IX. & ecce IX. die mensis XIII. luna erit, id est, V. Idus April. Iunge etiam concurrentes anni præsentis, id est, I. ad IX. & fiunt X. & his adde VII. & fiunt XVII. hos partire per VII. bis VII. XIII. & remanent III. tertia feria erit. Luna XIII. III. XIII. V. XVI. VI. XVII. VIII. XIX. qui est dies paschæ V. Idus April. XIII. luna III. Idus XV. III. Idus XVI. II. Idus XVII. Idus XV. III. XVII. Calendas Maias XIX. Secundo anno post hunc VII. quia plus V. sunt & minus XV. ad Martium pertinet XIII. luna quam sic requires. Sume regulares Martis mensis XXXVI. detrahe ab eis VII. & remanent XXX. uicesimonono Martis mensis, id est, III. Calendarum April. decima quarta tibi luna occurrit. Ad inveniendam feriam, sume easdem XXX. & adde eis concurrentes anni illius, id est, II. fiunt XXXI. In his quoque adijcere regulares quatuor, & erit ois summa XXXV. partire per VII. Quinquies enim VII. fiunt XXXV. & nihil remanet, quia septima feria erit luna decima quarta, quarto Cal. April. & XV. tertio Cal. April. ipse est dies Dominicus paschæ, etiam per singulos circuli decennouenales annos. Sed per his regularibus & hac ratione annuis epactarum detractis diebus, decima quarta sine errore reperies lunam, & illis regularibus concurrente numero præscripto iunctis. Feriam quoque decimam quartam lunam reperies, & sic computatis feriis, quæ super sunt septimanam illius, lunam quoque atatem crescentis singulis appone dieb. & tunc simul locum lunæ, & atatem certissime inuenies. Hæc dilecte comes proprio argumenta labore descripti tibi miter, tu dic quo munere tecum certares hodie dum talia do tibi fessus.

*Enarratio dodrantis et semuncie in partibus horarum, per quas lunaris luminis ratio computatur apud scriptores.*

FRAGMENTVM.

**V**nus semper horæ dodrante & semuncia transmissa, id est, diuisio unius horæ spacio, in uiginti quatuor semuncias, quia tot sunt semuncie in libra plena: iterumque diuide uiginti quatuor in quatuor, hoc est quater sex, & ter VI. dodrans dicitur, semel uero quadrans, & hoc est quod ait unius horæ dodrante, id est, tribus partibus X. & octo semuncijs. Quod uero & semuncia sex reliquarum semuntiarum, ad quadrantem pertinentium unam uoluit adiungi dodrantis, ut essent XIX. semuncie, quo ætus oceanus quotidie tardius ueniret, tardiusque recederet.

DE ORDINATIONE FERIARVM PASCHALIVM PER THEOPHILVM EPISCOPVM CÆSARIENSEM AC RELIQUORVM EPISCOPORVM, SYNODVM.

**P**OST resurrectionem uel ascensionem Domini saluatoris, Apostoli quomodo pascha deberent obseruare, nihil ordinare potuerunt, quia dispersi erant per uniuersum mundum, & ad prædicandum occupati. Sed quacunq; die decima quarta luna mense Martio fuisset, pascha celebrabant. Post transitum ergo de hoc mundo omnium Apostolorum, per singulas prouincias diuersa tenebant ieiunia. Nam Galli quacunq; die octauo Calendarum Aprilium fuisset, quando Christi resurrectio tradebatur, semper pascha celebrabant: in Italia uero alij XX. dies ieiunabant, alij septem. Orientales uero sicut Apostolos uiderunt, ut super prædictum est, decima quarta luna, mense Martis pascha tenebant. Cum ergo hæc talis obseruationes per singulas prouincias tenerentur, unde moeror erat sacerdotibus, eo quod à quibus una fides recte tenebatur, eorum dissentiret ieiunia. Tunc papa Victor, Romanæque urbis episcopus direxit auctoritorem ad Theophilum Cæsariensis Palestinæque antistitem, ut quomodo pascha recto iure à cunctis catholicis celebraretur ecclesijs, inibi fieret ordinatio, ubi Dominus & saluator mundi fuerat in carne uersatus. Percepta itaque auctoritate prædictus episcopus non solum de sua prouincia, sed etiam de diuersis regionibus omnes episcopos euocauit. Vbi cum illa multitudo sacerdotum conuenit, tunc Theophilus episcopus protulit auctoritatem ad semissam Victoris papæ, & quid sibi operis fuisset iniunctum ostendit. Tunc pariter omnes dixerunt episcopi, Nisi prius quomodo mundus fuerit à principio inuestigatus, nihil potest de obseruantia paschæ salubriter ordinari. Dixerunt ergo episcopi: Quem credimus factum fuisse in mundo primum, nisi Dominicum diem? Theophilus episcopus dixit: Probare quod dicitis. Responderunt Episcopi: Secundum scripturam auctoritatem factum est uespere & mane dies primus.

Deinde

Deinde secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus. In quo septimo requieuit Deus ab omnibus operibus suis, quem diem sabbatum appellauit. Ergo cum nouissimum diem signet sabbatum, quis potest esse primus, nisi dominicus dies? Theophilus episcopus dixit: Ecce de die dominico, quia primus sit probastis, de tempore enim quid dicitis? Quatuor enim mundi tempora accipiuntur: uer, æstas, autumnus, hyems. Quod ergo tempus primum factum in mundo? Episcopi responderunt, uernum. Theophilus Episcopus dixit, Probate quod dicitis. Et illi responderunt, Scriptum est: Germinet terra sœni herbam secundum genus suum & lignum fructiferum, ferens fructum suum. Hæc autem temporibus ueris accipitur. Theophilus episcopus dixit, In quo loco caput mundi esse creditis? In principio temporis, an in medio tempore. aut in fine? Episcopi responderunt, In æquinoctio octauo Calendarum Aprilium. Theophilus Episcopus dixit, Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est quia fecit Deus lucem, & uocauit Deus lucem diem, & fecit Deus tenebras, & uocauit tenebras noctem, & diuisit inter lucem & tenebras æquas partes. Theophilus dixit: Ecce de die uel tempore probastis, de luna quid uobis uidetur? Vtrum crescentem ac iam plenam, an imminutam à deo fuisse consecratam. Episcopi responderunt, plenam. Et ille, Probate quod dicitis: Responderunt, Et fecit duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cœli ut luceant super terram. Luminare maius in inchoatione diei, luminare minus in inchoationem noctis, non poterat aliter nisi esset plena. Nunc ergo inuestigauimus, quomodo in principio factus fuerit mundus, id est, die dominico. Verno tempore in æquinoctio, quod est octauo Calendarum Aprilium, luna plena per ipsum tantummodo tempus & elementa resurgunt. Theophilus dixit: Nunc igitur agendum est de ordinatione, quomodo debeamus pascha tenere. Episcopi dixerunt, Nunquid potest dies dominicus præteriri, ut in eo pascha minime celebretur, qui tot & talibus benedictionibus sanctificatus est? Theophilus dixit: Dicite ergo quibus & qualibus benedictionibus eum esse sanctificatum asseritis, ut scribere possimus. Episcopi dixerunt, Prima illi benedictio est, quia in ipso tenebræ sunt remotæ, & lux apparuit. Secunda est illi benedictio, quod de terra Aegypti uelut de tenebris peccatorum quasi per fontem baptismi per mare rubrum populus fuisset liberatus. Tertia illi benedictio est, quia in eodem die cœlestis cibus manna hominibus datus est. Quarta illi benedictio est, qua Moyses mandat ad populum: Sit uobis obseruatus dies primus & nouissimus. Quinta illi benedictio est, ut in cxxv. Psalmo dicit: Circunderunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. De resurrectione autem domini dicit: Hæc est dies qua fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, usque ad cornu altaris. Sexta illi benedictio est quod in ipsa Dominus resurrexit. Vides ergo quia dies resurrectionis dominicus singulariter in pascha teneri possit. Theophilus dicit, De tempore autem ad Moysen mandatum est à Deo. Hic mensis erit uobis initium mensium, pascha facite in eo. Omnes ergo triginta dies à Domino consecrati sunt. Episcopi dixerunt, Iam superius dedimus responsum, principium mundi esse æquinoctium octauo. Calendarum Aprilium. Et ab octauo Calendarum April. usque in octauum Calendas Maias, legimus esse consecratos. Theophilus dixit: Ecce impium non est, ut pascha Dominica, tantum sacramenti mysterium, extra litem excludatur. Passus namque Dominus ab undecimo Calendarum Aprilium, qua nocte à Iudeis traditus est, & ab septimo Cal. resurrexit, quomodo ergo tres dies extra terminum excluduntur? Omnes Episcopi dixerunt, Nulla ratione fieri debet, ut tantum sacramentum extra litem excludatur, sed hi tres dies intra terminum inducantur, & de subter retrahere constitutum est. Ergo in illa synoda ab undecimo Calendarum Aprilium usque in undecimo Calendarum Maiarum, pascha debent feruare, & nec ante nec postea cuiusque constitutum litem transgredi liceat. Similiter & de luna præceptum diuinum teneatur. Mandatum est per Moysen: Sit uobis obseruatum à decima quarta luna usque XXI. Has ergo VII. lunas, similiter in pascha tenendo constitat fuisse, consecrata sunt. Quando ergo sit intra suum litem ab undecimo Calendarum Aprilium usque in undecimo Calendarum Maiarum, dies Dominicus, & luna ex illis octaua sanctificata, Pascha nobis uisum est celebrare. Omnis paschalis luna cuiuscunque ætatis est, si detrahis ab ea septem, fiet tibi ætas lunæ, quæ sit in initio quadragesimæ. Verbi gratia: Si decima quinta luna est paschalis, tolle de quindecim duodecim, & remanent centum & undecim. Tertia est luna in initio quadragesimæ, eo anno quo decima quinta luna est die Dominico paschæ, & cætera similiter. Memento quod anno bissextili luna Februarij mensis triginta dies, & tamen luna Martij mensis triginta dies habeat, sicut semper habet, ne paschalis lunæ ratio uacillet.


DE AEQUINOCTIO UERNALI, FINIS.

Bedæ tom. 2.

G, DE DL



De diuinatione mortis & uitæ, Petosyris ad Necephum regem Aegypti Epistola.



DE his quæ a me ad humanæ uitæ cautelam inuenta sunt, unum quodque me tibi mittere non piguit. Superest ut tu in his per inspiratam tibi diuinitus prudentiam, operando laborem impendas, certus quod decumbentium uel fugitiuorum uel monomachorum, uel aliorum similitum euentibus, non fallacem poteris capere præscientiam. Si argumentum regulare quod huic scripturæ subiecti diligenter inspexeris, consulturus igitur sic facito: Sume nomen uel decumbentis, uel in fugam lapsi, uel depugnaturi, uel alterius cuiuslibet de quo inquiris, & collige numerum eius, deinde lunam considera, quota fuerit ea die, qua uel eger decubuit, uel fugi uel elapsus est, uel quota futura sit cum monomachus depugnaturus est, & cætera huiusmodi: numerumque regularem qui ei lunæ ascriptus est, numero nominis adiunge. Tū summā quæ ex his conficitur, per uiginti nouem diuide, & numerum qui super fuerit collige, inspectaque figura, quo in loco idem numerus sit positus inquire. Si eum inueneris in *ζωνι μεγάλη*, & de agro agitur, cito conualescet: si de fugituo, cito reuertitur: si de gladiatore, uincet. Si autem in *μικρῇ ζωνι*, omnia hæc difficiliter euentient: si autem in *ζωνι μικρῇ* licet prosperum, difficilem tamē exitum habitura: quod si in eo loco fuerit in *ἔθνη* *μεγάλη* inscriptus est, & ger post longā infirmitatē morietur: fugitius diu quæsitus non inuenietur, gladiator tamen difficile superabitur. Eadem in *μικρῇ ζωνι* celeriora hient, & in *μικρῇ ζωνι* celerissima. Ponatur exempli gratia, pugna Hectoris & Achilles luna erit decima septima, quæ habet numerum regularem. DCCC. XC. III. Achilles nomen habet. M. CC. LXXVI. qui simul iuncti, faciunt M. M. C. LX. IX. Hos pariter per XXIX. & quod super fuerit, id est, uiginti tria, quære in forma regulari, & inuenies illud in eo loco ubi scribitur *ζωνι μεγάλη*. Si idem de Hectore feceris, inuenies residuum numerum in *μικρῇ ζωνι*, quæ positio

positio numerorum, uictorem Achillem, & Hectorem uictum significat absque ambiguitate. Est & alius modus: Si numerus lunæ fuerit in *ζωνι μεγάλη*, & numerus hominis in *ζωνι μικρῇ*, periclitabitur quidem homo, euadet tamen. E contrario, si hominis numerus in *ζωνι μεγάλη*, lunæ uero fuerit in *ζωνι μικρῇ*, sub specie prosperorum, aduersa cōtingent. At uero si uterque numerus, hominis uidelicet ac lunæ, supra horizontem fuerit inuentus, proculdubio prospera pollentur: sed si ambos infra horizontem esse constiterit, aduersa omnia prouent.

DIES LUNAE CVM NUMERO  
vis diuiso. EIVSDEM NUMERI  
diuiso per xxix.


Luna 1.	M. D. LXXXIX.	xxij.
Luna 2.	M. C. XVI.	xiiij.
Luna 3.	M. C. XIX.	xvij.
Luna 4.	M. CCC. XV.	x.
Luna 5.	DCCC. XVIII.	vi.
Luna 6.	DC. XXIII.	xv.
Luna 7.	CCCC. III.	xxvij.
Luna 8.	DCCC. LXX.	xxix.
Luna 9.	DC. LXVI.	xxviij.
Luna 10.	DC. XXXIX.	i.
Luna 11.	DC. XCIII.	xxvij.
Luna 12.	M. CCCC. XLIII.	xxij.
Luna 13.	M. DCCC. LXXX.	xxiiij.
Luna 14.	M. DC. LXXXIII.	ij.
Luna 15.	M. CX. - - - - -	vij.
Luna 16.	D. XXXV. - - - - -	xij.
Luna 17.	DCCC. XCIII. - - - - -	xxij.
Luna 18.	M. DC. XCVII. - - - - -	xv.
Luna 19.	DC. XIX. - - - - -	x.
Luna 20.	M. D. LXVI.	xxix.
Luna 21.	M. M. XXXIX.	xxix.
Luna 22.	M. D. LXVI.	xxix.
Luna 23.	M. CCCC. LXVIII.	v.
Luna 24.	M. DCC. LXI.	xxi.
Luna 25.	M. CC. LXIII.	xvij.
Luna 26.	M. C. III.	ij.
Luna 27.	DCCC. LXXX.	x.
Luna 28.	DCCC. XVI.	xvij.
Luna 29.	M. C. XV.	xiiij.

ITEM DIVISIO PER XXIX.

IN L. semel sunt XXIX.	& remanent XXI.
In C. remanent XXXIII.	In CC. remanent XXVI.
In CCC. remanent X.	In CCCC. remanent XXIII.
In D. remanent VII.	In DC. remanent XX.
In DCC. remanent IIII.	In DCCC. remanent XVII.
In DCCCC. remanent I.	In I remanent XXXIII.
In II. remanent XXVII.	In III. remanent XII.
In III. remanent XXIII.	In V. remanent X.
In VI. remanent XXVI.	In VII. remanent VII.

DE DIVINATIONE,  
FINIS.

SIMILITUDO ARCAE NOE.



Latitudo arce quinquaginta cubitorum.

Altitudo arce triginta cubitorum trecentorum cubitorum.

Arca Noe sine dubio ecclesie typum tenuit, quia sicut illa super fluctus diluuij huc atq; illuc fatigata ferebatur, ita ecclesia in procelloso mundo diuersis tepestibus & calamitatib; huius seculi quatitur: & sicut in Arca Noe non solum munda, sed etiam immunda animalia fuerunt (habuit enim homines, habuit & serpentes) ita & in domo magna, id est Christi ecclesia uasa diuersa sunt, alia quidem in honorem, alia in contumeliam.

BEDAE PRESBYTERI DE LIN-

guis gentium tractatus.

Linguarum diuersitas exorta est in ædificatione turris post diluuium. Priusquam superbia turris illius in diuersos signorum sonos, humanam diuisit societatem, una omnium nationum lingua fuit, quæ Hebræa uocatur, qua patriarchæ & prophetae usi sunt non solum in sermonibus suis, uerum etiam in literis sacris. Initio autem quod gentes sunt, tot linguæ fuerunt. Deinde plures gentes quæ linguæ, quia ex una lingua multæ sunt gentes exortæ: linguæ autem dicte in hoc loco pro uerbis, quæ quia per linguam huius generis locutionis illo, quia his efficit, per id quod efficitur nominatur: sicut os dici solet pro uerbis, sicut manus pro literis. Tres sunt autem linguæ sacræ, Hebræa, Græca, Latina, quæ toto orbe maxime excellent. His enim tribus linguis super crucem Domini à Pilato fuit causâ eius scripta. Vnde & propter obscuritatem sanctarum scripturarum harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur, dum si quam dubitationem nominis uel interpretationis sermo unius linguæ attulerit. Græca autem lingua inter ceteras gentium clarior habetur. Est enim & latinis & omnibus linguis sonantior, cuius uarietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur *noies*, id est mixta siue communis, quia omnes utuntur. Secunda Attica est, uidelicet Atheniensis, qua usi sunt omnes Græciæ authores. Tertia Dorica, quæ habent Aegyptij, & Syri. Quarta Ionica. Quinta Aeolica, qua se Aeolij locutos dixerunt, & sunt in obseruatione Græce linguæ eius modicum certa discrimina. Sermonum eorum ita est dispersus. Latinas autem linguas quatuor esse quidam dixerunt, id est, priscam, Latinam, Romanam, mixtam. Prisca est, qua uetustissimi Italiae sub Iano & Saturno sunt usi in condita, ut se habent carmina aliorum. Latina quæ sub Latino & regibus Tusciae ceteri in Latium locuti. Ex qua XII. tabule fuerunt scriptæ. Romana, quæ post reges exactos à populo Romano gesta est, qua Neuius, Plautus, Ennius, Virgilius poetae: Et ex oratoribus. Græcus Cato & Cicero uel ceteri effuderunt. Mixta, quæ post imperium latius promotum simul cum moribus & hominibus, in Romanam ciuitatem irrupit integritatem uerbi per solocismos & barbarismos corrumpens. Omnes autem orientis gentes in gutture linguam & uerba collidunt, sicut Hebræi & Syri. Omnes mediterraneæ gentes in palato sermones ferunt, sicut Græci & Asiani. Omnes occidentales uerba in dentibus frangunt, sicut Itali & Hispani. Syrus & Chaldeus uicinus Hebræo est sermone, consonans in plerisque & literarum sono. Quidam autem arbitrantur linguam ipsam esse Chaldeam, quia Abraham de Chaldaeis fuit. Quod si hoc recipitur, quomodo in Daniele Hebræi uerba linguam quæ non nouerant, locuti uidentur. Omnem autem linguam unusquisque hominum siue Græcam siue Latinam siue ceteram gentium, aut audiendo potest tenere, aut legendum ex præceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit cuiquam, nemo tam desidiosus est ut in sua gente positus suæ gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandum est, nisi animalium brutorum deterior

Illam

Illa enim proprie uocis clamorem exprimunt, iste deterior qui proprie linguæ capet noticiam. Cuiusmodi autem lingua locutus est Deus in principio mundi, dum diceret, Fiat lux: inuenire difficile est: nondum enim erant linguæ. Item qua lingua insonuit postea exterioribus hominum auribus. Maximum ad primum hominem loquens, uel ad prophetas uel diu corporaliter sonuit uox dicentis Dei: Tu es filius meus dilectus. Vbi à quibusdam creditur illa lingua una & sola, quæ fuit antequam esset linguarum diuisio. In diuersis quippe gentibus creditur quod eadem lingua illis Deus loquatur, qua ipsi homines utuntur ut ab eis intelligatur. Loquitur autem Deus hominibus non per substantiam inuisibilem, sed per creaturam corporalem per quam etiam & hominibus apparere uoluit, quando locutus est. Dicit enim Apostolus: Si linguis hominum loquar & angelorum, ubi queritur qua lingua angeli loquantur. Non quod angelorum alique linguæ sint, sed hoc per exaggerationem & acervationem dicitur. Item queritur, qua lingua in futurum homines loquantur. Nullamquam reperitur. Nam dicit Apostolus, Siue linguæ cessabunt. FINIS.

VENERABILI BEDAE PRESBYTERO, ETIAM HAC

SIBYLLINARVM VERBORVM INTERPRETATIO ADSCRIBITUR à nonnullis, quam ne desideraretur, adposuimus.



Sibyllæ generaliter omnes foeminae dicuntur prophetantes, quæ ob diuinam uoluntatem, omnibus interpretari, & uentura pronuntiare solebant. Tradunt autem doctissimi auctores, decem fuisse Sibyllas. Quarum prima, Persis: Secunda Libyca: Tertia Delphica est, quæ ante Troiana bella uaticinata est: Quarta Cumæa, in Italia: Quinta, Erythraea, in Babylonia orta, dicta Erythraea, ab insula, in qua eius dicta sunt carmina. Sexta, Samiana, à Samo flumine Beneuentano uocata. Septima Almitæa, uel Cumana: Octaua, Hellepontica: Nona, Phrygia: Decima, Tiburtina Græce, Albunea Latine uocatur: ex cuius carminibus multa de Deo & Christo scripta continentur. Fuit igitur hæc Sibylla, Priamidis regis filia, & ex matre Hecuba procreata. Vocata est autem in Græco Tiburtina: Latine uero Albunea nomine, uel Cassandra: & illa circueiens diuersas prouincias ac partes orbis, predicauit Asiæ, Macedoniam, Erostachiam, Agagus deam, Ciliciam, Pamphiliam, & Galatiam. Quumque mundi partes uaticinijs suis repleset, inde uenit Aegyptum, Aethiopia, Bragadam, Babyloniam, Aphricam, Libyam, Pentapolim, Mauritania, & Palarinum. In oes has prouincias predicauit, & spiritu prophetiae repleta, prophetauit bonis bona, malis mala. Scimus namque quæ in praconijs suis annunciauit, & quæ in nouissimis erant uentura prædixit. Audientes igitur famam eius Romani, statim nunciauerunt in conspectu Senatorum. Mittentes ergo senatores legatos ad eam, fecerunt ipsam cum magno honore deduci Romam. Centum igitur uiri ex senatu Romano, somnium in una nocte uiderunt singulum. Videbant singuli quasi nouem soles esse in caelo, qui sigillatim diuisi, diuisas in se figuras habebant. Primus sol erat splendidus & fulgens super omnem terram, secundus sol splendidior & magnus, & theam habens claritatem. Tertius sol sanguineo colore flammiger, igneus & terribilis, ac demum splendidus satis. Quartus sol, quarta generatio est tempore Christi. Quintus sol erat tenebrosus, sanguineus & lapsus, sicut in tonitruo tenebrosus. Sextus sol tenebrosus nimis, habebat aculeum stimulum scorpionis. Septimus uero sol terribilis erat, & sanguineum iterum habens in medio gladium. Octauus autem sol erat effusus sanguineum habens colorem in medio. Nonus autem sol erat nimis tenebrosus, unum tamen habens radium fulgentem. Quumque Romam ingressa esset Sibylla, uidentes eam ciues Romani, admirabantur miram pulchritudinem eius: erat enim uenusto aspectu, decora uultu, eloquens in uerbis: atque Dei pulchritudine satis bene composita, suis auditoribus, dulcere præbebat eloquium. Venientes autem uiri, qui somnia uiderant, dicunt ad eam, Magistra & domina, quæ ad magnum decorem est corpus tuum, qualis nunc in foeminis, præter te uidimus. Precamur ut somnia, quod oes nos in una nocte uidimus, quid futurum præmonstrat aperias. Respondens Sibylla dixit ad eos: Non est æquum in hoc loco stercore pleno, & diuersis contaminationibus polluto, sacramentum huius uisionis detegere. Sed uenite ascendamus, ad Apenninum montem, & ibi ad nuncium uobis, quæ uentura sunt ciuibus Romanis. Et fecerunt, ut dixit. Quos interrogauit: & illi uisionem quæ uiderant, narrauerunt ei. At illa dixit ad eos, Nouem soles quos uidistis, oes futuras generationes præignant. Quod uero dissimiles eos uidistis, dissimilis erit uita in filiis hominum. Primus autem sol, prima generatio est: erunt homines simplices & clari, amantes libertatem, ueraces, mansueti, benignissimi, amantes consolationes pauperum, & satis sapientes. Secundus autem sol, secunda generatio est: erunt homines splendide uiuentes, crescentes multum, Deum colentes, sine malicia conuersantes in terra. Tertius uero sol, tertia generatio est: exurget gens contra gentem, & erunt pugnae multae in Roma. Quartus autem sol, quarta generatio est: erunt homines, qui uerum est abnegantes: & in diebus illis exurget mulier de stirpe Hebræorum nomine Maria, habens sponsum nomine Ioseph, & procreabunt ex ea sine comixtione uiri, de Spiritu sancto, nomine Iesus: & ipsa erit uirgo ante partum, & uirgo post partum: qui ergo ex ea nascetur, erit uerus homo, & oes prophetae predicauerunt: adimplebitque legem Hebræorum, & adiungit sua propria in summo, & manebit regnum eius in secula seculorum: nascente autem eo, exercitus angelorum à dextris & sinistris erunt, dicentes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Vnde & Hebræorum, qui super eum, dicens, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Erant ibi ex sacerdotibus Hebræorum, qui audientes hæc uerba, indignati dixerunt ad eam: Ista uerba, terribilia sunt: sileat dena

dens Sibylla dixit eis: O Iudæi, necesse est ista fieri, sed uos non credetis in eum. Dixeruntque, Nos non credemus, quia uerbum & testamentum dedit Deus patribus nostris, & non auferet manum suam a nobis. Respondit eis iterum: Deus cœli sibi generaturus est filium, ut scriptum est: qui similis erit patri suo, & postea ut infans per atates crescat, & insurgent reges in eum & principes terrarum. In diebus illis erit Casari Augusto celebre nomen, & regnabit in Roma, & subiciet omnem terram sibi. Non multi, uel non pauci: non tres, neque duo sunt dii, sed unus Deus, solus & immensus, qui fecit cœlum, solem, stellas & lunam, frugiferamque terram & mare. Qui autem illum honorant, aeternam uitam hereditabunt, perpetuum cuius ipsi hereditabunt paradisum. Mortuorum uero simul resurrectio erit, & claudorum cursus uelocissimus erit: surdi audient, & caeci uidebunt: non loquentes, loquentur, ex quinque panibus, quinque millia hominum saturabit, & colligentur reliquiae fragminum duodecim cophini, exinde replebitur in specie populorum. Ventos cōpescens uerbo, mare calcans, ambulans super undas, infirmitates omnibus soluet: surgere faciet mortuos, repellens multos dolores: & de pane uno, saturatio erit uiuorum. Sed quia omnia fuerint perfecta quae dixi, in ipso ois resouetur lex, & impietas mans infidelium postea inueniet. Post haec conuenient sacerdotes Hebraeorum contra Iesum, quia multa signa faciet cōprehēditque eum, dabunt Deo alapas manibus, incestis, & in uultu sacro expuēt uenenata sputa. Dabit uero ad uerbera factum dorfū simpliciter, & colaphos accipiet: tacebit, ne quis agnoscat unde uerbum uenit: corona spinosa coronabitur: ad cibum autem fel, & ad sitim acetum dabunt, & suspendent eum in ligno, & occident. Tēplum uerbum uelum scindetur in medium, & dies erit tenebrosus per horas sex, & sortem mortis finiet tribus diebus somno suscepto, & tunc ab inferis regressus ad lucem ueniet. Et nihil ualebit eis, quia die tertia resurget, & ostēdet se discipulis suis, & ipsis uidentibus in cœlum ascendet, & regni eius non erit finis. Dicunt me Iudæi insanam & mendacem, Sibylla: quam autem facta fuerint omnia, tunc demum reminiscuntur mei, & nullus postea me dicet insanam, sed Dei magnam Sibyllam. Dixitque principibus Romanorum, Quintus autem sol quinta generatio est: eligit sibi Iesus duos piscatores de Galilea, & leges suas docebit eos, dicens: Ite, & doctrinam quam accepistis a me, docete omnes gentes, & per septuaginta & duas linguas subicietur omnes nationes. Sextus autem sol sexta generatio est, & expugnabunt istam ciuitatem annos tres & menses sex. Septimus uero sol, septima generatio est, & exurgent duo reges, & multas facient persequutiones in terra Hebraeorum, propter Dominum. Octauus autem sol octava erit generatio, & in desertatione erit Roma, & praepugnantes ulula bunt in tribulationibus, & doloribus, dicentes, Putas ne perierimus. Nonus autem sol, nona generatio est: & exurgent Principes Romani in perditione multorum. Tunc exurgēt duo reges de Syria, & exercitus eorum innumerabilis sicut arena maris, & obtinebunt ciuitates & regiones Romanorum usque ad Chalcedoniam. Et tunc multa erit sanguinis effusio. Omnia haec quam reminiscuntur, ciuitas & gens cōtemiscunt in eis, & disperdēt Orientem. Et post haec surgēt duo reges de Aegypto, & expugnabunt quatuor reges, & occidēt eos, & omnem exercitum eorum, & regnabunt annos tres & menses sex. Et post eos alius rex per C litteram nomine, potens in praelio, qui regnabit annis triginta, & edificabit templum Deo, & implebit legem, & faciet iudicium propter Deum interea. Et post eum surget alius rex, qui regnabit paucis temporibus, & expugnabit & occidēt eum. Post haec uero erit rex per B nomine, & de B, praecedet rex Audon, & de Audon egrediat A, & de A, praecedet A, & de hoc generabitur A: & ipse secundus A, erit bellicosus nimis & praeliator. Et de ipso A nascetur rex per R nomine, & de R nascetur L, & potestatem habebit super decem & nouem reges. Et post haec surget rex Salicus de Fracia, per K nomine: ipse erit magnus & piissimus, potens & misericors, & facies iustitiam pauperibus. Tanta enim erit in eo uirtutis gratia, ut per uiam gradientem arborum, contra eum inclinentur cacumina. Aqua enim occurrans, minime cursum eius tardabit. Similis autem imperio Romanorum rex ante non fuit, nec post eum futurus est. Et ueniet Rex post eum per L nomine, & post hoc regnabit L, & post L triginta, & de L egredietur A, & ipse A erit nimis bellicosus & fortis in praelio, & multus erit per terram siue per aquas, & non dabitur in manibus inimicorum, & morietur exul extra regnum, & in manu Dei anima eius erit. Tunc exurget rex per V nomine, & ex una parte Salicus & alia Logobardus, & ipse habebit in terra potestatem contra pugnantes, & contra omnes inimicos. Et in diebus illis praecedet rex per O nomine, & erit potentissimus & fortis & bonus, & faciet iustitiam pauperibus, & recte iudicabit, & de ipso procedet alius O potentissimus, & erunt sub eo pugnae inter paganos & Christianos, & sanguis Graecorum eorum effundetur, & cor eius in manu Dei, & regnabit annis septem, & de ipsa muliere nascetur rex per O nomine: hic erit sanguinarius & facinorosus, & sine fide & ueritate, & per ipsum multa erit malitia in terra, & multa sanguinis effusio, & destructae erunt Ecclesiae in ipsius potestate. In alijs namque regionibus, tribulationes erunt multae & praelia. Tunc surget gens contra gentem in Cappadocia, & Paphlagonia captiuabunt in illo tempore, eo quod non intrauit per ostium in ouile: hic namque rex regnabit per annos quatuor. Et post eum surget rex per H nomine, & in diebus eius pugnae multae erunt, Syriam expugnabunt, & Pentapolim captiuabunt. Ipse enim rex erit ex genere Logobardorum. Tunc exurget alius rex Salicus per C nomine, & expugnabit Logobardos & erit praelia & pugnae. Ipse autem Salicus erit fortis & potens, & paucis temporibus, erit regnum eius. Tunc exurgent Agareni, & tyranni, & captiuabunt Tarentum & Barro, & multae ciuitates depre dabantur. Et etiam uolentes uenire Romam, & non est qui resistat eis, nisi Deus deorum, & Dominus dominorum. Tunc uenientes Armeni Perfidem disperdēt, ita ut non recuperentur ciuitates, quas depre dabant, & accurrentes ubi ponent fossas iuxta Orientem, & expugnabunt Romanos, & obtinebunt pacem aliquantisper. Et tunc erit rex Graecorum, uir belligerator in Aepolim, destruet templum idolorum: & uer

nietio

niet locusta & bruchus, & comedent omnes fructus Cappadociae & Ciliciae, & famam cruciabuntur, & postea non erit amplius. Et consurget rex Salicus alius, scilicet H, uir fortis & belligerator, & indignabuntur contra eum multi uicini & pariter. In diebus illis tradet frater atrē, & cum sorore commiscebit, & multa nephandia hominum erunt in terra. Senes cum uirginibus cubabit, & sacerdotes mali cum deceptis puellis. Episcopi malefactorum sectatores erunt, & fiet effusio sanguinis in terra, & templum sanctorum polluetur. Et erunt in populo fornicationes, immundities, & Sodomiticae scelerum, ita ut uisio ipsorum in contumelia eius appareat. Et erunt homines raptores, contumeliosi, diētes iustitiam & amantēs fallitatem, & iudices Roma immutabuntur. Si hodie ad iudicandum admittunt, alio die mutabuntur, propter pecuniam accipiendam, & non iudicabit recte, sed falsum. Et erunt in illis diebus homines rapaces, cupidus & periuri, & amantes fallitatem, & destruetur lex & ueritas, & fiet terramotus per loca diuersa & insulares ciuitates, & regiones dimergentur. Et erunt per loca pestilētia hominum, & terra ab inimicis desolabitur, & non proualebit consolari eos uanitas deorum. Postea erget rex per L nomine. Et erunt sub illo bella & annis regnabit. Et post haec surget rex per F nomine, senes obtinebit, & regnabit aliquanto tempore, & ueniet Roma, & captiuabit eam, & non mortificatur anima eius in manu inimicorum ullis diebus uite suae. Sed erit bonus & magnus, & faciet iustitiam pauperibus, & ipse uiuet multo tempore. Post haec uero surget alius rex per H nomine: & de ipso, praecedet duodecim H & erit de genere Logobardorum & Teuthonicorum, & regnabit per annos octo. Tunc post eum exurget rex H nomine, Salicus de Fracia. Tunc initium dolorum erit, qualis non fuit ab initio seculi. Et erunt in diebus ipsius multae pugnae & tribulationes multorum & sanguinis effusio, & terramotus per ciuitates & regiones, & terra multae captiuabitur, & non erit qui inimicis resistat, quia Dominus iratus erit in terra. Roma in persecutione & gladio expugnabitur, & erit deprehensa in manu ipsius regis. Et erunt homines rapaces, cupidus, tyranni, odiētes pauperes, opprimētes infirmos, & saluantes noxios. Eruntque iniusti & nequissimi, & dominatores exterminij captiuabuntur: non est in terra, qui pro eis resistat & eruat eos, propter malitiam eorum & cupiditates. Et tunc exurget rex nomine H animo comitatus. H ille idem, comitatus erit rex Romae & Graecorum, hic statura gracilis, aspectu decorus, uultu splendidus, atque per singula membra linea meta deceter compositus, & ipsius regni annis terminabitur. In illis ergo diebus erunt diuitiae magnae, & terra abundanter dabit fructum, ita ut tritici modium denario uno ueniret, modium uini denario uno, modium olei denario uno. Et ipse rex Scripturam habebit ante oculos, dicentem: Rex Romae omne sibi uedicat regnum Christianorum. Omnes ergo insulas & ciuitates paganorum deuastabit, & uniuersa idolorum templa destruet, omnes paganos ad baptismum conuocabit, & per omnia templa Christi Iesu erigetur. Tunc namque praemiet Aegyptus Aethiopia munus dare Deo. Qui uero crucem Iesu Christi non adorauerint, gladii punietur. Et cum completi fuerint tria anni, Iudaei conuertentur ad Dominum, & erit ab omnibus sepulchrum eius gloriosum. In diebus illis saluabitur Israel, & habitabit confidenter. In illo tempore surget princeps iniquitatis de tribu Dan, qui uocabitur Antichristus. Hic erit filius perdicionis, caput superbiae, magister erroris, plenitudo malitiae, qui subuertet orbem, & faciet prodigia & signa magna per falsas simulationes: deludet autem per artem magicam multos, ita ut ignis de caelo descendere uideatur. Eminentur anni sicut menses, & menses sicut septimanae, & septimanae sicut dies, & dies sicut hora. Exurget ab Aegypto spurcis simae gentes, quas Alexander rex inclusit, Gothi uidelicet & Magothi haec duodecim regna, quorum numerus est sicut arena maris. Cum autem audierit haec rex Romanorum, conuocato exercitu debellabit eos, atque praefertur usque ad interuentionem. Et postea rex ueniet Hierusalem, & ibi deposito capitis diademate, & omni habitu regali, regnum Christianorum Deo Patri relinquet, & filio eius Iesu Christo. Et quum cessauerit imperium Romanum, tunc reuelabitur manifeste Antichristus, & sedebit in domo Domini in Hierusalem. Regnate autem eo, egredietur duo clarissimi uiri, Hias, & Enoch, ad annuntiandum aduentum Domini: & Antichristus occidet eos, & post dies tres a Domino iudicabitur. Tunc erit persecutio magna, qualis non fuit antea, nec postea subsequetur. Abbrabit autem Dominus dies illos, propter electos, & occidetur uirtute Domini Antichristus a Michael archangelo in monte Oliueti. Quumque haec Sibylla & alia multa Romanis praediceret futura, quos etiam signis adiudicandum Dominus uenturus esset, uaticinando, uersus intonuit, dicens:

## VERSUS SIBYLLINI DE CHRISTO.



VDICII signum, tellus sudore madescet,  
E caelo rex adueniet per secula futurus,  
Scilicet in carne praesens, ut iudicet orbem:  
Vnde Deum cernent, incredulus atque fidelis,  
Caelum cum sanctis iam terminus extat in ipso,  
Sic anime cum carne aderunt, quas iudicet ipse,  
Cum iacet incultus densis in uepribus orbis,  
Reijcient simulachra uiri cunctam quoque gazam,  
Exuret terras ignis pontumque, polumque:  
Inquirens tetri portas effringet Auerni,  
Sanctorum sed enim cunctae lux libera carni,  
Tradentur fontes, aeternaque flamma cremabit.  
Occultos actus manifestans quisque loquetur,  
Secreta atque Deus referabit peccata lucis,

Tunc erit delictus, strident dentibus omnes,  
Eripitur solis iubar, & opus interit astris,  
Voluetur caelum, lunae splendor obibit,  
Deijcet colles, ualles et iter ab imo:  
Non erit in rebus hominum sublime uel altum,  
Iam equantur campis praesens & caerulea ponti,  
Omnia coesibunt, tellus onerata peribit:  
Sic pariter fontes torquentur fluminaque igni,  
Sed tuba per sonitum praesens dimitteat ab alto,  
Orbe genus facinus ipsum uariosque labores,  
Tartareumque chaos, intrabit terra dehiscens,  
Et coram hoc Domine ges sitentur ad unum,  
Recidet a caelis ignis sulphuris amnis.

Tunc iudicabit Dominus secundum uniuscuiusque opus, & ibunt impij in gehennam ignis, & iusti uero uita aeterna & plenus, & caelum nouum, & terram nouam, & mare iam non erit. Et regnabit Dominus a sanctis in secula seculorum.

TOMI SECVNDI, FINI